

Manli


Promptuarii

Sacrum

Tomus 1^o 2^o



A
11-140



21.a. 6.12

Universitätsbibliothek	
S. n.	A
Bruchst.	11
Tabla	
Numero	140

Handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



Del Colegio de la Compañía de Jhu de Granada

B

P. 2057

P R O M P T U A R I U M

S A C R U M A C M O R A L E,

CHRISTI JESU SALVATORIS NOSTRI, VIRGINISQUE MATRIS MARIE.

Vitæ ac Gestorum reconditissimis mysteriis, Sanctorum Apostolorum victricibus tropheis, gloriosis Martyrum
Lauris, pretiosis Summorum Pontificum Tiaris, Episcoporumque infulis, Confessorum divi pignori-
bus, niveis sacratissimarum Virginum corollis copiosè locupletatum:

H O C E S T,

D I S C U R S V S E X E G E T I C I

IN OMNES TOTIUS ANNI SOLEMNITATES, SANCTORUMQUE OCCUR-
rentium, eorum præcipuè, qui in almâ Urbe sub præcepto feriantur, Dies festivos elegantissimè concinnati,

IN QUIBUS PER VIAM DISCURSUUM COPIOSISSIMA SACRARUM S C R I -

pturarum, sententiarum sanctorum Patrum, aliarumque expositionum, quæ ex Vitis illorum Sanctorum, de
quibus Festum agitur, luculenter non minùs quàm aptè deducuntur, messis subministratur,
AB ADM, REVERENDO ET DOCTISSIMO DOMINO,

J O S E P H O M A N S I,
CONGREGATIONIS ORATORII IN ALMA URBE PRESBYTERO.

Italicè conscripti, nunc verò Latinè redditi, ac

IN QUATVOR TOMOS DIVISI.

TOMUS PRIMUS.

TRES MENSES JANUARIUM, FEBRUARIUM, ET MARTIUM COMPLECTENS,

suumque à sacro Circumcisionis Domini mysterio exordium ducens.

Omnibus Divini Verbi Predicatoribus, Animarum Pastoribus, sacra Scriptura Interpretibus, Catechistis,

Ascetiorum Directoribus perutilis & necessarius.

CUM INDICIBUS NECESSARIIS,

EDITIO TERTIA.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud JOANNEM WILHELMUM FRIESSEM, Bibliopolam, Anno M, DC, XC.

Superiorum Permissu.

708



P R Æ F A T I O
A V T H O R I S
A D
L E C T O R E M.



A animum meum spes subit, eum, quo pluribus annorum circulis defudavi, laborem, pluribus utilissimum, & idcirco multis, ac potissimum Verbi Dei Prædicatoribus seu Concionatoribus fore gratissimum, cum enim nonnunquam aut Librorum aut temporis accidat penuria, libros de loco in locum transferendi commoditas, aut corporis bona desit dispositio ad studendum maximè requisita, nihil profectò melius, nihilque Tibi utilius me facturum mihi persuadere potui, quam quòd talem materiarum prædicabilium ex Scriptura sacra, sanctis Patribus, sacris interpretibus, & aliis bonis probatisque Authoribus quà antiquis, quà recentioribus collectam seriem, Tibi subministrarem; Quocirca hunc etiam laborem Promptuarium dicere volui, eò quòd quisque in eo recipere, ex eoque eruere valeat totum id, quod sibi suoque proposito optimè servire poterit.

Totum hoc Opus hunc in finem à me compilatum quindecim Tomis constabit, quorum omnium hic primus est, mox reliqui volente Deo sequentur impressi. Primi quatuor suppeditant Discursus exegeticos, in omnes totius Anni Solemnitates, Sanctorumque occurrentium Festa, eorum præcipue, quæ in alma urbe sub præcepto aut speciali devotione feriatur; & hoc, uti in Operis decursu videbitur, ex propriis eorundem Sanctorum officiis. Tomus quintus erit instar in longum protractæ seu extensæ catenæ, varias variorum sanctorum Patrum aliorumque Authorum, in omnia omnium totius anni Dominicarum Evangelia connectens interpretationes, reliqui decem Tomi supra mille continebunt discursus, de virtutibus & vitiis aliisque pulchris materiis moralibus insigni methodo ordineque Alphabetico in maximam animarum utilitatem digestis. discursus dico; siquidem me parum dilato, illud enim semper vel maxime studui, prosequi videlicet subjecti mei propositum. Totum hunc laborem variis suppositis Thematibus pro majori eorū, qui in eo mihi cooperari volunt, facilitate superstruxi, ut ad hoc major esset connexio, & novæ cujusdam Polianthæ non præ se ferret speciem. Fateor prolixum me esse in adducendis aut sacra Scripturæ aut sacrorum interpretum Authoritatibus, ut hac ratione cuique satisfaciat in eligendis iis verbis seu sententiis, quæ proprio cujusque magis arridēt proposito. Abstini à Paradoxis, conceptibus Academicis & Poeticis, maxime verò à profanis eruditionibus & doctrinis, ut sic seria pro decore prædicationis Evangelicæ

PRÆFATIO AVTHORIS AD LECTOREM.

tractanda docerem, aliosque ad mihi in hoc cooperandum incitarem. Neque insuper aliò unquam collimavi, quàm nudam subministrare materiam, cuique libertatem relinquens, in eandem quamcunque, quæ Auditorum aures magis demulceret, inducendi formam. Parum etiã studui elegantia, eloquentia, aliisque artificiosè dicendi Rhetoricis, procedere enim malui stylo simplici, brevi, & nitido; quantum quidem ad exprimendam veritatem, non autem exornandam dictionem serviebat.

De cætero Te rogo benevole Lector, quatenus summæ meæ debilitati compati velis, & ad minùs æstimare laborem, quem eo solum sine subivi, ut Tuo labori parcerem, & Tibi velis satisfactum devotissimâ mea & propensissimâ in Tuam utilitatem voluntate. Vale.

PRÆFATIO
INTERPRETIS
AD
LECTOREM.

Potentissimus ille universi orbis Monarcha Augustus Imperator inter alia, de quibus frequenter gloriari solebat opera, unum è præcipuis erat, quòd videlicet vim Romani Imperii, & consequenter totius mundi Imperium adorsus; Romam invenisset luteam vel lateritiam, ipse verò utpotè ingenti, nobili, & generoso animo præditus Romam continuis fabricis & ædificiis eousque restauravit & exornavit, ut novæ cujusdam urbis faciem induisse videretur, ac proinde dicere solebat: *Inveni civitatem hanc lateritiam, & relinquo marmoream.* Simile quidpiam doctissimus Platina, omnes fabricas, ædificia, restaurationes, fontes, Ecclesias, Palatia, Hospitalia, aliasque à SSmo Domino felicitis recordationis SIXTO IV. Pontifice Maximo, magnificas erectas structuras considerans, de eodem dixit: *SIXTUS Romam invenit luteam, & reliquit lateritiam.* Quod idem omninò hac nostrâ ætate Reverendus Admodum & Doctissimus Dominus JOSEPHUS MANSI, è Congregatione sancti Philippi Neri in alma urbe Presbyter, professione Theologus & Concionator facundissimus pariter ac celeberrimus, inter alia ingenii sui monumeta, quibus perenne sibi apud posteros trophæum statuit, efficere voluisse mihi quidem hucusque visus est, dum potissimum illud Romanæ urbis, id est, Ecclesiæ Catholicæ, decus ac ornamentum, Sanctos videlicet, quorù aut universali præcepto, aut participari almæ urbis devotione festus in Ecclesia dies agitur, luteù quasi reperit, tũ, cũ eos simplici Historica methodo, non tam excultos, quàm solum publicæ hominum notitiæ expositos seu luteos invenit; illud tamen ornamentum in quâ lateritium

Platina in
vit summ.
Pontif. in
Præf. &
Vincent.
Belu. spec.
Histor. lib.
6. c. 44.
fol. 64. col.
2. Platina
in vit.
Sixti IV.

ritum marmoreum reliquit, quando eisdem rarissimis sanctorum quorumvis dignitatem decertibus ornamentis, magnificis nimirum Hieroglyphicorum, similitudinum, Allegoriarum, Apophtegmatum, sacrorum etiam dogmatum & sententiarum fabricis ac structuris expositos ipse cum multis aliis quidem ante ipsa scriptoribus spectandos exposuit; at tamen MANSI præ cæteris & exactiori, faciliori, utiliori que Methodo, diligenti gravi quo, imò curioso studio adornavit ita, ut si eorundem sanctorum vitam, si res gestas, si miracula, si encomia spectes, illud jam olim tritum, *Non plus ultra* absolutissimo huic operi jure merito aptari possit, cum vix *ultra* de sanctis hoc, opere illustratis quidquam dicendum superfit, quod MANSI acutissimis ingenii sui dentibus masticatum prius Christi fidelibus ut parvulis, ad hoc ut in iis sedulam sanctorum procuraret imitationem, manducandum non proposuerit. Opus certè est, ob fundamentorum firmitatem, id est Historiarum veritatem, rarum, ob insignem compositionis structuram, magnificum, ob ornamentorum id est sententiarum quæ gravitatem quæ varietatem gratissimum, ac demum ob maximam suam perfectionem utilissimum, & æterna dignum memoria & laude sæculorum. Deerat eidem unum & plurimorum votis expetitur hoc ejusdem insigne decus & ornamentum, ut latino adumbraretur penicillo, penicillo inquam universaliori quem omnes omnino Ecclesiæ propria manu ducere norint necesse est; ut sic excellentis cujuslibet operis extrema perfectio, quæ est communis plurimorum utilitas, & huic quoque accederet. Et quidem inventus est qui hunc in se laborem susciperet, & hoc sanctorale latino sermone exornaret, interpret non minus fidelis quam doctus, cæteris omnibus ejusdem operis partibus ab ipsomet Authore in sua ad lectorem præfatione recensitis (si vita comes fuerit) eundem prorsus latini sermonis ornatum additurus, è quibus post hoc sanctorale intra unius anni spatium & Dominicale hoc latini sermonis amictum lumine velut vestimento in medium prodibit.

Tu interim amice lector olim quasi luteam, nunc vero Marmoream hanc in sanctorum vitas structuram prorsus magnificam, rationabili tibi pretio comparare, ac demum diligenti studio perlustrare ne desinas; erit hoc in opere quod mireris, erit quod addiscas, erit quod pro vitæ tuæ perfectione animæ que salute imitandum tibi proponas.

Ac demum optimè lector, si hoc latini sermonis ornamentum huic tam insigni operi superaddendo in te beneficis fuisse videor, tu ne beneficii rependendi sis immemor, & mei, quiscunque ille demum sim interpret, aliquando meminisse digneris, cum, licet pulvis & cinis, locutus fueris ad Dominum Deum tuum. Vale, & è labore nostro fructum referas centesimum.

Imprimatur si videbitur Reverendissimo Patri Sac. Pal.
Apost. Magistro. M. A. Oddus Vicefg.

Imprimatur Fr. Vincentius Mariæ Guinifius socius Reverendiss. P. Sac. Pal. Ap. Mag.
Ordinis Predicatorum.

Opus hoc prænotatum. Prontuario sacro per solennità dell' Anno, è guz ni festivi
de Santi Correnti, &c à R. Paternitate vestra jussus, magna animi mei vo-
luptate perlegi; & cum nihil in eo repererim fidei Orthodoxæ, aut bonis mo-
ribus aduersum; quin potius in eodem omnia ingeniosè inventa, piissime di-
cta, eruditeque, ac solida comprobata, animadverterim; illud non solum pu-
blica luce, sed publica omnium commendatione dignissimum existimo. Romæ
ex domo S. Mariæ in Campitello, die 1. Augusti 1658.

Hyppolytus Maraccius è Congregatione Cleric.
Regul. Matris Dei. Manu prop.

Promptuarium sacrum præsens ab Admodum Reverendo & Doctissimo Domino JOSE-
PHO MANSI Congregationis Oratorii in alma urbe Presbytero compositum, & ex
lingua Italica in latinam feliciter translatum, non modo nihil bonis moribus aut Or-
thodoxæ fidei repugnans complectitur, verum etiam Doctrinam ad mores optimos forman-
dos, sinceram pietatem instillandã, & elegantissimã universi que verbi Dei prædicatoribus
animarumque curatoribus utilissimã imò necessariam subministrat, quare jure meritò usui
publico quamprimũ illud exponendum censeo. In Carmelo nostro Colon. 1666. 19. Febr.

Fr. JOANNES NIDERVVILTZ SS. Theologia Magister & Professor
publicus in alma Vniversitate Coloniensi, nec non Conventus Car-
melitarum Coloniensium pro tempore Vicarius.

Approbatio Theologorum ejusdem Ordinis.

Liber iste, cui titulus Promptuarium Sacrum & morale in omnes sanctorum
solennitates summã industriã, maturoque judicio Italicè primũ compo-
situs per Adm. Rev. & Doctissimum D. JOSEPHUM MANSI, nunc verò in la-
tinum sermonem eleganti non minùs, quàm genuinã versione traductus, nihil
continet orthodoxæ fidei aut bonis moribus contrarium; quin potius omnige-
nam eruditionem, è sacris paginis, nec non sanctorum Patrum, aliorumque
probatorum Authorum monumentis, magno cum delectu excerptam singulari
ac facillimã methodo ubique proponit, non sine legentium summã voluptate
& fructu. Quamobrem dignissimum judicamus, ut in communem fidelium
nostræ Germaniæ utilitatem ac spiritualem profectum foras prodeat. Colonia
in Conventu Carmelitarum. 27. Februarii. Anno 1666.

Fr. AMBROSIUS à S. GODEFRIDO SS. Theologia Lector.
Fr. REMIGIUS à S. NICOLAO SS. Theologia Lector.

INDEX

INDEX
THEMATVM ET DISCVRSVVM
QUI IN HOC

TOMO PRIMO

CONTINENTVR.

Festum Circumcisionis Domini nostri JESV Christi, ejusque sanctissimum nomen JESV, & novi anni initium Duodecim discursibus celebratur.

DISCVRSVS I.

Varia recenset mysteria, ob quæ filius Dei circumcidi voluit. fol. 2.

Postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer. Luc. cap. 2. v. 21.

DISCVRSVS II.

De Circumcisione spirituali quæ variis modis fieri solet, & præcipuè in refecandis appetitibus inordinatis, sensibusque custodiendis consistit.

Circumcisio cordis in Spiritu, ad Romanos cap. 2. v. 29.

DISCVRSVS III.

Circumcisio Christi ad perfectam divinæ legis observantiam nos adhortatur, ut hac ratione longævam vitam consequi valeamus, motiva quoque explicantur, cur sanctissimum Jesu nomen Circumcisioni conjunctum fuerit, item circa hujus sanguinis effusionem variæ instituuntur considerationes, nec non variæ pro primordiali totius anni moralitates.

Fili mi ne obliviscaris legis meæ, &c. Longitudinem enim dierum & annos vitæ, &c. apponent tibi. Prov. cap. 3 v. 2.

DISCVRSVS IV.

Sollicitudo quam Dei filius sanguinem suum pro nostra salute effundendo nobis exhibuit, veluti calcar quoddam pigritiam & fœcordiam nostram excitat, amor quoque quorunc sanguinem effudit, gravissime ponderatur, & quanti pauculæ hæ sanguinis stillæ æstimandæ sint ostenditur, ut potè quæ ingentem sanguinis effusionem deinceps sublecuram promittunt.

In laboribus à juventute mea. Ps. 87. v. 16.

DISCVRSVS V.

Glorias sanctissimi nominis Jesu exponit, 17
Deus exaltavit illum & donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, &c. Ad Philipp. c. 2 v. 10.

DISCVRSVS VI.

In virtute sanctissimi nominis Jesu ingens gratiæ & gloriæ lucrum nobis comparamus, per hoc etenim omnis passio suavis redditur, ac demum in qualibet re dulcedo & jubilus invenitur, aliorum denique innumerabilium bonorum operationes eliciuntur.

Oleum effusum nomen tuum. Cant. c. 1. v. 2.

DISCVRSVS VII.

In virtute nominis Jesu remissionem consequimur omnium peccatorum, 21
Vocabis nomen ejus JESVM, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum Matthæi cap. 1. v. 21.

DISCVRSVS VIII.

De præcellentibus victoriis quas in virtute hujus sanctissimi nominis de inimicis nostris reportamus.

Turris fortissima nomen Domini. Prov. c. 18. 10.

DISCVRSVS IX.

Ad hoc ut hujus sanctissimi nominis virtute potiamur, illud non indigne invocemus necesse est, ut in gratia Dei constituti simus.

Nemo dicere potest Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto. 1 Cor. 12.

DISCVRSVS X.

Quod sanctissimum Jesu nomen efficax sit miraculorum patratorum instrumentum.

11.
QUARTO

Quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Ps. 8 v. 2.

DISCURSUS XI.

De mysteriis ob quæ anni nostri aranearum telæ assimilantur. 34.

Anni nostri sicut aranea meditantur Ps. 9. v. 0.

DISCURSUS XII.

Probat primò residuum vitæ nostræ tempus fructuosè à nobis collocandum esse, secundo nequaquam differendam esse poenitentiam, tertio multæ quo ad hoc deteguntur fallaciæ & fraudes. 37

Benedices corona anni benignitatis tua Pl. 64. v. 12.

F E S T I V M

E P I P H A N I Æ.

Decem ejusmodi Discursus subministrat.

In hisce tribus Magis veluti peccatorum primitiis, qui Christum recens natum inquirunt, reperiuntur, Evangelico textu duce, omnes ad perfectam conversionem requisitæ conditiones, 42

Ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam. Matth. cap. 2.

DISCURSUS II

De fide horum trium Regum, qui infantem quendam veluti Deum in stabulo adorant, deque eorundem in ira & turbatione Herodis sustinenda constantia. 47

Vbi est qui natus est Rex Iudeorum, venimus adorare eum Matth. cap. 2.

DISCURSUS III.

De variis diversisque mysteriis stellæ illius, quæ Magis apparuit. 50.

Vidimus stellam ejus in Oriente Matth. c. 2.

DISCURSUS IV.

Fides eorundem Regum per diversa motiva examinatur. 53.

Vidimus stellam ejus, & venimus adorare eum. Matth. cap. 2.

DISCURSUS V.

Fides trium Magorum, Abrahamæ, boni latronis, & centurionis fidei longè præfertur. 57.

Adoraverunt eum. Matth. cap. 2.

DISCURSUS VI.

Variæ Herodis & Hierosolymæ turbatæ adducuntur rationes. 62

Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo. Matth. cap. 2.

DISCURSUS VII.

Condemnant hi Reges Magi summam populi Hebræi Christum non agnoscentis negligentiam, nostramque pariter condemnant socordiam, utpote qui hunc Deum tam negligenter quærimus, & veneramur. 65

At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ.

DISCURSUS VIII.

De causis, ob quas stella tribus Magis disparuit, & de monito eisdem ab Angelis dato, per aliam viam revertendi in regionem eorum. 68

Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, & responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Matth. c. 2.

DISCURSUS IX.

De magnificentia stabuli in quo Magi quæsitum invenerunt Regem, & qualiter eidem fidem suam in tanta vilitate & paupertate exercuerint. 71

Adorate Dominum in aula sancta ejus; & procidentes adoraverunt eum Matth. c. 2.

DISCURSUS X.

De donis auri, myrrhæ & thuris à tribus Magis oblati: Deque illorum mysteriis, & aliis moralitatibus.

Obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham. Matth. cap. 2.

D E

S. ANTONIO MAGNO ABBATE

Discursus Quinque.

DISCURSUS I.

S. Antonius ad omnes eminentiores perfectionis gradus ascendit. 81

Si quis perfectus esse, vade, vende que habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. Matth. 19, v. 22.

DISCURSUS II.

Ex variis à Scriptura sacra & sanctis Patribus desumptis solitudinis encomiis, variæ quoque S. Antonii laudes deducuntur. 87

Sedebit solitarius & tacebit, quia levavit se super se. Threnorum cap. 3, v. 82.

DISCURSUS III.

De victoriis, quas S. Antonius in tentationibus reportavit, deque variis documentis, quæ ad detegendas inimici infernalis insidias, & ad insultus ejus superandos nobis post se relinquit. Ubi multæ pariter sancti

hujus Abbatis virtutes in medium adducuntur. 92

Qui non est tentatus, quid scit? Ecclesiast. c. 34 v. 9.

DISCURSUS IV.

Virtutes, dona, gratias, & merita, in Epistola Missæ hujus sancti descripta, excellentius in S. Antonio, quam in Moysè adimpleta fuisse demonstratur. 97

Dilectus Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Ecclesiast. 45, v. 1.

DISCURSUS V.

De eximia gloria & mirificis honoribus, quibus Deus S. Antonium etiamnum viventem exaltavit. 102

Glorificavit illum in conspectu Regum. Ecclesiast. cap. 45, v. 3.

D E

S. SEBASTIANO MARTYRE

Discursus Sex.

DISCURSUS I.

De perfectione S. Sebastiani quam in aula Imperatoris illius, qui Fidei Christianæ persecutor erat, exercuit. Et qualiter perfectionem istam, in tam periculoso, militis statu tanto tempore occultaverit. 107

Ambulavit cum Deo & non apparuit. Gen. 3, 24.
Mansii Sanctuarii Tom. 1.

DISCURSUS II.

In laudem S. Sebastiani, multæ veri servi Dei conditiones examinantur, talem enim ipsemet se esse probavit. 111

Fidelis servus & prudens quem constituit Dominus super familiam suam.

* *

DISCURSUS

DISCURSUS III.

In laudem S. Sebastiani textus quidam Isaïæ
exponitur. 116

*Posuit os meum, quasi gladium acutum, in um-
bra manus suæ protexit me, & posuit me se-
cut sagittam electam, in pharetra sua ab-
scudit me, & dixit mihi, seruum meus es tu,
quia in te gloriorbor, Isaïæ c. 49. v. 2.*

DISCURSUS IV.

Quibus armis, invictus Christi miles spiritua-
liter munitus fuerit, exponitur. 119

*Induti lorica m justitia sumentes scutum fidei
& galeam salutis & gladium spiritus, Ad
Ephes. c. 6. v. 15.*

DISCURSUS V.

Sagittarum quibus S. Sebastianus transfixus
fuit variæ adducuntur expositiones 123

Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi Psalm. 37. v. 30.

DISCURSUS VI.

Per varios sensus spirituales declaratur, quale
fuerit signum vel scopus, ad quem S. Seba-
stianus expositus fuit. Insuper docetur qua-
liter unusquisque exemplo S. Sebastiani, in
quacunque demum fuerit vocatione, in
Christiana Innocentia vivere possit. 128

*Tendit arcum suum, & posuit me quasi sig-
num ad sagittam. Threni c. 3. v. 12.*

PURIFICATIONEM

B^{MAE} VIRGINIS
MARIAE*Discursus Decem elucidant.*

DISCURSUS I.

Ostenditur quod tam mysteria in Evangelio
expressa quam cærenioniz pro hoc festo in-
stituta, spiritualement nobis insinuant anima-
rum nostrarum purificationem. 132

*Postquam impleti sunt dies purgationis Mariae,
secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Ie-
rusalem, ut sifterent eum Domino. Lucæ,
cap. 20.*

DISCURSUS II.

Licet nec filius nec mater legibus adstricti fue-
rint, eas tamen adimplere voluerunt; ejus-
que variæ adducuntur mysteria. 135

*Cum inducerens puerum Iesum parentes ejus,
ut facerent secundum consuetudinem legis,
Lucæ cap. 20.*

DISCURSUS III.

Quantum hæc filii sui oblatio æterno Patri
accepta fuerit. Exponuntur etiam quinque
sacrorum mysteria, & variæ moralitates. 138

*Tulerunt Iesum in Ierusalem, ut sifterent eum
Domino. Lucæ, cap. 20.*

DISCURSUS IV.

Quoad columbas & turtures hodie à B. Virgi-
ne oblatos, variæ adducuntur opiniones,
nec non sensus morales varii (exinde eruun-
tur. 141

*Ut darent hostiam, secundum quod dictum est
in lege Domini, per turturum, aut duos pul-
los Columbarum, Lucæ c. 2.*

DIS-

INDEX THEMATUM ET DISCURSUUM.

DISCURSUS V.

Qui dignus esse vult, ut divinum Infan-
tem recipiat, virtutes sancti Simeonis Senis imita-
ri debet. 144
Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Si-
meon, & homo iste iustus, & timoratus, ex-
pectans, &c. Lucæ. cap. 2.

DISCURSUS VI.

Devoti exponuntur S. Simeonis affectus qui-
bus Christum inter brachia sua suscepit.
Quod beneficium idemmet Dei filius nobis
contulit, dum nobis illum pluribus modis,
præcipue vero in Eucharistia recipere con-
cessit: Deque præparatione ad hujus recep-
tionem necessaria. 147
Accipit eum in ulnas suas. Lucæ c. 2.

DISCURSUS VII.

De immaculata Mariæ cum humilitate ejus
conjuncta puritate, ob quam etiam magis
magisque resplendit. 151

Postquam impleri sunt dies purgationis Mariæ
secundum legem Moysi. Lucæ. c. 2.

DISCURSUS VIII.

Ex eo, quod in Missa & officio divino habe-
mus, nec non ab hujus festi ritibus, argu-
menta quædam eliciuntur ad demonstra-
dam Virginis puritatem, quæ proinde puri-
ficatione non indiguit. 154
Hodie B. Virgo Maria puerum Iesum præsentavit
in templo.

DISCURSUS IX.

De mysteriis cereæ & benedictarum Candelæ-
rum, quæ in hac solemnitate distribuun-
tur. 156
Ipse enim quasi signis. Malachiz cap. 3.

DISCURSUS X.

De origine & mysteriis processionis hujus fe-
sti. Et nonnullæ exponuntur moralita-
tes circa lumina, quæ in manibus portan-
tur. 159
Lumen ad revelationem gentium n. Lucæ c. 2.

DE S. MATTHIA
APOSTOLO

Discursus Sex.

DISCURSUS I.

Observationes & varia documenta traduntur
circa Epistolam, quoad electionem S. Mat-
thiæ. 162
Exurgens Petrus in medio fratrum dixit: Opor-
tet impleri Scripturam, quam prædixit Spiri-
tus sanctus per os David. Act. cap. 1.

DISCURSUS II.

De virtutibus & meritis S. Matthiæ; deque
ejus scientia & aptitudine ad munus Apo-
stolatus, ad quod ipsa non fors, sed divi-
na sapientia evexit. 167

Exurgens Petrus in medio fratrum dixit: Opor-
tet ex his viris, qui nobiscum sunt congru-
gati, in omni tempore, quo intravit, & exi-
vit inter nos Dominus Iesus, testem Resurre-
ctionis ejus nobiscum fieri unum ex istis. Act.
Apostolicorum c. 1.

DISCURSUS III.

Ex nomine MATTHIAS, quod idem signifi-
cat quod PARVULUS DEI; & ex variis ex-
positoribus circa 17 PARVULIS adductis a-
liæ deducuntur hujus sancti laudes. 170
Revelatio parvulis. Matth. c. 11. v. 25.

* * 2

DIS-

DISCURSUS IV.

Ex sanctitate & synceritate electorum, nec non ex præconis in hac electione competentium, & præcipuè S. Barfabæ, facile arguere licet dignitatem S. Matthiæ ad Apostolatam; ubi & alia ejus merita considerantur. 173

Statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barfabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam, Act. Apost. cap. 1.

DISCURSUS V.

Ostenditur quòd fors, quocunque tandem modo illa exponatur, meritum S. Mat-

thiæ ad Apostolatam aptissimè declarari 176.

Et dederunt sortes eis; & cecidit fors super Matthiam. Act. Apost. cap. 1.

DISCURSUS VI.

Ostenditur quòd Deus non verò fors, S. Matthiam ad Apostolatam elegerit, utpote in quem omnes illæ conditiones concurrunt, quæ ad bene deliberatam electionem requiruntur. 180

Et orantes dixerunt; Tu Domine, qui corda nosti omnium; ostende, quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii hujus & Apostolatus. Act. Apost. cap. 1.

D E

S. FRANCISCA ROMANA;

Discursus Quinque.

DISCURSUS I.

S. Francisca imitata seu potius assecuta est virtutes, dona & merita omnium sanctarum Romanarum, cujuscunque demum status illæ fuerint, imò illas omnes multum est supergressa. 184

Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universas.

DISCURSUS II

Sanctitas S. Franciscæ in statu conjugali consideratur; & variè adducuntur expositiones super illa verba S. Pauli: SANCTA CORPORE ET SPIRITU. 190

Et mulier in nupta & virgo cogitat, que Domini sunt, ut sit sancta corpore & Spiritu.

1. Cor. 7. v. 34.

DISCURSUS III.

In S. Francisca demonstrantur insigniora virtutis fortitudinis encomia, simulque ostendi-

tur, ipsam verè esse mulierem illam fortem, quam sapiens sollicitè quæsit. 166

Mulierem fortem quis inveniet? Prov. 31. 10.

DISCURSUS IV.

Considerantur aliqua mysteria circa Angelum, qui S. Franciscæ visibiliter assistebat. 202

Angelus suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. Psal. 90. v. 11.

DISCURSUS V.

Ostenditur S. Franciscam hoc nomen fortitam fuisse, ut variorum æmularetur facinora; recluderetque in se merita, virtutes, dona, aliasque prærogativas trium sanctorum, qui Francisci nomine insigniti in Ecclesia Dei effulserunt, id est, S. Francisci Xaverii, S. Francisci de Paula, & S. Francisci Assisinas. 209

Novi te ex Nomine. Exodi cap. 33. v. 13.

DE S. JOSEPHO SANCTISSIMÆ VIRGINIS SPONSO.

Discursus undecim.

DISCURSUS I.

Ex nomine Josephi, quod idem est, ac FILIUS
ACCRESCENS, Patriarcham hunc omnibus
Angelis, cunctisque aliis Sanctis superiorē,
ipsique Deo vicinum esse demonstratur 216
Cur nomen erat Ioseph.

DISCURSUS II.

Ex vocabulo VIR, quod idem est, ac HOMO
VIRTUTIS, varias B. Josephi virtutes confi-
derandi occasio ministratur 226
Ioseph autem vir. Matth. cap. I v. 19.

DISCURSUS III.

Ex nomine, Justus, in multorum meritorum,
variarumque virtutum S. Josephi cognitionem
inducimur. 224
Ioseph autem vir ejus, cum esset justus. Matth.
cap. I.

DISCURSUS IV.

Exponuntur mysteria, ob quæ S. Joseph filius
David appellatur. 227
*Angelus Domini apparuit ei dicens: Ioseph fili
David.* Matth. cap. I. v. 20.

DISCURSUS V.

S. Joseph tanquam sanctissimæ Virginis spon-
sus consideratur, atque ex hoc in dignitatis
& excellentiæ ejus, nec non sanctitatis &
meritorum illius notitiam devenitur. 231
Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.
Matth. cap. I.

DISCURSUS VI.

Aliquot S. Josephi laudum encomia ex eo,
quodd Pater Christi declaratus fuerit, eruun-
tur. 234
*Erant Pater ejus & mater mirantes super his,
qua dicebantur de illo.* Lucæ cap. 2. v. 33.

DISCURSUS VII.

Alia motiva considerantur ad demonstrandum
S. Josephum Christi Patrem esse. 238
Ecce Pater tuus & ego dolentes quarebamus te.
Lucæ cap. 2.

DISCURSUS VIII.

Cur Christus hinc in tertis talem sibi virum in
Patrem elegerit, qui autem exercebat fabri-
lem Explicatur etiam gloria S. Josephi ex
eo, quodd Christum sibi subjectum habuerit.
Efficacia quoque intercessionis ejus de-
monstratur 241

Nonne hic est Fabri filius? Matth. cap. 13 v. 55.

DISCURSUS IX.

Nullus est, qui S. Josepho in donis, virtutibus,
& privilegiis omnibus aliis Sanctis à Deo
concessis, æquiparari possit. 245
Non est, qui similis sit tibi. Psal. 39 v. 6

DISCURSUS X.

Sanctitas S. Josephi ex eo, quodd longo tempo-
re stricta ipsi cum sanctissima Virgine &
Christo familiaritas intercesserit, ostendi-
tur. 249
In venerunt Mariam, & Ioseph, & infantem.
Lucæ cap. 7.

DISCURSUS XI.

Ex quo S. Brigittæ à sanctissima Virgine hæc
verba relata fuerint: TOTUM DESIDERIUM
JOSEPHI FUIT OBEDIRE VOLUNTATI DEI,
IDEO NUNC MAGNA GLORIA JOSEPH; hinc
quæ in illis latent mysteria, explicantur 252
*Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam
conjugem tuam.* Matth. cap. I. v. 20.
*Inveni David filium Jesse, virum secundum
cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.*
Act. Apost. 13, v. 22.

DE ANNUNTIATIONE BEATISS. V. MARIÆ

Discursus septendecim.

DISCURSUS I.

Super illad S Augustini dictum: SIMILIS RE
PARATIO QUÆ LIS FUIT ET HOMINIS CREA
TIO, varii considerantur eventus. 257
Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem.

DISCURSUS II.

Ostenditur, quòd damna, quæ genus huma
num per Evæ transgressionem passum est, à
B. Virgine in Annuntiatione & Incarnatio
ne verbi sigillatim refarcita fuerint. 269
Missus est Angelus Gabriel ad Mariam.

DISCURSUS III.

Varia recensentur motiva, cur Deus in hodie
na legatione usus fuerit Angelo, & inter cæ
teros, Gabrielem oblegârit. 263
Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem.

DISCURSUS IV.

Aperiuntur mysteria, cur Dei Filius Virginem
in matrem elegerit. 267
Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem.

DISCURSUS V.

De immenso gratiarum thesauro, quem Beata
Virgo in Incarnatione Verbi, & in toto vitæ
sua decursu successivè recepit. 260
*Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia
plena.*

DISCURSUS VI.

Super verba illa, quæ Angelus ad Mariam di
xit: videlicet DOMINUS TECUM, variorum
expofitorum interpretationes adducuntur. 274
Dominus tecum.

DISCURSUS VII.

De benedictionibus, quas Angelus Virgini an
nuntiavit. 277
Benedicta tu in mulieribus.

DISCURSUS VIII.

Varia causa turbationis Virginis adferuntur. 279
Qua cum audisset, turbata est.

DISCURSUS IX.

Considerantur verba: INVENISTI GRATIAM,
utpote quæ ad gratiam in primo homine
olim amissam, deum videri à Maria inven
tam alludunt. 282
Invenisti gratiam apud Deum.

DISCURSUS X.

De admirandis in Incarnatione patris operi
bus, & de ineffabili modo, quo completa
fuit. 285
*Dixit autem Maria ad Angelum; Quomodo fiet
istud?*

DISCURSUS XI.

De effectibus, quos Spiritus sanctus in Incar
natione verbi operatus est in utero Virginis. 288
*Spiritus sanctus supervenies in te, & virtus Ab
tissimi obumbrabit tibi.*

DISCURSUS XII.

Exponuntur actus heroici humilitatis virgi
neæ, qua se ancillam & servam esse professæ
est. 291
Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini

DISCURSUS XIII.

Cur Deus ante Incarnationem Virginis requi
siverit consensum: Et varia instituuntur con
siderationes super verbum: FIAT: 284
*Dixit autem Maria: Fiat mihi secundum ver
bum tuum.*

DISCURSUS XIV.

De immenso amore, quem Christus in Incar
natione sua nobis monstravit. 297
*Conceptus est de Spiritu sancto, ex Maria Virgi
no; Et homo factus est.*

THEMATUM ET DISCURSUM.

DISCURSUS XV.

In decursu Historiæ Evangelicæ de Annuntiatione varis considerantur moralitates 300
Et cogitabat qualis esset ista saluatio.

DISCURSUS XVI.

Ostenditur dotem, quam Virgo in hoc sponsalio cum Deo in Incarnatione contracto secum attulit, fuisse varias & admirabiles eius virtutes. 313

Missus est Angelus Gabriel ad Mariam Virginem desponsatam vivo.

DISCURSUS XVII.

Pro tempore, quo Festum hoc in diem Veneris sanctum incidit, ostenditur Christum ab instanti Incarnationis suæ passionem suam fuisse exorsum. 316

Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine; & homo factus est; crucifixus etiam pro nobis.

DE RESURRECTIONE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI,
five
DE FESTO PASCHATIS.

Discursus viginti.

DISCURSUS I.

Varia explicantur mysteria ob quæ hodiernus Resurrectionis dies à Deo factus esse dicitur. 313

Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

DISCURSUS II.

Plura alia considerantur motiva, cur hic resurrectionis dies à Deo factus esse dici possit. 326

Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

DISCURSUS III.

Hæc dies à Deo factus esse dicitur, quia per Christi resurrectionem multa nobis bona attulit; simulque ostenditur, quod lætitia hujus diei spiritalis, non verò prophana esse debeat. 329

Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

DISCURSUS IV.

Nonnullæ virtutes & merita illarum sanctarum mulierum considerantur, quibus Christus resurgens dignatus est apparere. Ostenditur etiam, quem à sepulchro revolutum esse viderunt lapidem, symbolum esse prave consuetudinis, quæ per resurrectionem Christi,

& Mariarum imitationem planè superetur. 332

Dicebant ad invicem: Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti? & respicientes viderunt revolutum lapidem; erat quippè magnus valde Marci cap. 16. v. 4.

DISCURSUS V.

Ostenditur lætitiarum resurrectionis à Passionis memoria sequestrandum non esse. Nonnullæ etiam adducuntur rationes, cur retinere voluerit vulnere suorum cicatrices. 335

Nolite timere vos, scio enim, quod Iesum, qui crucifixus est, guarit. Matth. cap. 28. v. 6.

DISCURSUS VI.

De gloria sepulchri Christi 338
Et erit sepulchrum ejus gloriosum. Isaia cap. 1. v. 10.

DISCURSUS VII.

Quomodo Christus dici possit primus eorum, qui à mortuis resuscitati fuere. Considerantur etiam differentia inter resurrectionem Christi & aliorum. Denique ostenditur cavendum esse, ne in peccata denuò reincidamus. 341

Christus resurrexit à mortuis primitia dormientium. 1. Cor. cap. 15.

INDEX THEMATUM ET DISCURSUUM.

DISCURSUS. VIII.

Omni studio nobis curandum est, ut ad imitationem Christi resurgentis, nos quoque ita à peccato resuscitemur, ne aliquam in illud cecidiram patiamur. 344

Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Ad Rom: cap. 6. v. 9.

DISC. IX.

Explicantur Analogiæ, quæ esse debent inter resurrectionem corporalem Christi, & nostram spirituales resurrectionem, ut verè ad gratiam resurgamus. 346

Si enim complacenti facti sumus similitudini mortis ejus. simul, & resurrectionis erimus. Ad Rom. cap. 6. v. 6.

DISC. X.

Si in peccata per penitentiam abolita relabimur, fugiendæ omnes illorum committendorum occasiones. 350

Vidit linteamina posita & sudarium, quod fuerat super caput ejus. Joan. cap. 20. v. 6.

DISC. XI.

Ad gratiam & Spiritum, quem Deus nobis in hoc Paschate communicat, recipiendum & conservandum, sensuum custodia magno nobis subsidio esse poterit. 353

Cum fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, propter metum Judæorum, venit Jesus & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis, Joan. cap. 20.

DISC.

Christus per resurrectionem suam nos docet, qualiter mores nostros renovare, extirpare vitia, & vitam nostram reformare debeamus. 356

Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulemus. Ad Rom. cap. 6. v. 4.

DISC. XIII.

De stabilitate, quam tenere debemus in bono in hisce sanctis diebus Paschalibus incepto: Et qualiter cavendum sit, ne ad peccatum revertentes Deum amittamus. 359

Mane nobiscum Domine, Lucæ. cap. 24.

DISC. XIV.

Agitur hoc discursu de Pace, quam Christus nobis dedit, quæ à nobis conservanda est per bonam & incontaminatam conscientiam, cavendo, ne in peccata pristina labamur, sed potius in gratia & bonis operibus perseveremus. 362

Et dicit eis: Pax vobis. Lucæ cap. 24.

DISC. XV.

Ostenditur, Pacem à Christo nobis datam, junctam esse debere cum perpetuo bello, & certamine adversum nos ipsos, vincendo nostros appetitus, omnesque peccatorum occasiones fugiendo. 366

Dicit eis: Pax vobis; Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Joan. cap. 20. v. 20.

DISC. XVI.

Agitur in hoc discursu de Christo resurgente sub symbolo Leonis. Et de victoria & triumpho, quem is reportavit; nec non de quibusdam mysteriis, quæ terræ motum respiciunt. 370

Ecce vicit Leo de tribu Juda. Apocal. cap. 5. v. 5.

DISC. XVII.

Declarantur sensus Textus cujusdam Apocalyptici: Item quænam sit prima resurrectio, quænam etiam mors secunda dicatur. Ad hæc Christum ad animandum & erigendum peccatores ne desperent, primò Magdalenæ, & postea S. Petro apparuisse demonstratur. 374

Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima; in his secunda mors non habet potestatem. Apocal. cap. 20. v. 5.

DISC. XVIII.

Articulus resurrectionis est basis fidei nostræ. 377

Si Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est ergo Fides nostra. I. Cor. 15.

DISC. XIX.

Ad probandam futuram corporum nostrorum resurrectionem variæ rationes, similitudines, & argumenta diversa adducuntur. 380.

Scio enim, quiddam Redemptor meus vivit, & in nonissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & non alium Job.

DISC. XX.

Tractatur in hoc discursu de nonnullis resurrectionis figuris; variæ etiam de illa adducuntur Scripturarum autoritates. Item de Christo B. Virgini apparente. Denique qualiter intelligendæ sunt tres dies & tres noctes mortis Christi. 383

Resurrexit tertia die secundum Scripturas

DE CIRCUMCISIONE,
ET
SANCTISSIMO NOMINE IESU;
NEC NON
DE NOVI ANNI FELICI INITIO
DISCURSVS DVODECIM.

- D**ISCURSUS I. Varia recenset mysteria, ob quæ Filius Dei circumcidi voluit.
- D**ISCURSUS II. De Circumcisione spirituali, quæ variis modis fieri solet, præcipue in refecandis appetitibus inordinatis, sensibusque custodiendis consistit.
- D**ISCURSUS III. Circumcisio Christi ad perfectam Divinæ legis observantiam nos adhortatur, ut hac ratione longævâ consequi vitam valeamus. Motiva quoque explicantur, cur sanctissimum Jesu nomen Circumcisioni conjunctum fuerit; Item circa hujus sanguinis effusionem variæ instituantur considerationes; nec non variæ pro primordiali totius anni die moraliter.
- D**ISCURSUS IV. Sollicitudo quam Dei filius sanguinem suum pro nostra salute effundendo nobis exhibuit, nobis velut calcar inservit ad excitandam animi nostri pigritiam & socordiam. Amor quoque, quo hunc sanguinem effudit, graviter ponderatur, & quanti paucula hæ sanguinis stilla æstimandæ sint, ostenditur, utpote quæ ingentem sanguinis effusionem deinceps subsequaturam promittunt.
- D**ISCURSUS V. Gloriæ sanctissimi nominis Jesu exponuntur.
- D**ISCURSUS VI. In virtute sanctissimi nominis Jesu ingentem gratiæ & gloriæ lucem nobis comparamus. Per hoc etenim omnis passio suavis redditur, ac demum qualibet in re dulcedo, & jubilus invenitur; aliorum denique innumerabilium bonorum operationes eliciuntur.
- D**ISCURSUS VII. De sanctissimo nomine Jesu, cujus virtute remissionem consequimur omnium peccatorum.
- D**ISCURSUS VIII. De præcellentibus victoriis, quas in virtute hujus sanctissimi nominis de inimicis nostris reportamus.
- D**ISCURSUS IX. Ad hoc ut hujus sanctissimi nominis virtute potiamur, illudque non indignè invocemus, necessum est ut in gratia Dei constituti simus.
- D**ISCURSUS X. Clare ostendit quod sanctissimum Jesu nomen efficax sit miraculorum patratorum instrumentum.
- D**ISCURSUS XI. De mysteriis ob quæ anni nostri araneorum telæ assimilantur.
- D**ISCURSUS XII. Probat primo residuum vitæ nostræ tempus fructuose à nobis collocandum esse. Secundo nequaquam differendam esse poenitentiam. Tertio multa quoad hoc deteguntur fallaciæ & fraudes.

DE VARIIS MYSTERIIS,
OB QUÆ FILIUS DEI CIRCUMCIDI VOLUIT.
DISCURSVS PRIMVS.

Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur Puer. Luc. cap. 2. v. 12.

Serm. 3. de
circumcis.

S Bernardus de Circumcisione Salvatoris nostri scribens, in variis prorumpit admirationis affectus dicens: *Quid facitis circumcidentes eum? Putatis quia super eum possit cadere sententia illa: Masculus, cuius prapucii caro circumcisa non fuerit, peribit an maresus de populo suo?* Num forte timeri poterit, ne Pater a ternis filium suum, nisi is hoc circumcisionis signo notatus fuerit, agnoscere non possit? *Imo verò (subjungit idem sanctus) si quo modo posset non agnoscere filium, n quo ei bene complacuit, ex hoc maxime signo poterat ignorare eum, inventa in eo circumcissione, quam peccatoribus ipse providerat, ob purgationem utriusque delictorum.*

2 Enim vero circumcisio Filio Dei adeo improprie convenit, ut Evangelista, quantumvis in omnibus vitæ suæ successibus enarrandis sit accuratissimus, nihilominus dum ad hoc punctum recensendum pervenit, solum tempus circumcisionis appropinquasse dicat, effectum vero circumcisionis realiter subsecutum esse, dicere non auit, cuius quidem silentii ratio à doctissimo Salmerone optime tangitur, dum ait: *Horrui Evangelista infantulum innocentem nota & cauterio subjicere circumcissionis, cum esset innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior caelis, scilicet Ang. lis, factus.* Et quidem admiratio hæc tanto magis adaugetur, si consideremus quod stigma hoc eodem profus modo Christo illatum fuerit quo aliis infantibus adhibetur, utpote qui nullo rationis usu gaudentes vulnus istud non ex propria, sed ex alienæ voluntatis dispositione recipiebant: Christus autem non sic, utpote quia primo instanti conceptionis suæ, rationis perfectissimo usu

præditus fuit, Unde de eo scribitur: *Femina circumdatit virum*; atque ideo veluti in alio-^{Jerem. 31. 22.} tum peccatorum numero comprehensus circumcidi elegit *Et oblatu est* (addere possumus) *circumcisus est, quia ipse voluit.* Cum igitur certissimum sit, quod Salvatore nostro vere dici possit: *Omnia in sapientia fecisti, iure merito ad indaganda motiva impellimur, ob quæ huic circumcisionis legi sese ultro subijcere voluerit.* ^{1 Jo. 3. 7. Pf. 103. 24}

3. *Vt circumcideretur.* S Evangelista Matthæus, Christum Dominum Abrahamæ filium nominavit: *Liber generationis Iesu Christi filii Abraham.* Qua autem ratione mundus Christum verum Messiam promissum, ex dicti Patriarchæ stirpe descendente credere potuisset, nisi hoc circumcisionis signaculo fuisset insignitus? Fuit hæc quondam Euthymii ^{Luc. 2.} ponderatio, dum ait: *Nisi circumcisus fuisset, nequaquam ejus doctrina suscepta fuisset, sed omnino repudiata tanquam alienigena: neque credidisset quisquam ipsum esse Christum de semine Abrahamæ expectatum:* Omnes namque ab Abrahamæ descendentes posterius, à quibus juxta Prophetarum vaticinia Messias nasciturus erat, hoc circumcisionis signaculo sigillauerant, utpote per quod ab aliis gentium populis distinguebantur.

4 *Vt circumcideretur,* Magister noster Christus quondam palam de se testificatus est: *Non veni legem solvere, sed adimplere.* Ac proinde ait idemmet Euthymius: *legem ait in hoc adimplens sicut in aliis quoque præceptis legalibus, ne legis transgressor videretur, scandali occasionem huic populo adimere voluit, utpote qui infallibiliter murmuraturus fuisset, si ipse ab hoc se vulnere eximendo, hanc in se singularitatem exhibuisset.* Unde Dionysius Carthusianus ait: *Ne Iudæi haberent occasio-*

Thmo 3.
fract. 36.

In Luc.

ocasio-

occasionem contra Christum, dicendo quod legem transgressus esset, ideo cum nullus ex hoc populo hanc à se legem excluderet, omnibus aliis sese conformare voluit, propter communitatis & uniformitatis commendationem, ut & nos singularitatem vitemus. Adhuc obedientiam nobis insinuare voluit, dum legi à se aliis data sese subicere voluit. Unde Salmeron ait: *Obedientiam in hoc quod subditus sua legi faciens simul ac docens; pulchra est enim certe sententia illius imperatoris qui dixit; digna vox Majestate regnantis, alligatum legibus se principem profiteri.* Beda scribit, Christum obediendi exemplum nobis exhibere voluisse; ut etiam nobis obediendi virtutem commendaret exemplo, & ut eos qui sub lege positi, legis onera portare nequiverant, sua compassione iuvaret. Quis etenim cauterium hoc adeo pœnotum nauseare potuisset, quando ipsi summi Dei filium innocentem, ipsi quæ cœlis puriorem, magisque immaculatum illud nequaquam fastidire cernebat? veruntamen Haymon aliud hujusce perpelle Circumcisionis motivum insinuat, dum ait: *ut demonstraret legem Moysis justam, sanctam, & bonam esse.* Id quod Salmeron quoque post se scriptum reliquit dicens: *ut legem Dei approbaret, vel ob solam circumcissionem à gentibus reprobata, atque in calumniam vocata.*

In Luc.

5. *Ut circumcideretur;* Circumcisus insuper est, ut multorum confunderet hæreticorum errores: ut ostenderet se veraciter incarnatum, non phantasticè (ait Dion. Carthusianus) seu apparenter, ut Manichæus confinxit; & ut monstraret, quod corpus suum divinitati consubstantiale non esset, ut dixit Apollinaris. Unde etiam S. Bernardus scribit: *sic & circumciso veritatem suscepta probat humanitatis;* dum enim ad similitudinem aliorum infantum in præputio vulneratus sanguinem effundit, impio Valentino blasphemum os obstruit, qui ipsum è cœlo corpus suum impassibile & immortale atulisse ait, dum id ipsum vere passibile mortique subiectum esse probavit.

Ser. 2. de Nat.

6. *Ut circumcideretur.* Aliud nobis hujusce Circumcisionis mysterium sanctus Leo insinuavit, dum ait: *ut virtutem Deitatis per velamen nostra infirmitatis absconderet, illusa est securi hostis astutia, qui natiuitatem pueri in salutem generis humani procreantij nõ*

alter sibi quam omnium nascentium putavit obnoxiam; vidit enim circumcissioni subditum, & legalis sacrificii oblatione perfunctum. Idem quoque motivum B. Laurentius Justinianus adducit, dum ait: *Diabolo, ne incarnationis mysterium agnosceret, velamen imposuit.* Fuitque hoc ipsum ab increata & incarnata illa sapientia ita dispositum, ut redemptionem nostram tanto abundantius operaretur: Quod si enim tam humani generis inimicis, quam increduli & perfidi Hebræi Christum verum Dei filium agnovissent, nunquam ei in crucis paribulo probrosam mortem intulissent: *si cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.*

Serm. de Circumci.

I. Cor. 2 8

7. *Ut circumcideretur.* Apertè satis Christus se eo potissimum fine in hunc mundum venisse est contestatus, ut nos humilitatis virtutem edoceret: *discite à me quia humilis sum.* Hanc autem humilitatem suam circumcissionis præceptum adimplendo in supremo gradu exhibuit; Quia, ut optime Salmeron notavit, non solum ut homo nobis apparere voluit, sed etiam ut homo servus. Porto in incarnatione formam servi accipiens habitu est inventus ut homo: in circumcissione autem sua verum se servum & mancipium nostrum se demonstravit, dum hunc in modum cruento circumcissionis stigmatè signari voluit; *A Domino suo,* (inquit de servo idemmet Salmeron) *nota servitutis inuritur, atque ita hoc signaculo circumcissionis perpetuum se nostrum declarat servum atq; mancipium.* O Domine quia ego servus tuus, ego servus tuus, & filius ancilla tua, Servitus charitatis servitus illa, cui se christus submitit, à S. Hieronymo in Epistolam ad Titum appellati meruit: *quia cum esset liber ex omnibus, servus omnium fieri voluit.* Enim vero, ut Alexander ab Alexandro refert, servi antiquitus stigmatibus insigniri solebant; atque ideo christus per hoc stigma & cruentam circumcissionis notam, non solum nominis, sed & effectuum servi particeps fieri voluit, Et quidem quod si ethimologia nominis servitus, prout multi affirmarunt, à verbo servare derivatur; optime hodie nec sine ingenti mysterio christus in hac sua cruenta circumcissione Jesus denominatur, quod idem est quod Salvator. Eandemmet christi virtutem S. Bernardus ser. 3. de hodierno festo sequentibus verbis ponderavit: *Minoratus est ab Angelis, & habitu in-*

Matthæi, 29.

Sal. I 5. 16.

Lib. 3. genia. dier. 6. 20.

ventus ut homo, hodie minoratus est multo minus ab Angelis, qui non solum formam hominis, sed formam habet peccatoris & insignitur velut quoddam cauterio latronis. Porro ex hac filii Dei humilitate expositor quidam modernus circa hunc § Lucae textum egregiam quandam elicit moralitatem; Filius enim Dei peccator videri & apparere voluit, licet talis non esset: nos autem qui maximi peccatores sumus immaculati censer, & innocentes reputari volumus; ideoque graviter decipimur, & re ipsa evidenter satis demonstramus, quam sit vita nostra vitæ Christi contraria, dum iusti videri & censer ab omnibus volumus, qui tot sumus sordibus coinquinati. Audite quid hac de re scripserit S. Bernardus, dum conformiter ad ea quæ diximus de Redemptore nostro ita loquitur: *Nec vestigium quidem ullum vulneris habens alligaturam non refugit vulneris: non sic impij non sic, non sic agit perveritas elevationis humane erubescimus vulnerum legaturam, qui de vulneribus interdum etiam gloriamur; qui peccatum non fecit, non designatus est se peccatorem reputari, nos & esse volumus, & nolumus aestimari.*

Didacus
Rella.

Serm. 1. de
Circ.

Gen: 34.

8. *Ut circumcideretur. Ut singularem adversus hominem (inquit Salmeron) amorem ostenderet. In Genesi scribitur, quod Sichem amore Dinæ Jacobi filix captus, tanta erga eam affectione ferebatur, ut quo illam sibi adsciscere posset in conjugem, se una cum omnibus subditis suis circumcisionis cultro ultro citroque subjecerit, qui proinde ex accepto circumcisionis vulnere una cum Principe suo occurrerunt morti. Vere autem in hoc Principe figuratus est Christus, qui ut sibi animas nostras desponsaret, hodie se circumcidi voluit, ut tandem suo tempore ex merito erga animas fratrum suorum, qui Hebræi erant, amore morti quoque traderetur. Eundem hunc ardentissimum Christi amorem Albertus Magnus ejusdem hujus festi occasione considerans, ita scribit: *sententia condemnationis aterna lata fuit in latronem, qui voluit auferre similitudinem suam Divinitati: audivit hoc Regi filius intra aulam in secreto Patris confitentis: exivit: formam latronis induit, ut sententiam condemnationis pro se voce acciperet, ut servum liberaret; forma autem latronis est character latronis in circumcissione, qua non dabatur, nisi pro remedio peccatorum. Et quidem ad manifestationem hujus probationem hunc textum adducit: propter verba labiorum**

suorum ego custodivi vias duras; vel juxta versionem Aquilæ: *vias latronis, cauteria latronis, scilicet in me recipient*

9. *Ut circumcideretur. Quæstio est non solum curiosa, sed utilis pariter & fructuosa, quia inquiri solet causa cur Filius Dei in hunc mundum ad totum humanum genus redimensum veniens specialiter ex Hebræorum populo incarnari, & in sola Palæstina, non vero in alia mundi parte nasci voluerit; Et quidem omnis omnibus aliis responsonibus S. Irenæus eam adducit causam, quæ proposito nostro quam maxime inservit, dum ait: *Ideo Christus nascitur in Judæa, & non in Gentibus, quia gentilitas caerebat circumcissione; & ideo in Judæa ostentat gloriam suam in primordio nativitatis suæ, in effusione sanguinis.* Idemmet ipse quoque Redemptor noster dixit, dum ait: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor usque dum perficiatur.* Etenim impatiens erat omnis moræ, quamdiu horam cernere non poterat qua pro redemptione nostra aliquod facere posset effusionis sanguinis sui exordium. Sanguis ejus intra Venas ebulliebat effundi percupidus: atque ideo vix natus vulnerari voluit. Porro fructus primitivos, quia rari sunt, permagni aestimare consuevimus, licet ad perfectam maturitatem nondum pervenerim; atque ideo Filius Dei hæc sanguinis sui primitias veluti donum æterno Patri suo summe acceptum antequam offerre satagit: *En fructum novum (inquit Salmeron) nam quod magis novum sanguine Dei pariter & hominis ex nova arbore producto, atque ex sanctissima Virgine Deipara, de qua novum faciet Dominus super terram, femina circumdabit virum?**

Lib. 3. c. 70.

Luc. 12. 50.

10. *Ut circumcideretur. Scribit S. Ambrosius Christum Dominum nostrum per hujus legis adimpletionem eandem cum honore abolere voluisse, ideoque eandem in semetipso exequi voluisse: voluit legem cum honore sepelire, Cui consentit Carthusianus, dum ait: *ut virtute ac merito sua Circumcisionis fideles suos à duritia præcepti illius exoneraret, & ipsam Circumcisionem in Baptismum dulciter commutaret.**

11. *Ut circumcideretur. Dicit quoque potest Christum in carne sua Circumcisionem admisisse, ut nos doceret non esse dolendum nobis, dum à divina justitia propter peccata nostra castigamur: videntes (sunt verba Dionysii Carthus.) quod Christus, qui remedio culpa*

non eguit, circumcissionem, qua fuit remedium contra originale peccatum, ineffabili humanitate suscepit.

12. *Ut circumcideretur.* Salvator noster ad instar Medici in terram descendit, infirmitates nostras curaturus. Veruntamen in hoc se ab aliis differre probavit, quod scilicet hi quidem infirmis medicinæ pharmacum ordinent & præscribant, illud tamen remedium pro semet-ipsis minime accipiant aut sumant, nec sibi sanguinem è venis eliciant, at verò non sic prothomædus noster cælestis, qui *languores no-*

stros ipse tulit, & lora nostros ipse portavit. Et quide in hoc sic venas sibi aperire incipit, ut sanguine suo veluti pretiosissimo quodam balsamo peccatorum nostrorum vulneribus medeat: Unde S. Bernardus ait: *See quid mirum si caput pro membris accepit curationem, quam tamen in seipso non habuit necessariam? nonne & in membris nostris sepe pro unius infirmitate alteri adhibetur curatio? Dolet caput. Sin brachio fit castura; dolent venes & fit in tibia; ita hodie pro totius corporis putredine cauterium quoddam infixum est in capite.*

ser. 3. de
Circ.

De Circumcissione spirituali, quæ multifariam fieri solet, præcipue verò in inordinatis appetitibus, sensibusque custodiendis consistit.

DISCURSUS SECVNDVS.

Circumcisio cordis in spiritu. Ad Romanos

Cap. 1. v. 29.

T Ametsi summo nobis studio in id connitendum sit, ut Salvatore nostrum in quavis actione nostra imitemur; id tamen vel maxime à nobis in puncto Circumcisionis præstandum erit, utpote quam Apostolo teste, in nobis spiritualiter exequi debemus: *Circumcisio cordis in spiritu.* Id quod idemmet Apostolus alibi quoque nobis insinuat, dum ad Colossenses ita scribit: *Circumcisistis circumcissione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcissione Christi.* Qui quidem textus licet de Baptismi Sacramento communiter exponatur, de spirituali tamen circumcissione non minus appositè intelligendus videtur. Circumcisio etenim in Dei filio non ordinabatur veluti quoddam peccati originalis (cujus omnino expertus erat remedium, sed potius ad spiritualem nostram instructionem & doctrinam. Unde B. Laurentius Justinianus ait: *Voluit sane (scilicet Pater æternus) ut illi (nimirum unigenitus ejus filius) circumcideretur in carne, quatenus tu circumcideris in spiritu.* Salmeron quoque inter alias susceptæ à Christo circum-

Coloss. 2. 11

Ser. de
Circ.

cisionis causas, quas adducit, hanc eandem pariter recenlet, dum illum circumcisum esse ait; *ut præberet nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, castitatis, suoque adventu virtutes illas consecraret, & spiritualement circumcissionem nobis commendaret.* Similiter Hugo Cardinalis mysterium istud propter doctrinam nostram accidisse agnovit, atque ut clarius, qualem Christus nobis in hoc facto instructionem imprimere voluerit, explicaret, subjungit: *In hoc enim docuit, quod in principio vita sua debet quilibet circumcidi, & bonis moribus informari.* Porro circumcisio hæc spiritualis in nobis non tantum utilissima est, verum etiam ad salutem nostram maxime necessaria; atque ideo sanctus Bonaventura acutè observat, nomen Jesu Filio Dei tunc præcipue, cum circumcideretur, impostum fuisse, ut per hoc nos edoceret, quod tunc præcipue fructibus hujusce nominis gavisuri, ac promde salvandi simus, quando spiritualement hanc circumcissionem in nobis executi fuerimus: *in quo tibi ostenditur, quod per hoc nomen salvaberis, si circumcideris, & aliàs non;* Enimvero quot modis hæc circumcisio spiritualis à sacris

Tom. 3.
tra 7. 36.

Ser. 4. de
Circ.

Li. 2. alog.
650

interpretibus explicetur, aufcultare non pigeat.
2 Hugo de S. Victore in Capitulo quodam, quo de triplici circumcissione disserit, materiam hanc in tres potissimum species distinguit: Tres sunt circumcissiones, una in carne tantum exterioris qua Sacramentum est. Hæc autem nullum jam amplius locum habet, cum in ejus locum subrogatus fuerit Baptismus: Altera que fit in præsentibus, estque illa, de qua in præsentibus discursu disserere intendimus; eaque tunc præcipue fit, quando anima per depositionem iniquitatis circumciditur. Hæc autem dispositio quædam est ad tertiam, ad quam ordinatur & altera, & consistit in separatione animæ ab hoc gravi & ponderoso nostro corpore, ut tanto facilius ab hac expedita ad cælum munda & pura evolare possit. Altera id est tertia qua in futuro fiet, quando per depositionem corruptionis corpus circumcidetur.

Serm. 2. de
Circ.

3. S. Bonaventura pariter varia distinguit circumcissionum spiritualium genera: Circumcisci debemus ab iniqua cogitatione & voluntate; hoc est enim præputium cordis. Et meritis quidem, siquidem quam necessarium sit, ut perverfis cogitationibus, nec non voluntati perperam regulatæ fixum injiciatur, quilibet facile intelligit, & in semetipso evidenter experitur. B. Laurentius Justinianus hoc sequenti textu utitur: *Circumcidimini viri Iuda, ait Propheta, præputia cordis vestri, & non carnis*, moxque quænam hæc præputia sint, declarat, dum ait: *Aufferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis*. Ehem quot cogitationes invidiæ, iracundiæ, lasciviæ, gulæ, superbiæ, aliæque similes mentem & cor nostrum contorquent, bonæque conscientiæ serenitatem & pacem conturbant & obfuscant? Ecquid autem ad illas compescendas nobis hodie ad imitationem Salvatoris nostri in hac circumcissione spirituali faciendum erit? Per considerationem sanguinis hujus, qui hodie pro peccatis nostris effunditur, cogitationes illæ refecandæ & abscindendæ sunt, simulque cogitandum, quod sine sanguinis effusione non sit remissio. Quanti voluptates & deliciæ nostræ, nostrique appetitus inordinati huic Deo constant? *Beatus qui tenebit & allidet parvulos suos ad petram*, id est, ut Hugo Cardinalis exponit, *qui motus malos antequam crescant, retinet, ne sint liberi, & allidit ad petram Christum, ut confracti dispareant*. Id est, in præsentibus proposito nostro, Christum circumcisum acutissimo huic cultro

Psal. 136.

lapideo, qui tanto cum dolore pro expiatione peccatorum nostrorum ejus sanguinem effundit, subjectum considerat. *Circumcisci debemus*, dicit insuper prædictus Doctor Seraphicus, *ab incauta locutione, contra quod Moyses conqueritur in incircumcisi labii sum; hanc circumcissionem docet Apost. Ius. omnis sermo malus de ore vestro non procedat*. Ehem quot damnorum lingua nostra causa & origo esse potest, nisi spiritualiter fuerit circumcisa, id est, nisi eam refranaverimus. Quot sunt homines immortificati, qui unico verbo asperio, vel injurioso, vel derisorio, aut inhonesto lapsi sunt in irreparabilia inimicitiarum, contentionum, calamitatum, aliarumque similibus ruinatum præcipitia: adeo ut S. Bernardus merito unumquemque ad hanc linguam nostram mysticè circumcidendam adhortetur & moneat, *antequam verba proferas, bis ad limam veniant, quàm semel ad linguam*. Tertia species circumcissionis, quam S. Bonaventura tangit, hæc est: *Circumcisci debemus à superbia obduratione, quando quidem nolunt audire neque obedire, de quibus dura cervice & incircumcisi cordibus & auribus vos semper Spiritui sancto resistitis*. Tales sumus quando cordis nostri aures divinis inspirationibus, quibus ad poenitentiam inviamur, inviti adhibemus, quando verbum Dei omnino audire nolumus: hoc enim clarum & evidens est indicium, quod spiritualiter circumcisi non sumus. Quartum genus circumcissionis, cujus Bonaventura S. Augustini, quem citat, doctrinam conlectatus meminit, hisce ab eo verbis innuitur, dum ait: *Circumcisio Christi quid est nisi castitas nostra, qua Deus delectatur in novissimis temporibus*? Etenim Deus circumcissionis vulnus uni potius membro quàm alteri cuicumque corporis parti non sine mysterio infligi voluit, inquit S. Bernardus: *Quia singulorum membrorum abscissione humana carnis fragilitas, & infantilis et atus infirmitas nullatenus sustineret; pro moderamine dispositio superna providit, ut in ea potissimum parte concupiscentia castigaretur, in qua vehementius eam saevire constabat & violentius malignari*. Ecce tibi igitur modum, quo nos Redemptori nostro in hoc mysterio conformare possumus, appetitus nimirum nostros sensuales per mortificationem supprimendo, nosque in illibata continentia & honestatis zelo conservando. Sic quoque Albertus Magnus docet causam, cur Virginis filius hoc se signaculo notari fecerit, esse

In Spec.
Monach.

Serm. 2. de
Circum.

esse

esse: *Ve superfluum concupiscentia amputandum esse significat: cur, que in membro illo plus dominatur tandem s. Bonaventura quatuor hæc circumcisionum genera ita distinguit: prima ergo circumcisio est in corde, secunda in ore, tertia in aure, quarta in opere; adeo ut illam in omnibus sensibus, & in omnibus potentis exercere valeamus, ut hac ratione damna reparemus omnis culpæ, non solum originalis, sed etiam actualis*

Luc. 2.

4. *Circumcisio cordis in spiritu. Sunt & alia hujus circumcisionis species, quæ ab aliis factis expositoribus insinuantur: Inter quos idem met. Albertus Magnus ita ait: Sunt tria in anima circumcidenda, si præputium cordis debet circumcidi, videlicet rationalis, irascibilis, & concupisibilis. Primo igitur loco mortificandæ sunt passiones internæ, omnesque nobis prædominantes effrænes passiones, mortificandus quoque est discursus in nobis, & intellectui nostro subjiciendus, vincendusque appetitus rationalis. Secundo autem loco mortificanda est ira, odium, & quivis alius motus impetuosus proximorum nostrorum paci & charitati repugnans. Denique tertio loco quævis alia sensualis concupiscentia est supprimenda.*

3. *Ad hæc Dionysius Carthusianus aliud quoddam hujus circumcisionis genus consideravit, dum in quodam sermone suo de hoc effecto hæc post se scripta reliquit: Spiritus circumcisio est peccati abscissio, omniumque membrorum corporis & virtutum anima ab inordinato atque illicito motu, actu & usu repressio. Ad quod comprobandum sequenti utitur Evangelico textu, notatque Salvatorem nostrum idem nobis circumcisionis genus insinuare voluisse, dum ait: *Manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abste, quæ verba non sunt de corporali abscissione accipienda, quia nequaquam debet mutilare se homo, sed de abscissione & evulsione spirituali. Ad eundem declarat, quod in sensibus nostris refræmandis consistat, dum scilicet hi nobis prædominantur, nobisque ad Deum offendendum incenti-**

Ser. 3. de Circumc.

vi & fomenti loco deserviunt; *Ve scilicet usum & motum illorum manuum pedum, oculorum & aliorum membrorum abjiciamus, juxta quæ sensum ait Apostolus: Mortificate membra vestra super terram. Porro quidam servus Dei à s. Dorotheo relatus, dicere solebat: *Da sanguinem & accipe spiritum; atque ideo in circumcissione quidem sanguis dabatur, sed loco ejus dans sanguinem recipiebat spiritum. id est, Dei lucrabatur amicitiam: unde eodem profus modo nos quoque nostrum dantes sanguinem, id est, nostros refrænando appetitus, omnibus nos privando delectis & voluptatibus, carnem nostram macerando, negando nostram voluntatem acquirere nobis spiritum, & per eum facilem nobis ad Dei gratiam & benevolentiam comparandam, viam & aditum sternemus.**

6. *Etenim s. Bernardus hominibus ad perfectionem aspirantibus aliam quandam circumcissionem insinuavit, cum suis namque Monachus in sermone quodam loquens, ait: Quæ est ergo moralis circumcisio nostra, nisi quam commendat idem Apostolus, viduum, inquit, & vestitum habentes his contenti simus? optime prorsus circumcidit nos, & superflua resecat universa voluntaria paupertas, penitentia labor, regulæ observantia disciplina.*

Serm. 1. de Circ.

7. *Circumcisio cordis in spiritu. Aliud quoddam circumcisionis genus cuilibet facile imo necessarium Eminentiſſimus Cardinalis Hugo insinuat, dum ait: Moraliter est circumcisio prima nocivorum, id est, peccatorum; & est penitentium, qui se à peccatis & circumstantiis peccatorum circumcidunt; Et hæc sunt occasiones & pericula peccatorum quæ nobis pro viribus nostris omnium sollicitudine fugienda sunt in custodiam quoque coercendi sunt sensus nostri per inordinatorum appetitum nostrorum mortificationem. Unde idem Doctor subjungit: Ad hanc etiam circumcissionem pertinet circumcisio aurium, narium, oculorum, manuum, & omnium membrorum, quod idem est cum eo, quod diximus supra.*

In Luc. 22.

Circumcisio Christi ad perfectam Divinæ legis observantiam nos adhortatur, ut hac ratione longævam consequi vitam valeamus. Motiva quoque explicantur, cur sanctissimum Jesu nomen Circumcisioni conjunctum fuerit; Item circa hujus sanguinis effusionem variæ instituuntur considerationes, & varia pro primordiali totius anni die moralitates.

DISCUR-

DISCURSUS TERTIVS.

*Fili mi ne obliviscaris legis meae, & praecepta mea cor-
tuum custodiat; longitudinem enim dierum, & an-
nos vitae, & pacem apponent tibi.*

Proverb. Cap. 3. v. 2.

1. **I**nter omnia auguria, quae in hoc novi anni exordio, seu primo ingressu dari & recipi solent, fortissimum est votum vitae longævæ in pace & quiete constanter traducendæ. Quisnam autem modus ad hoc nostrum intentum consequendum certius & securius deserviat? Spiritus sanctus per os Sapientis in verbis propositis clarè nos edocet, in quibus nobis divinorum præceptorum adimplerionem cum longævæ felicitatis fructu conjunctam esse expresse insinuat: *Fili mi, ne obliviscaris, &c.* S. Apostolus quoque ad Galatas scribit: *Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est uni-versæ legis faciendæ.* Porro Redemptorem nostrum ab hac circumcissionis lege, sicut & ab omnibus aliis exemptum fuisse certum est, cur igitur se eidem nihilominus tanta cum sollicitudine & punctualitate subjicere voluit? Audite Carthusianum dicentem: *Vt legem impleverit & approbaret, atque exemplum humilitatis & obedientiae daret, propter quod postea fatebatur: Non veni legem solvere, sed implere.* Hinc igitur desumo argumentum dicendi, quod Ecclesia exordium anni novi non à salutaris Salvatoris nostri natalibus, sed ab ejus Circumcissione deducat, utpote in qua pro redemptione nostra sanguinem suum fundere cœpit, ut hac ratione nos instrueret, quod si felix habere anni novi exordium, & fortunatiorem in eo progressum, ac terminum illius desideremus, necessum sit, ut in Divinæ Legis observantia & executione Redemptorem nostrum imitemur. Atque ideo idemmet Dionysius in sermone quodam, qui est de præfati Festo primus, hocce post se monitum scriptum nobis reliquit: *Documentum est, ut praecepta Dei & superiorum nostrorum diligenter servemus, & primum ad obediendum De hoc igitur cœlesti in-*

fante dicere possumus quod idemmet Apostolus ad Corinthios scripsit, dicens. *Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio mandatorum Dei.* Circumcisio etenim nihil illi profuit, quia peccatum non fecit, & tamen illam in beneficium instructionis nostræ adimplere voluit, ut videlicet nobis per eam insinuaret, quantum exemplo suo exactam Divinæ Legis observantiam zelare debeamus. Porro in Epistola ad Romanos scriptum est: *Circumcisio prodest si legem observes; Si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est.* In fine verò ejusdem capituli de circumcissione non corporali, sed spiritali intelligendum esse declaravit. *Circumcisio cordis in spiritu non litera.* Quod si igitur Salvatoris nostri sanguinem ex hodie recepto tam penoso circumcissionis vulnere effusum, animabus nostris fructuosum esse volumus, necessum est, ut easdem per circumcissionem spirituales, quæ in præceptis Dei, seu ut melius dicam, in consiliis Evangelicis ritè adimplendis præcipuè consistit, affligamus.

2. Optimè Salmeron observavit, quod Deus noster in Deuteronomio scribi hæc verba jussit: *Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum. & cor seminis tui;* Et circumcissionis hujus finem declarans subjungit: *Vt diligas Dominum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis vivere.* Et quidem certum est, quod hic non agatur de vita corporali, sed de spiritali, siquidem per ipsammet experientiam compertum habemus, quod cor vix tangi aut lædi possit, quin vita deficiat: atque ideo Salmeron inferre vult, quod si Deus ea nos gratia dignatus fuerit, ut cor nostrum circumcidat, id est, omnes inordinatos affectus ab eo refecerit, ut eum perfecte amare valeamus, lucraturi sumus nobis vitam æternam, imò & in hac felicitus quoque victuri sumus;

Simus : *Hic autem ait cor circumcidendum, ut possit vivere, ea nimirum vita de qua dicitur, ut diligas Dominum Deum tuum. Vita animæ alicujus in nulla te alia consistit, quàm in dilectione & charitate; axioma namque est indubitatum, quod qui non diligit, manet in morte, qui autem traditum à Deo nostro legem affluè adimpleverit, vita hac perfructur beata; cum enim plenitudo legis sit dilectio, manifestum erit indicium, quod Deum verè diligit.*

3. Enimverò ut ad viam mandatorum Dei inoffenso pede decurrendam efficaciter excitemur, ponderare jurabit circumcissionis Christi, nec non impositionis sanctissimi nominis Jesu, & pretiosi sanguinis sui primæ effusionis insignia mysteria. Porro Dionysius Carthusianus, spiritualis circumcissionis nostræ, ad quam Christi circumcisio ordinata fuit, effectus exactè refert dicens: *Circumcisio spiritualis reformatio passionum, compositio morum, rescatio supersuitatum, propria quoque voluntatis repressio* Hiscæ autem spiritualis circumcissionis fructibus sanctissimi nominis Jesu effectus mirè associantur; Hoc enim, teste S. Bernardo, hanc habet virtutem, animæ videlicet nostræ inferendi virtutes, ex eaque omnia eradicandi vitia & passiones *Virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honestos, castas fovet affectiones.* Tandem verò hanc inordinatorum affectuum extirpationem prosequens subjungit: *Nihil ita ira impetum cohibet, superbia tumorem sedat, sanat livoris vulnus, restringit luxuriam fluxum, extinguit libidinis flammam, sitim temperat avaritiam;* Denique sanctus Doctor horum effectuum rationem reddit, dicens: *Siquidem cum nomino Iesum, hominem mihi propono mitem, & humilem corde, benignum, sobrium castum, misericordem, & omni denique honestate & sanctitate conspicuum* Unde idem sanctus salubriter monet, ut sacrosanctum hoc nomen nobis semper præsto sit, ut vel sic in omnibus operationibus nostris bene progrediamur. *Semper tibi in sinu sit, semper in manu; nec subtrahet fructum dum ait: Quò tui omnes in Iesum & sensus dirigantur & actus, quasi diceret: Non erit periculum ne omnes cogitationum, verborum, & operum nostrorum gressus minus bene procedant, si mentis nostræ oculos in hoc nomen Jesu, quod est Salvator noster, habuerimus defixos.*

4. Porro sciendum est, apud Hebræorum populum in more positum fuisse, quod primo

Mansi Sannariis Tom. 1.

die mensis, qui dicebatur Nisan, à quo annus suum deducebat exordium, sanguinem effunderent Agni Paschalis, per quem olim ab Ægyptiaca fuerant servitute liberati, Qua de re Salmeron ita scribit: *Apud Iudæos, ut scribitur Exodi 12. primus dies mensis primi Nisan annus inchoabat; in eoque mense spargebatur sanguis anni paschalis liberantis à captivitate.* Et quidem certum est, quòd olim omnia in figura contingebant illi; atque ideo S. Mater Ecclesia non sine mysterio nobis Christianis in cujuslibet novi anni capite, seu primo ingressu repræsentat sanguinem effusum agni illius, qui tollit peccata mundi; sic primus dies mensis primi apud Christianos sanguinem Christi effusum celebrat ad nostram redemptionem, ut hac ratione nobis demonstret eum esse quo liberatio nostra à servitute Pharaonis infernalis exordium sumpsit. Enimvero Didacus Stella aliud quoddam meditatus est mysterium, cur hujus pretiosissimi sanguinis prima effusio in hoc novi anni capite acciderit, nimirum: *in toto anno fixum in nostra memoria haberemus sanguinem, quem hodie pro nostra salute effudit Deus* Et ad hoc demonstrandum hanc adhibet similitudinem: *sicut in fronte domus, vestra arma & stemmata jubet ut figantur, ita Deus in principio anni vult, ut Christi sanguinem contemplemur, ne beneficia in nos collata nulla unquam debeat oblivio.* Qua autem ratione hanc memoriam, hancque gratitudinem cum facilitate & profectu nostro in effectum deducere valeamus, sanctus & regius Vates David optimè nos docuit, qui se Divinæ Majestati multis ex capitibus obligatum agnoscens, & tamen monerem, quâ tam iminentia sibi collata bona recompenfatus esset, ignorans, vel invenire non valens, tandem dicit, quòd in vicem gratitudinis, cor suum ad exactissimam præceptorum suorum adimplerionem & executionem inclinare statuerit: *Inclinare cor meum ad faciendas justificationes tuas in æternum propter retributionem.* Ubi certum est, quòd Propheta in illis verbis non loquatur de præmio sive mercede beatitudinis, sed de retributione, quæ idem sit quòd gratitudo. Et hæc est moneta & tributum, quòd sanguis hic pro nostra redemptione effusus à nobis exposcit, Divinæ nimirum legis exactissima & punctualis obedientia. *Inclinare cor nostrum ad faciendas justificationes suas.*

5. Idemmet Pater Stella modum nos docuit,

L. 10. 3. 14.

Serm. 4. de Circ.

Serm. 15. in Cant.

Tom. 5. tract. 36.

In Luc.

Psal. 118. 112.

cuit, quo hoc divino sanguine uti possumus, ne perdatur aut pereat. *Accede ad Christum, ne opulentus iste thesaurus, nempe sanguis Christi, tua causa perdatur imo eo uter.* Modus autem hic non est alius quam exemplo suo libenter pati; quicquam tolerando in compensationem illorum laborum, quos ipse pro te passus est

Psal. 115.
33.

Propterea quilibet nostrum cum eodem Psalmista dicat: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam.* & nomen Domini in vocabis; id est, ut singularissimis beneficiis. à tua liberalissima manu acceptis, debite respondeam, manum meam ad omnium passionum, omniumque illarum adversitatum, quas non solum in hujus anni, sed & omnium aliorum, quibus victurus sum, decursu mihi immissurus es, amarissimum calicem extendere, tuumque sanctissimum nomen, veluti unicum refrigerium & solatium meum invocare decrevi, cujus virtute omnis ærumna & miseria obvia, dulcis mihi esse videbitur & suavis. *Vel etiam, Calicem salutaris accipiam,* id est, Calicem pretiosi sanguinis tui, quem hodierna die pro mea redemptione effundis, ebibam, efficiendo, ne sanguis hic infructuosus effusus esse videatur, & per legis tuæ observantiam salutem meam cooperando.

In Luc.

6. Ponderanda quoque nobis est sollicitudo, quæcum sanguinem suum effundere voluit, qui ante octo dies lachrymas effundere cœperat, in quo nos edocere voluit, ut Pater Didacus Stella scribit, *Christi crucem & penitentiam in nostra pueritia esse ferendas.* Cum enim omnis Christi actio ad nostram sit ordinata instructionem, ex alia verò parte probè sciamus, quod non solum in decursu ætatis

suæ adultioris, verum etiam in infantia, vix etiamnum natus plangere, dira pati, sanguinem suum fundere, barbarisque Herodis persecutionibus subjacere voluerit, meritò abinde discimus, quòd humeros nostros à primis annis crucis suæ ferendæ, & quantumvis ponderoso & gravi legis suæ jugo submittere debeamus: Eadem quoque hæc parendi sollicitudo Christi ex mente ejusdem P. Srellæ nos docet: *Ne negligenter illi servias, qui tanto animi fervore te quasi vitæ, neque triginta & tres ejus vitæ anno: sero venturos esse arbuteris, quia horam mortis iam prævenisse vellet, ut tibi vitam ipse daret.* Nunquid justum & æquumque nos quoque in ejus divino servitio fervore succendi, nostrosque fervores in hoc novo anno à nobis renovari, quodque pro peccatis præteritis condignos in nobis contritionis actus excitantes, firmiter nobis proponamus, vos in divinis suis præceptis adimplendis exactiores deinceps futuros esse? *Audivi orationem tuam, ita dicebatur Ezechielii Prophetæ, & vidi lachrymas tuas: sed quemnam ex hac oratione & penitentia fructum retulit? Longitudinem dierum, prout à principio insinuavimus.* Isaias namque hanc ei ex parte Dei promissionem dedit: *Ecce ego adjiciam super dies tuos quindecim annos,* quotquot enim suam in Christiana innocentia vitam traducunt, vita potiuntur longæva, prospera & tranquilla. De iis autem qui frænos sensibus suis relaxant, iisque omnem licentiam indulgent, scriptum est: *Defecerunt in vanitate dies eorum: quid autem inde sequitur? Et anni eorum cum festinatione,*

1sa. 38.

Psal. 77.
33.

Sollicitudo, quam Dei Filius sanguinem suum pro nostra salute effundendo, nobis exhibuit, veluti calcar quoddam pigritiam & socordiam nostram excitat. Amor quoque, quo tunc sanguinem effudit, gravissime ponderatur, & quanti pauculæ hæ sanguinis stillæ æstimandæ sint, ostenditur, utpote quæ ingentem sanguinis effusionem deinceps subsecuturam promittunt.

DISCURSUS QVARTVS.

In laboribus à iuuentute mea. Psalm. 87. v. 16.

Christus, multis sanctissimam Nativitatem suam præcedentibus sæculis, per os regii Prophetæ sui, se, à primis ut ajunt unguiculis cernimisque infantæ annis, variis ærumnis, laboribus, pœnisque mortalibus subjiciendam esse, clarè prædixit; ubi enim Chaldeus legit: *Exspirans ab adolescentia mea*: alii legunt, *moriens, moribundus, agonizans; pene mortuus à puero*. Et profecto quisquis hanc circumcissionis sectionem corpori adeo delicato & tenero, utpote sacratissimæ humanitati ex virgineo & illibato Mariæ sanguine, opera spiritus sancti ommatæ illatam bene considerat, dolores & animuli synopes, quas in hocce vulnere sustinuit, facili negotio intelliget; qui indubiè ad inferendam ei mortem apti nati fuissent, nisi per vires humanæ natura superiores, in vita reservatus fuisset, ut hac ratione per triginta trium annorum decursum integram quandam ætatem ætatemque crudelissimorum cruciatuum illadem pati posset. His adde, quod alii infantes, utpote rationis usu carentes, minorem dolorem sentiant, id, quod in hoc cœlesti infantulo minimè militabat, utpote qui perfectissimo rationis usu & discretionem; haud secus ac si maturiorem ætatem attigisset, prædixit erat. Porro vulnus istud adeo in ipso acerbum extitit, ut Expositor quidam scribere non dubitavit: *Majorem, quàm alii infantes, dolorem passus propter usum rationis, nam & præstudium quoddam fuit futura passionis ac mortis, quod permisit se circumcidi Filius Dei*. Quando sol mane super hemisphærium nostrum exortens, rutilantibus cinctus est maculis, tempestatem vel pluviam eadem die secururam esse infallibiliter prædicit. Unde in Evangelio S. Matthæi quoque scribitur: *Et mans dicitis; Hodie erit tempestas, utilat enim triste cœlum*: Eodem modo quando verus ille Sol Justitiæ, ab Oriente Bethlehemitico nobis exortus, per circumcissionis suæ sanguinem rutilare visus est, infallibiliter secururam tempestatem promisit, sed talem qualem ipsemet in immenso passionis suæ mari sustinuit, de qua per

Psalmistam dicit: *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me*, promisit inquam copiosam quandam sanguinis sui in passione sua effundendi pluviam, per quam redemptionis nostræ abundans exsolveretur litrum. *Ecce nubecula parva quasi vestigiū hominis ascendebat de mari*. Qui textus de Christo infante in mare mundi hujus delcendente explicari potest; *Hoc mare magnum; Ecce Dominus ascendit super nubem levem, quasi vestigiū hominis*, quia cum Humanitas à Verbo assumpta fuerit, Deus pariter & homo fuit. Ad hæc sacæ textus dicendo profequitur: *Ecce cœli contenebrati sunt & nubes, & ventus, & facta est pluvia grâdis*, quia venit tempus quo parva hæc nubecula totum faciet cœlum obscurari: *tenebra facta sunt super univrsam terram*, ac tandem licet hodie modicas duntaxat sanguinis stillas emitat, abundans quædam pretiosissimi sanguinis sui pluvia in Calvario monte exurget.

2. Porro ut ingentem, quo amicum nostrum profequimur, amorem rectè exprimamus, dicere consuevimus: Integram tibi sanguinis mei libram paratus sum pendere. Estque hæc ingeniosa quædam Salmeronis observatio; *Ad exaggerandum amorem quem erga aliquem gerimus, consuevimus dicere darem libram sanguinis mei pro vita ejus*. At verò licet verbum istud haud difficultè à diæntis lingua emanet, non tamen ob id sanguis è venis ejus confestim profluit: *at Christus re ipsa exhibuit subito sanguinem fundens pro nobis suum*. Porro si in ardentissimi amoris sui perfectam notitiam devenire volumus, primo circumcissionis suæ dolorem & ignominiam considerare debemus; demum verò accelerationem, qua per effusionem sanguinis sui, salutis nostræ initium dedit. Equidem immensum nobis beneficium contulit, quando se mortalitatis nostræ exuviis induit homo inter homines factus & conversatus, quod enim excogitari potest majus amoris indicium? *Amor paræ facit aut invenit*? Veruntamen longè excellentius nobis beneficium impendit, dum hodie cruentæ se circumcissioni subjecit, siquidem in ea non solum sanguinem suum fudit, verum etiam licet agnus innocens esset, qui

Lorino
ibid.

Lucaburg.
Luc. 2.

Matth.
16. 3.

3. Reg. 18.
44.

Isa. 19. 1. 1.

Tom 3.
traç 36.

totius mundi peccata è medio tollere venerat, inter peccatores tamen velut peccator quidam agnosci & connumerari voluit. Passio illius quondam excessus nomine nota fuit: *Loquebantur de excessu; & merito quidem, quia in absolvendo redemptionis nostræ opere excedere voluit: Copiosa apud eum redemptio. Unica lacrymæ alieujus nedum sanguinis stillula peccatorum generis humani satisfactioni abundè sufficiebat, & tamen hodie multas sanguinis guttas effundere voluit, integros deinceps effusus sanguinis torrentes: levisne causam ait Chrysofomus: Quod sufficiebat redemptioni, non satis erat amari.*

Ser. 2. de
Circ.

3. Alia nobis insuper hoc loco instituenda est consideratio, nimirum quod infantile hoc corpusculum opera Spiritus sancti, ut supra diximus formatum, acerbissimis circumcisionis doloribus fuerit subiectum. Expende dolores, (ita meditatur Didacus Stella) quos in acerbissima circumcisione toleravit: ejus enim natura erat, ut ejus sacratissima caro delicatior esset omnium hominum corporibus, quia enim modo quodam supernaturali efformatum erat, ad maximam complexionis aequalitatem fuerat redactum, inquit Dionysius Carthusianus, qui insuper addit, quod licet octiduanus quidam infans erat, simul tamen sapientia plenus & ratione perfectissimè uteretur: idcirco poenam illam per imaginationem advertit, & per rationem consideravit. Unde hæc elicitur consequentia: Ideo præ cæteris gravius eam sensit. Verum dicat aliquis, quando deliquit, quæ puerulus Jesus in sua circumcisione patiebatur ad inferendam ei mortem sufficiebant, ipseque per pauculas hæc sanguinis guttulas redimere nos poterat, cur igitur post acceptum hoc circumcisionis cautetium etiamnum supervivere voluit? Responso in promptu est: *Ut copiosa esset redemptio, & in triginta trium annorum decursu venas suas abundantiori replere sanguine posset, hæcque ratione infinito amori suo magis magisque declarando, locum & tempus sibi opportunum adficeret.*

Psal. 18. 20

In Luc.

4. Considerabilis quoque est ingens, quam mox ut in hunc mundum venit, exhibuit, impatientia, donec partem pretii redemptionis humanae tirè exsolveret: *Exultavit ut gigas ad currentam viam, à summo cælo egressus ejus.* Didacus Stella ad hoc explicandum quodam à sponso deducta utitur similitudine, dum ait: *Expende etiam quod sponso sanguinis, incipit*

*sanguinem pro Ecclesia sua sponsa effundere. Sponsus mox ut sua absolvit sponsalia, priusquàm sponsam in domum suam conducatur, multa ei dona impertiri solet: ita Christus antequàm patiatur factus statim cum Ecclesia sponsalium singularem ei donat margaritam pro ejus redemptione sanguinem suum fundens. Verum quid est, quod ipse ad nostram instructionem de cælo descendere, ut suum nobis annuntiaret Evangelium, totq; alias actiones ad nostram salutem ordinatas operaretur, & tamen omnes illas, vel saltem majorem illarum partem in tempus distulit sibi opportunum, non tamen distulit passiones & tormenta, non cruentas sectiones & vulnera, nec prodigam thesauri sanguinis sui effusionem. Vide (sic ediminet Stella meditatur) quomodo primo natiuitatis sua die lacrymas, & die octavo sanguinem fudit; contemplantur, quàm sero filius Dei cæperit concionari, & quàm cito sanguinolentus subierit angustias: ut concionaretur, triginta annorum spatium prius transactum est; ut redimeret, vix erant octo dies. Porro Evangelista scribit: Postquam consummati sunt dies octo Sufficiebat equidem si dixisset: Post dies octo; Verum tamen Spiritus sanctus sanctam hujus pueruli Jesu impatientiam exprimere voluit, quam expectando octo illos dies à lege præscriptos sustinuit, qui sibi totidem sæcula esse videbantur, eod quòd horam illam desideratissimam, qua culter ille acutissimus innocentissimam carnem ejus vulneraret, videre non licebat. Enimvero inter cætera nomina, quibus Isaias Messiam appellandum esse prædixit: hæc ferè fuerunt præcipua: *Voca nomen ejus, accelera, spolia detrahere: festina prædari, antequàm sciat vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci.* Quibus verbis futurum esse prædixit, ut divinus hic infantulus in fasciis adhuc involutus priusquam uoverit in verba formare sermonem, peccato pariter & inferno crudele moveret bellum, detractisque ab iis spoliis & prædis, factum eorum deprimeret & tyrannidem prosterneret. Et licet id ipsum singulariter in monte Calvario operaturus esset, juxta illud: *Nunc princeps hujus mundi ejicietur foras, & ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum;* Nichilominus velut omnis moræ impatiens tempus illud anticipare voluit, modicis hodie in circumcisione sua sanguinis sui effundendo guttulas, licet ab eadem haud dubiè ex omni capite esset exemptus,*

Isa. 8. 3.

Joan. 12.
31.

s. Super.

5. Superest nunc ut documenta quædam moralia ponderemus, si quæ ad nostrum profectum spirituale elicere possimus. Et quidem in primis ingens hæc, quam filius Dei in operanda & procuranda nostra salute exhibuit, sollicitudo, nostram graviter condemnat negligentiam, quæ auxiliis à Deo nobis ad eandem salutem promovendam subministravit, segniter nimis cooperamur, Quot sunt, qui penitentiam de anno in annum differunt, & in novi anni ingressu de nulla re minus, quam de illa elicienda solliciti existunt? Quot sunt, qui anno elapso sibimetipsis ablanditi sunt per spem diuturnioris vitæ, & modo in æternæ desperationis barathro turpiter delusi commorantur? unde S. Bernardus ait: *vide quantum ad suscipiendos dolores festinavit, quam paratus & promptus sanguinem effundere circumcisus pro nobis die natiuitatis suæ octavo*. Indeque hoc nobis saluberrimum elicit monitum, ex quo merito confundi & ad respicientiam incitari deberemus: *Christus octava die à Natiuitate sua vix expectat, ut suum tibi sanguinem impendere incipiat: tu post non dico octo dies sed nec post octoginta menses, imo & octoginta annos solum non rependis voluntatem. Quis nostrum unquam vel unicam sanguinis stillam ob sui amorem effudit? Etenim ipse non sanguinem pro sanguine à nobis postulat, sed eor solum & voluntatem nostram, ut eadè ipsum ad nostram utilitatem & beneficium diligamus, eandemq; ad cælestis regni præmium recipiendum Divinæ legi suæ subjiciamus. Atque ideo, si hæcenus divinæ legi suæ rebelles fuimus, cum tamen econtra in lege Domini voluntas eius esse deberet, ab immensa Dei pietate, in hoc novo anno imploremus tempus, præteritos deinceps emendandi errores. Deditisti (inquit idemmet Bernardus) *robur annorum juveniliū hosti Christi? Christo saltem misericorditer expectanti infirmam tribue voluntatem, nec dubites quin illam accipiat.**

6. Aliud quoque documentum ex Redemptoris nostri liberalitate in nostri Redemptore nobis exhibitâ colligere possumus; cum enim nos unica duntaxat sanguinis, imo lachrymæ stilla redimere posset, ipse integrum nobis effundere voluit sanguinis torrentem: *Copiosa apud eum redemptio. Ehem quanta nos, qui erga Deum adeo avati sumus, ex hinc manet*

confusio, qui dum de divino suo agitur servitio, vix manum nostram ad id, quod præceptum sub mortali peccato dicitur, extendimus, in adimplerione vero consiliorum evangelicorum aliorumque operum supererogationis adeo vecordes, segnes & desides sumus? Quando quis ad signum globum è sclopeto ejaculando collimat, si de præmio vult esse securus, in altum respiciat necessum est, secus enim desideratam metam non attinget. Væ nobis nisi signum perfecte attigerimus neque enim hac in re locus datur medio: Nisi enim ad Paradisum pervenerimus, nullum aliud est invenire medium præter Infernum.

7. Advertendum quoque est quanti aestimanda sit hodierna illa sanguinis effusio, licet illa in oculis nostris exigui videatur esse momenti. Pauculæ enim hæ guttulæ sunt duo illa minuta, quæ bona illa anicula Gazophylacio immisit, Deoque qui scriptatur *renes eius & corda*, adeo fuere grata & accepta, ut dicere non dubitavit de illa: *plus omnibus misit*: pauculæ enim hæ circumcisi Infantuli sanguinis guttulæ, in æterni Patris æratio majores sunt aestimate, quam omnis sanguis hæcenus effusus, aut deinceps ad finem ulque mundi ab omnibus Martyribus effundendus. Sic Adamas lapis mole sua quidem modicus est, attamen nonnunquã quinquaginta, imo centū milibus scutorum æquivalet. Unica duntaxat hujus divini sanguinis stilla sufficiens in se ad mille mundos redimendos pretium continet. Porro Christus in Evangelio sagaci & prudenti cuidâ mercatori assimilatur: *Homini negotiatori*, talem namque se, in hunc mundum veniens, vere esse probavit. Negotiator prudens nunquam totam moniliū lapidumque pretiosorum suorum gazam simul & semel spectandam præbet, sed paulatim & successive eandem exponit, & quæ meliora & pretiosiora sunt, in ultimum communiter locum reservat. Eodem quoque modo Filius Dei totum sanguinis sui thesaurum nequaquã simul & semel effundere voluit, sed hodie illum in Circumcisione effundere cepit, ac tandem eundem in argentaria Crucis totaliter simul prodigere.

8. S. Augustinus super illa verba Psalmi: *Conscidisti saccum meum*, ita scribit: *Non tibi viscat, quod dicit saccum meum, ibi erat inclusum pretium tuum: Conscidit saccum lancea persecutor, & fudit pretium nostrum Ro-*

demptor: tunc enim in egrediente ex latere omnes pretiosissimi thesauri, quibus locuple-
Christi, aqua & sanguine, deprompti fuerunt, rata deinceps fuit sancta mater Ecclesia.

Glorias sanctissimi nominis Iesu exponit.
DISCURSUS QUINTVS.

Deus exaltauit illum, & donauit, illi nomen, quod est
super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu
flectatur caelestium, terrestrium & infer-
norum. Ad Philipp. cap. 2. v. 10.

1. **A**ternus Pater unigenitum suum propter obedientiam, humilitatem & Passionis suae merita exaltaturus, eundem honore maiori aut sublimiori gloria, per omnem omnipotentiam aut sapientiam suam condecorare nequirit, quam ut eum sanctissimo Iesu nomine insigniret. Et quidem ex quo Aristoteles scribere non dubitavit, quod ratio, quam significat nomen sit definitio, quae designat propriam rei naturam; unde proprio nomine rem agnoscere, est exaltè rem nosse; quis unquam nomen aliquod magis proprium, meritorumque & gloriae Christi magis expressivum eidem imponere potuisset, quam Pater ejus aeternus, qui eum genuerat: unde Salmeron ait: Cum impositio nominis ad Deum, qui naturas rerum earumque novit proprietates, spectet, Iesum autem nemo novit praeter Deum Patrem (unde ipse Christus dixit, nemo novit filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit filius revelare) quis alius posset eum congruenti voce nominare praeter Deum, qui solus illum comprehendit, qui novit quis, quantus, & qualis sit? Etenim advertendum est, quod licet Angelus hoc nomen ab Angelo annuntiatum esse dicat, id tamen minime id ipsum eidem à Patre impositum esse impediatur: Et ideo vocatum ab Angelo (ut optime notat Bernardus) non impositum; nempe hoc nomen ei est ab aeterno. Atque ideo Isaïas praedixit; Propter Syon non

tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egrediat ut splendor justus ejus, & Salvator ejus ut lampas accendatur. Imo sacer rextas ad verbum incarnandum discursu suum reflectens, juxta S. Cyrilli interpretationem dicit: Et vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit. Quando Dei filius, inquit S. Cyrillus, factus est homo, & natus de muliere, Pater Paternitatis leges, ut ita dicamus, sequens nomen declaravit. Porro Chaldaeus & Pagninus loco verbi nominabit, interpretati sunt, declarabit, quod juxta Hebraeae dictionis significationem idem significat, quod incidere, perforare, alludendo ad incisionem hodie factam, quando novum hoc nomen ei fuit impositum.

2. Verum inquires fortasse, cur Deus nomen istud ab Angelo nuntiari voluit? Respondet Origenes: Vocabulum Iesu gloriosum omni adoratione cultuque dignum appellari ab hominibus non debuit, neque ab eis efferrì in mundum, sed excellentiori quadam majorique natura. Id quod Gerson patenter observavit, dum ait conveniens fuisse, ut nomen istud primitus proferretur ab Angelo; non quidem fortuito, sed ex suprema Trinitatis consilio; nec ex tempore tantummodo, sed aeternaliter; quoniam ante solem permanet nomen ejus. Dicite fodes an aliquando adverteritis, cuinam sanctum hoc nomen primitus post Archangelum hic in terra revelatum fuerit? Certe nemini, praeterquam suae sanctissimae matri. Unde devotus quidam de ea scripsit: Et quis hoc nomē vel intellexit verius, vel amavit syn-

Lib. de re-
cta fide
circa mede

Homil. 14^a
in Luca.

4. par. 2.
de Circ.

Philip.
Abbas bo-
nae spei lib.
in Cant.
cap. 9.

errius.

Lib. 4^o
met.

Tom. 3. 17.
17.

Serm. 2. de
Circ.

Isa. 62.

cerius, vel convenientius praedixerit, quam ipsa virgo mater, cui primo Angelus nuntiavit?

3. Enim vero qualis sit hujus nominis sanctitas, & consequenter cum qua veneratio-
ne illud à nobis nominandum sit, Apostolus

3. Cor. 12.

sufficiens enunciat dicens: Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto

Lib. 2. c. 4.

pondus nominis Iesu (exclamat Petrus Cellensis) quis appendere, quis dinumerare, quis estimare valeat hoc nomen in pondere? nunquam sine pondere nominandus est Iesus. Declaratur

autem quoddam pondus istud sit subjungit: Pondere utique sanctu viri, quia nemo potest dicere, Dominus Iesus nisi in Spiritu Sancto.

Serm. In
Domin.
Palm.

Equidem nullum invenietis in toto sanctorum exercitu, qui huic sacratissimo Iesu nomini devotior fuerit S. Paulo Apostolo. Quando autem & in quo loco sanctus Apostolus hujus sacrosancti nominis Iesu venerationem didicerit, optime nobis S. Bernardinus Senensis declarat. Ecce ipsissima sancti hujus Doctoris verba: *Salva veritate non immerito potest dici ac pia devotione credi, quod cum Paulus raptus fuit in Paradisum, sicut ipsemet testatur. 2. Cor. 12. & audivit arcana verba, quae non licet homini loqui, quod tunc perfecte didicit nomen Iesu ab omnibus adorandum, nempe in rapto. Imo adeo huic nomini devotus extitit, quod illud in Epistolis suis ducenties decies novies nominaverit, ac demum quando sacrum ejus caput ei amputatum, trinitis sacrosanctum hoc nomen proferendo, tres saltus fecit, in iisdem locis, quae sacrum hoc caput exsiliendo tetigit, tres confestim fontes scaturire coeperunt, de quibus adusque dies nostros propheticum illud verificatur oraculum: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Hi namque tres fontes ab aquas Salvias unicam suam à dulcissimo hoc Iesu nomine, quod idem quod Salvator interpretatur trahunt originem. Porro gloriosus hic Apostolus adeo fuit privilegiatus, ut raptus fuerit in Paradisum, revelata ei fuerint secreta caelestia, tot fuerit visionibus & revelationibus caelitus honoratus, thesaurique caelestes non larga tantum, sed prodiga manu in ejus fuerint sinum infusi. Cur autem omnes hi favorei ei acciderunt? Quia vas electionis est misisse Verum in quem finem vas istud adeo pretiosum adhiberi debebat? ut portes nomen meum coram Regibus Compertum est omnibus, quod quando Principibus aut*

Cor. à
Lap.

Isa. 12. 3.

Act. Apost.
9. 15.

Regibus dona & munera aliqua deferenda sunt, peculiatis institui solet vasorum pretiosissimorum delectus; atque ideo omnipotentia & sapientia altissimi vas illud adeo pretiosum effecit, ut portaret nomen hoc coram Regibus. *Thesaurus omnium bonorum (inquit Origenes) est Iesus. Sanctus itidem Petrus Apostolus, quantum oblecto supra omnes alios Apostolos fuit privilegiatus? siquidem etiamnum vivens ab ipso met Dei filio fuit canonizatus: Beatus es Caelorum quoque ei consignatae sunt claves, atque ab ipso met Christo declaratus est ejus in terra vicarius: omnes autem hi honorum gradus ei merito fuisse plena manu attributi, ut tanto dignior fieret, qui sacratissimo huic nomini acclameret: Nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus (dicebat S. Petrus) in quo oporteat nos salvos fieri.*

4. Imo si nomen istud in umbra duntaxat & in figura, id est, in veteri testamento considerare voluerimus, quoniam honore & gloria affecti non fuerunt omnes illi, quotquot hoc nomine fuerunt insigniti, Etenim Hugo Cardinalis super illa Archangeli verba: *vocabis nomen ejus Iesum; Hic erit nomen; Optime observat, quod inter eos, qui hoc excellentissimo nomine fuerunt insigniti, unus fuerit, qui populum Dei à Babylonica servitute eduxit: alter vero eundem è deserto in terrae promissae possessionem introduxit atque dominium. Hic autem Iesus, & de Babylone educit, & in terram venturum introducit, & à peccatis salvat populum suum, quod est magnum.*

5. Verum enim vero verba illa in Discursus hujus themate proposita nequaquam sine accurata ponderatione pertransire debemus, & praecipue quidem illa: *Donavit illi nomen, &c.* Ac proinde in memoriam nobis revocandum est, quod ab initio diximus, nimirum nomen istud Salvatori nostro in peculiare humilitatis, obedientiae & amarissimae passionis suae praemium impositum fuisse: *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, &c.* Ex pretio autem facile devenitur in notitiam excellentiae rei illius, quae pro tali pretio acquiritur. Quod si enim pro comparanda villa aliqua integrum quandam impenderetis auri millionem, necessum utique esset

Act. Apost.
4. 12.

villam

villam eandem admodum æstimare delitiosam atque utilem. Pretium autem & valorem meritum si æstimare vultis, ab illis quæso verbis incipite! *Exinanivit semetipsum*, & sequentia prosequamini usque ad illa verba: *Emisit spiritum*; & consequenter cogitare, quod una lachrymarum suarum, vel sudoris, nedum sanguinis sui stilla mille mundis redimendis, promerendoque omnibus universim hominibus Paradiso sufficientissima fuerit; Et tamen licet totum hoc inæstimabile & infiniti valoris pretium pro hoc nomine comparando interrogatum fuerit. Apostolus nihilominus, qui (utpote *vas electionis existens, ut portaret hoc nomen, & ponderavit illud pondere sanguarii*) iudex haud dubie competens erat, expresse dicit, quod Pater æternus *donavit illi nomen istud*: sed quomodo *donavit*, si illud pretio adeo rigoroso, quo ne quidem ipsemet omnipotens & infinitus Deus exsolvere poterat majus, quod præ nullo Angelico, nedum humano intellectu comprehendere poterat, comparatum & acquisitum fuit; idque ab eo, qui in veritate dici potuit *Mercator non insipiens*: Respondeo, quod sicut si Princeps aliquis pro palatio quodam duos expendat aureorum milliones, licet pretium istud omnem excedat rigorosissimam æstimationem, attamen idem Princeps Palatium illud tanti æstimet, ut illud non ere solutum, sed liberali dono gratis datum esse existimet: ita hic voluit Spiritus Sanctus, ut Apostolus Christum sanctissimum Jesu nomen in præmium & compensationem amarissimæ mortis suæ infinito- rumque merito:um suorum accepisse diceret, ut hac ratione nomen istud supra omne meritum abundantissimè honoratum & compensatum esse significaret. Sic quoque regius Propheta de eodem nomine dicit: *Reges terræ & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen ejus solius*. Dicat aliquis, nunquid certum est quod Moyse, Abraham, Josue, Davidis, Baptistæ, Petri plurimorumque aliorum nomina supra omnem mundum exaltata fuerint & honorata, qua igitur ratione David dicere potuit: *exaltatum est nomen ejus solius*. Respondeo igitur id quidem verum esse, sed honorem nomini Jesu exhibitum tam esse immensum & inæstimabilem, ut solum nomen Jesu exaltatum & honoratum fuisse dici possit: Scien-

Ps. 148. II.

dum etenim est, quod quantacunque gloria, quotquot bona, quotquot gratiæ ab initio mundi receptæ fuerunt, & usque in finem sæculorum recipiendæ erunt, eæ tamen omnes per solius hujus sacratissimi nominis virtutem & merita receptæ fuerunt erantque recipiendæ. Et hinc est, quod quidquid Ecclesia à Deo postulat, id totum per hujus nominis merita impetret: *Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum*.

6. In nomine Iesu flebatur, &c. Inter cæteros honores, quos sanctissima Trias nomini Jesu attribuit, unus est, quod ad prolationem hujus nominis omne genu flebatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, S. Bernardinus docet, quod dum S. Paulus in raptu suo in tertium cœlum supremæ illius Hierosolymæ pulchritudinem & elegantiam obstupesceret, præ admiratione nimia in hæc verba prorupit: *Iesu trabe me peste*, moxque viderit, quod eodem tempore omnes Angeli in cœlo, omnes quoque homines in terra, cuncti denique damnati & dæmones in inferno genua sua curvaverint. Hinc quoque factum est, quod quando gloriosissimum hoc nomen in Crucem per modum tituli elevatum fuit, *Iesus Nazarenus*, mox cœlum in singularis reverentiæ signum lugubri se petrostomate contexerit: *Tenebræ factæ sunt*. Cum enim Salvator in cruce agonizaret, cœlum evidens ei testimonium dare voluit, quod ipse tanquam verus Sol justitiæ, à quo omnem suam mutuabat lucem suam pareretur eclipsim: Terra ab ipsis fundamentis concuti & commoveri cœpit: *Terra mota est; Petrescissæ sunt: monumenta aperta sunt*. Latio eum verum Paradisi Regem & Dominum esse agnovit: Centurio eum verum Dei filium esse contestatus fuit: multi que alii *vertebantur percutiente: pectora sua* Neque omnia hæcenus ignoraveramus, donec sanctissimum hoc Jesu nomen in tribus maxime præcipuis mundi linguis tanta cum gloria in Crucis vertice exaltaretur. Imò infernus quoque nomen hoc honorasse dici potuit, dum plurimas animas in illis tenebris reclusas luci restituendo, ejus imperio obedivit, idque eo potissimum fine, ut animæ illæ ad corpora sua redeunt, Redemptori nostro suum deferrent famularum & obsequia: *Multa corpora sanctorum qua dormierant, surrexerunt*.

7. Verum enim vero nequaquam committam,

In Exod.
c. 20. g. 6.

tem, ut discursus ille, quem Abulensis hujus nominis gloriam, utpote quæ ipsiusmet Dei nominis gloria superior esse videtur, ponderans in medium adducit, posthabeatur. Dicit igitur hic Doctor: *Majus peccatum est accipere istud nomen Iesus in vanum, quam nomen istud Deus; Et ratio est, quia Ecclesia communis & laudabilis consuetudo magis honorat istud nomen Iesus, quam istud nomen Deus.* Et huic quidem ipsamet experientia testimonium perhibet; quotiescunque enim nomen Jesu ore profertur, mox caput singuli id audientes denudant, aliaque edunt venerationis & reverentia signa; quod neutiquam Dei nomine pronuntiato facere solent. Rationem autem hujusce consuetudinis idemmet Abulensis subiungit, dum ait, sanctissimam Trinitatem, illum huic nomini attribuisse honorem, veluti humiliationis & contemptus, quem in amarissima Passione sua sustinuit, præmium atque mercedem. Secundo etiam loco observandum est, quod hoc nomen Jesu nomen sit Salvationis, & nostræ instrumentum salutis: *Non est aliud nomen datum sub caelo, in quo oporteat nos salvos fieri.* Et quidem omnes, quotquot hoc nomen invocant, probant effectus illius. Econtra vero nomen Dei non est peculiare solis salvandis, sed universalissimum est omnibus, utpote quod invocatur à Turcis, ab Hebræis, aliisque infidelibus, hi etenim omnes, nisi atheus quis sit inter illos, Deum esse credunt, licet eum pro salute sua non invocent. Alia ratio cur sanctissimum Jesu nomen præ ipsomet Dei nomine magis honoretur, hæc esse potest

q. 7. seq.

Act. Apost.
4. 12.

quia Dei nomen titulum Creatoris subindicat; nomen autem Jesu Redemptoris & Salvatoris titulum pariter subinfert. Tamen autem creationis beneficium magnum sit, quoad consummationem tamen longe majoris æstimandum est Redemptionis & Salvationis beneficium. Quarto etiam ad hujus nominis Jesu majorem gloriam considerari potest, quod hoc in se omnia attributa quæ Dei nomini conveniunt, contineat, & præter hæc multa alia, quæ Dei nomini absolute adaptari nequeunt, qualia sunt nomina Redemptoris, Pastoris, Magistri, sponsi animarum, Regis, Judicis, aliaque ejusdem generis. Ad hæc quinto loco dici quoque potest, quod nomen Dei tanquam creatoris omnibus sit creaturis commune: nomen autem Jesu soli homini proprium, utpote qui solus de hujus nominis fructibus & effectibus participavit, nosque soli æternis eidem obligationibus obstricti sumus; unde merito illud à nobis pro viribus nostris summa in veneratione habendum est. Sextam denique congruentiam cur nomen Jesu magis honorandum sit, à P. Didaco Stella ediscimus, qui ait: *Quia hoc nomen plura ei constitit, quam cætera nomina: nil enim Deo cætera nomina confiterunt; tamen hoc nomen ejus sanguine vita, & honore emptum fuit; & quia tanto pretio emptum fuit, ideo nos esse gratos Deus jubet, humiliando & abijciendo nosmetipsos.*

In Luc.

In virtute sanctissimi nominis Iesu ingens gratiæ & gloriæ lucrū nobis comparamus. Per hoc etenim omnis Passio sua vis redditur; ac demum in qualibet re dulcedo & júbilus invenitur, aliorum denique innumerabilium bonorum operationes eliciuntur.

DISCURSUS SEXTVS

Oleum effusum nomen tuum. Canticorum

cap. I. V. 2.

1. **M**ysteria ob quæ Christi
cœlestis sponsi nomen
in sacris Canticis oleo
comparatur à S Bernar-
do accuratissime
describuntur. Oleum
inter cæteras proprie-
tates, quibus præ cunctis aliis liquoribus præ-
ditum est, hanc habet valde singularem, quod
se diffundat atque dilatet, atque ideo nomen
sponsi non solum *oleum* dicitur, sed additur
effusum. Oleum usquequaque effusum; quousque
de Cælo in Iudeam, & inde in omnem terram
excurrit; & de toto orbe clamat Ecclesia, Oleum
effusum nomen tuum; effusum plane, quod
non solum Cælum terrasque perfudit sed asper-
sit & inferos, adeo ut in nomine Iesu omne genus
flectatur cælestium, terrestrium & inferno-
rum. Etenim licet nomen Iesu ad instar verbi
abbreviati repræsentetur: quia *verbum abbrevi-
atum fecit Dominus*, ut plurimum enim tri-
bus vel quinque duntaxat litteris scribitur, ni-
hilominus ut optime observavit S. Bernardus,
qui sonora laudum hujus sanctissimi nomi-
nis tuba fuit: *In sententia & virtute quic-
quid cælum & terra continet, in se concludit.*
Id quod dudum ab Isaia vaticinatum fuit, dum
ait: *sciet populus meus nomen meum in die il-
la, & mox subjungit: Quam pulchri pedes an-
nuntiantis & prædicantis pacem, annuntian-
ti bonum.* Quæ verba Apostolus ad Romanos
repetens, legit *Annuntiatio bona in numero-
plurali.* Origenes autem legit: *annuntiantis
Iesum*, per hoc insinuare volens, quod annun-
tatio hujus nominis, sit quidam omnium bo-
norum lætus & jucundus nuntius; *Eacile in-
telliges quomodo multa bona sit Iesus, vita bo-
num est? Iesus est vita; resurrectio bonum est?
Iesus est resurrectio. Lux mundi bonum est? Ie-
sus est Lux vera; thesaurus denique omnium
bonorum est Iesus.* Cum igitur in novi anni ex-
ordio nuntia fortunata atque felicia imprecari
soleamus, merito per hoc sanctissimum Iesu

nomen felix anni principium unicuique im-
pertiri possumus

2. *In hoc nomine* (sunt verba S. Bonaven-
turæ); *consequimur gratiam & gloriam.* Et
quidem imprimis in virtute sanctissimi nomi-
nis Iesu gratia confertur; cum enim hujus gra-
tiæ dispensator sit Spiritus Sanctus, utpote cui
dicitur: *Imple superna gratia quæ tu creasti
pectora,* sciendum est, quod sanctissimus hic
spiritus opera hujus nominis Iesu de cælo
descenderit; *Paracletus quem mittet Pater in
nomine meo.* Porro divina gratia est, quæ nos
filios Dei adoptivos, & Filii sui cohæredes esse
declarat, hanc autem filiationem illi duntaxat
sibi acquirunt, qui huic nomini devoti existunt:
*Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui cre-
dunt in nomine ejus.* Enim vero gratiam divi-
nam nullo merito nostro adipiscimur; unde i-
gitur in nos derivatur? cœleste hac de re audite
oraculum dicens: *Gratia Dei per Iesum.*
Archangelus Mariæ dixit: *Invenisti gratiam
apud Deum:* Hæc autem gratia talis & tanta
fuit, ut illam gratiæ matrem constituerit. *Ma-
ter gratia.* Ubi notandum est, Angelum non
sine mysterio immediate post sanctissimum
hoc Iesu nomen pronuntiasse, quasi inferre
volens, unde divinus hic thesaurus in ea exor-
tus esset: *Ecce concipies & paries filium, & vo-
cabis nomen ejus Iesum.* Unde S. Bernardus
ait: *Hæc est ego gratia quam invenisti apud
Deum ecce concipies & paries filium, & vo-
cabis nomen ejus Iesum: intellige prudens Virgo super
NO MINE filii promissi, quantum & quam
specialem gratiam inveneris apud Deum.*

3. *In hoc nomine consequimur gloriam,* in-
quit idemmet Bonaventura, quod ad pro-
bandum neutiquam est difficile. Etenim in
Apocalypsi scribitur: *Vincenzi dabo manna
absconditum, & dabo illi calculum candidum,
& in calculo nomen novum.* Per hanc autem
victoriam ea intelligenda est, quæ de propriis
passionibus & inordinatis appetitibus nostris
à nobis reportatur, quibus proinde præmii lo-

Serm. 15.
in Cant.

Isa. 52. 6.

Præfat. in
I. an.

Ioan. 1. 16.

Rom. 7. 25.

Hom. 3.
super Ios.

Apoc. 2. 17.

eo manna, id est, beatitudo attribuitur, quæ omnium in se continet desiderabilium bonorum gustus: Est enim beatitudo status omnium bonorum aggregatione perfectus: per calculum autem Christus infans intelligitur: *Petra autem erat Christus*, cui hodie novum hoc Jesu nomen impositum fuit. Porro proprius munitionum, quæ summa cum industria & sollicitudine custodiuntur mos hic est, ut ad eas nulli hominum cajuscunque demum conditionis sint, detur aditus, nisi prius nomen suum ediderit, Regnum cælorum optime nobis per modum alicujus bene munitæ fortificationis representatur, de quo proinde dicitur:

Matth. 11. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud, quisquis autem ad hoc propugnaculum aditum habere desiderat, meritis hujus sanctissimi nominis indiget. Unde S. Joannes in eadem Apocalypsi aperte declarat, quod omnes agnum cælestem confectantes hoc sanctum nomen frontibus suis impressum habuerint: Habentes nomen ejus scriptum in frontibus suis. Id quod S. Bernardinus ponderans dixit: Scito quod nullus ibit in vitam æternam, nisi cum isto nomine Jesu, inscripto in fronte. Dicite sodes ex quonam judicio bonus latro Christum Paradisi Regem esse conjicere potuerit? Ad id certe ipsi minime servire poterat, qua amiciebatur discissa & lacerata purpura, neque per modum ludibrii ei factæ acclamationes: Ave Rex Iudeorum; aut quam capite suo ferebat corona spinea, aut clavi, quos sceptri loco manibus suis ferebat: unde igitur hanc conjecturam desumpsit? certe non aliunde quam ex nomine Jesu, quod Cruci ejus superimpositum erat: hoc etenim ei lumen & agnitionem subministrabat, unde eum tanquam beati illius Regni Dominum esse, honorare & revereri poterat. Unde patet verum esse, quod S. Lucas, postquam dixisset: Erat autem superscriptio scripta super eum, &c. mox subjungit, scilicet: unus autem ex his qui pendebant latronibus, &c. ab eo periiit, prout nostis, ut Paradisum ingrediens benignam sui memoriam habere vellet; ac proinde à Christo hocce responso dignatus fuit: Hodie mecum eris in Paradiso. Unde Arnoldus Carnatenfis ait: Licet tam insignem titulum delerit perfidia Iudeorum clamose expectarat, obtinere nullo modo prevaluit. iam ad hanc scripturam pertinebas latro crucifixus, & eum intra

Apo. 14. 1

se illa litera continebant. S. Paulus quoque, quando ad nomen istud portandum electus fuit, eodem quoque tempore æternæ gloriæ hæres est declaratus: vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum; jamque illius possessionem adire cœpit, quando in Cœlum Emyptum raptus, visione beatifica, per modum transiens, sicut Scholæ loquuntur, fuit perfruitus. Similiter ex integro animarum milione & medio, & forte longe pluribus solus Josue & Caleb è solitudine & deserto promissionis terram fuit ingressus; cuius hoc fuit mysterium, ut scilicet per hoc denotaretur, quod nomen Jesu (quod Josue nomen quodammodo referebat) hominibus ex Ægypto hujus mundi, in veram promissionis terram, id est, cœlum aditum patefaciat. Unde S. Ambrosius: Mortuus est Aaron, mortua Maria, mortuus est & ipse Moyses, solum Jesu Naz. nominis sacri semilitudo servavit.

Luce. 23. 38.

4. Oleum effusum. Hujus equidem sacri nominis virtutes & singularissimæ dotes ad alios innumeros omnesque mirabiles effectus producendos diffunduntur. Est nomen istud (sunt verba Doctoris Angelici) admirabile, laudabile, amabile, est amabile, quia peccatores justificat, justos laudat, tentatos adjuvat, justis gratiam augmentat, & omnes, qui ipsum invocant, salvat. Porro amabilitati hujus suavissimi nominis adungere possumus, quod S. Bonaventura verba illa: vocabis nomen ejus Jesum, interpretans dixit; Hoc verò nomen divinum & Angelicum est quod desiderat sponsa in Canticis, dum ait: Oleum effusum nomen tuum; aridus enim est omnis cibus anima, si non isto oleo infundatur; inspidus est, si non hoc sale condatur; si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Jesum, si disputes aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Jesus; Jesus mel in ore, in aure melos, in corde jubilus. S. Augustinus licet hæreticus esset, hujus tamen dulcissimi nominis memoriam nequaquam amiserat; quem autem inde fructum perfererit, ex eodem referente audire: Hoc nomen Salvatoris Lib. 3. mei, filii tui, in ipso adhuc lacte matris cor meum prebiberat & alte retinebat Ad hæc S. Bernardus optime consideravit, quod Angelus Dei in terram descensum annuntiaturus nominis Jesu mentione fecerit: Dicit nomen Jesus Angelus non tacuit Quoniam autem id myste- Epiphani. tio factum est? Quia hoc mihi maxime necessarium

Serm. 7. de ver. Domini.

In Ps. 118. Serm. 18.

Serm. de Circ.

confess. 4

sarium fuit, alioquin ego quid agerem audiens Dominum venientem: Merito enim timere poterat, ne forte tot adversum ipsum commissas offensas castigaturus veniret: Nonne desperare audiens quia venit ille, *cujus legem praevaricatus sum? cuius patientia abusus sum? cuius beneficiis tam ingratus juvenis sum?* verum ecce tibi consolationem ab hujus nominis invocatione consequentem: *Quis verò major consolatio poterat esse, quam in dulci vocabulo, in nomine consolatorio Iesu? S. Bonaventura* in vita S. Francisci, quanto amore hic vir Dei sanctus dulce hoc nomen profectus fuerit, egregie describit, dum ait: *Nomen Iesu cum exprimeret, vel audiret, jubilo quodam repletus in seipsum, totus videbatur exterius alterari, ac si mellifluus sapor gustum, vel harmonicus sonus ipsius immutasset auditum.*

Oleum effusum nomen tuum Oleum in vulneribus balsamum est, & singulare in doloribus & plagis refrigerium. Videamus hac de re Gersonem, qui in sermone quodam de hoc festo, hunc in modum loquitur: *Quisquis acerbissimas sanctorum Passiones fidei mente pertrahat, recensetque cruciatus eorum exquisitissimos, quantos & quales ingeniosa ad sevitiam impietas laesae atque irritata crudelitas excogitare insilireq; potuerit, nominis hujus Iesu virtutem agnoscere fatentique compellitur. Quid enim dulces fecit Stephano Lapidem? utique nomen Iesu; nomen id profecto dulcia, imo expetenda eis fecit supplicia, quorum vel sola recordatio horrorem nobis incutit & tremorem vehementem. Utiturque ad id comprobandum illo ex Actibus Apostolorum desumpto testimonio, quo dicitur: *Uabant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Quanto S. Ignatius Martyr in corde suo per totum iter, quod Antiochia Romam usque conficiebat, repletus fuit gaudio, quando se ut à leonibus discerperetur, condemnatum esse sciebat? *Vitiam fruar bestis, quae mihi sunt preparatae, ego vim faciam, ego me urgebo ut devorer.* Num forte chalybeum illi pectus erat? aut Leones recreationum reputabat esse catellos? aut verò unde illa nascebatur, ut à leonibus devoraretur, aviditas? Nimirum cordi eius nomen Iesu insculptum erat. Unde Gerson ait: *Nominis hujus dulcedinem gustaverat, qui dicebat: Exultabo in Deo Iesu meo, ac si diceret, exultent in opi-**

bus alii ac fructibus terra, alij in aliis, sed precipitibus ac tremulis honorum fastigiis, reliqui in cubilibus & ebrietatibus, ego autem exultabo in Deo Iesu meo. At verò qua ratione factum est, quod cor ejus intra leonum fauces rabidofque dentes constitutum exultaverit? nimirum quia *hujus nominis Iesu dulcedinem gustaverat.* De S. Henrico Susone legitur, quod Crucem quandam ligneam unius palmi longitudinem & latitudinem proportionaliter similem habentem fabricaverit, in eaque ad honorem vulnere Christi triginta confixerit clavos, eamque in medio dorso adstrictam portaverit, ut in dorso ex clavorum puncturis transfigeretur. Cogitate obsecro quales infra octo annos fuerit perpeffus dolores; In ultimo anno in medio Crucis illius præter clavos septem acus acutissimas in dorsum & humeros conversas infixit, quæ sanguinem continuo manantem eliciebant, quem Beatissimæ, quam sibi subtus crucem stantem imaginabatur, offerebat. Veruntamen pro aliquali acerbissimorum horum, quos patiebatur, dolorum refrigerio subtus Crucem illam suavissimum Iesu nomen incidit.

6. Oleum effusum nomen tuum. Ut hi, qui in mari natitant scopulos effugere, atque ex profundo, omnibusque aliis periculis emergere possint, sumptum in os oleum, inde per saltus maris undas emittant & dispergant. Bone Deus, quot in vasto mundi hujus mari sunt scopuli, quot pericula, quot præcipitia, quot naufragia? continue etenim de damnatione & ruina nostra periclitamur, ne scilicet in profundum demergamur abyssi, nisi sanctissimum hoc Iesu nomen, quod Salvatorem significat, nobis esset præsidio pariter & auxilio: unde S. Ambrosius ait: *si quis inter aquas merfus oleum*

Lib. 1. Hebr.
ore emisit, clariora facit ea, que profundi texamer.
nebantur oculis. Sic quoque ut alturi serpentes evadamus insidias, ut scopulos in lapsus vel offensas mortales nos precipitantes declinemus, neque in profundum demergamur, oleum istud, id est, sacratissimum hoc nomen in ore, & multo magis in corde portandum nobis erit.

7. Oleum effusum. Præter jam dicta multa considerari possunt alia bona quæ in virtute hujus sanctissimi nominis recipimus, quæ breviter & succincte enumerabo.

In

Cap. 20.

S. m. de
Circ.

In virtute igitur Nominis Jesu orationes nostræ ante thronum Dei deferuntur, nostræque subfignantur supplicationes. Unde Rupertus Abbas super hæc verba: *Si quid petieritis a re in nomine meo dabit vobis: Solùm hujus unigeniti filii tui nomen, quod est Iesus, necessarium universa orationis est vehiculum, quo in cælum directo cursu perlata consistat ante Patris conspectum. salutemq; in sinu ejus & gratiam surgere valeat remissionis peccatorum.* Invocatio quoque & devotio erga hoc nomen aptum est ad extinguenda in nobis vitia & appetitus inordinatos instrumentum. Ira impetum cohibet, inquit S. Bernardus, *superbia tumorem sedat, sanat livoris vulnus, extinguit libidinis flammam sitim temperat avaritia, ac totius dedecoris pruriginem fugat.* Præterea perfectioni acquirendæ auxilia adfert, viam præparando & præbendo ducatum; *Deduxit me super semitas*

justitia, sed cujus virtute id fecit? Propter nomen suum. Instrumentum insuper est ad patranda miracula. Unde Chrysologus ait: *Hoc nomen dedit cæcis visum, auditum surdis, claudis cursum, sermonem mutis, vitam mortuis, totamque Diaboli potestatem de obsessis corporibus virtus hujus nominis effugavit.* Adhæc salutare nomen istud à flagellis iræ Dei nos tuerit atque defendit. Unde scribitur: *Protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.* Porro Anno 528. quando Antiochia divexabatur ab ultimo terræ motu, qui eidem totale comminabatur exterriniam, ad sanctissimum Jesu nomen recurrerunt, in portas domuum & urbium suarum dulcissimum Jesu nomen incidentes, eaque ratione saluti suæ optimè consuluerunt. Idem quoque remedium S. Bernardinus civitatibus illis, quæ suo tempore flagellabantur ab epidimæ peste, pienssimè tradidit.

Ser. 15. in
Cunt.

Psal. 92. 3.

Ser. 144.

Psal. 90.

14.

In virtute sanctissimi nominis Jesu remissionem consequimur omnium peccatorum.

DISCURSUS SEPTIMVS.

*Vocabis nomen ejus Iesum; ipse enim salvum faciet
populum suum à peccatis eorum.*

Matth. Cap. i. v. 21.

Eodem profus tempore, quo Deiparæ Virgini nomen Jesu filio suo imponendum nunciabatur, declaratum quoque fuit mysterium, ob quod tali esset nomine insigniendus: *ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis;* adeo ut hinc liquido appareat nominis istius essentiam in animabus salvandis consistere, quod facit, dum iis peccata tua condonat atque remittit. Porro inter alia veritatis istius specimina, quæ satis multa se produnt, unum est valde celebre in actibus Apostolorum, ubi per os sancti Petri dicitur: *Hinc omnes Propheta testimonium perhibent, remis-*

issionem peccatorum accipere per nomen ejus; adeo ut clarum sit atque perspicuum, quod in virtute hujus sanctissimi nominis peccata nostra nobis condonentur, atque ideo sanctus Bonaventura in quodam sermone de hoc festo ita scribit: *In hoc nomine consequimur veniam.* Certum est autem, quod filius Dei hoc nomine hodie pridem insignitus fuerit, & non ante, quia si sacram pervolvatis Scripturam, in veteris eundem superioribus sæculis, aliis fuisse epithetis denominatum, hoc autem nomen Jesu ei hodie in circumcissionis suæ die, quo primum cœpit sanguinem fundere, impositum fuit; Et ratio est, quia Iesus idem est quod Salvator. Videmus igitur, quod mox ut Filius Dei

Ser. 4. de

Circ.

AE, Apost.
2643.

1. Tim. 1.
15.

Venit, ut peccatores redimeret, tunc quoque denominatus sit Jesus: *Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.* Porto David olim ante tot sæcula hoc sanctissimum nomen in spiritu prævidens magna cum fiducia divinam justitiam peccatis suis propitiam fieri petiit: sed cujus virtute aut ex quo motivo id futurum esse sperabat? *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.* De Rahab quoque meretrice legitur, quod in urbis Hierichuntina exterminio, ipsa sola inter omnes fuerit privilegiata, ut ab excidiis, quæ omnibus aliis patriæ suæ concivibus communia erant, præservaretur. Quemnam obsecro istud adeo singulare privilegium in admirationem non rapiat? Quod Noë unà cum aliis domesticis suis propter illius merita ab universali præservatus fuerit diluvio, quid mirum? *Noë enim erat vir iustus in generationibus suis; idque eo præsertim tempore, in quo omnis caro corruperat viam suam.* At erò quænam merita mulier illa meretrix habere poterat, ut eorum intuitu modo quodam adeo particulari præservaretur. Porto pulchra est hoc loco illa Chrysostomi observatio dicentis, Iosue, qui Salvatoris nostri figura, licet remota erat, in meretricis hujus domo nominatum fuisse. Ubi autem vel umbra tantum hujus nominis apparet, ibi mox se produnt egregii illius effectus, qui præsertim ab omni ruina operantur. *Servavit illam Iesus filius Naue, qui figuram veri Iesu referebat.* Et S. Bernardinus ait: *Non est ita sceleratus peccator, qui mediante nomine Iesu non possit ad penitentiam redire, & animam suam salvare.* Quis uspiam Juda per etior, aut in culpa sua obstinatior reperiri poterit? Et tamen de hoc optimè Eurhymius notavit, quòd quando iniquam illam venditionem exorsus est dicendo: *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?* Christum amabilissimo hoc Jesu nomine non appellaverit, si enim id fecisset, damnatus forsitan minime fuisset, & hujus suæ opinionis hanc reddit rationem: *Longè est desperatio, ubi est hujus nominis invocatio.* Enimvero S. Ephrem hac de re mirum quid refert, nimirum, quòd, cum in nonnullis libris, quos S. Julianus legere consueverat, nomen Jesu deletum invenisset, hujus lituræ causam ab eodem poposcerit, hocque ab illo retulerit responsum:

Ser. in peccatric. in opera S. Ephrem.

Magdalena peccatrix cum ad pedes Salvatoris prostrata, eosdem lachrymis suis tigaret, & capillis suis abstergeret, futurum obtinuit veniam peccatorum: atque ideo ad ejus imitationem ubicunque nomen Jesu scriptum reperio, illud ipsum lachrymis meis rigo & madefacio, ut peccatorum meorum veniam ab eodem obtinere valeam. Quot sunt qui illud toto corde invocando, ad veræ compunctionis actus excitati fuere. Incognitus Carmelitanus P. Michael de Bononia super prædicta Psalmi verba rationem adfert, cur Deus ad condonanda nobis peccata nostra sit obligatus, dicens: *Ille qui nomen alicujus virtutis habet, & non rem nominis, suum nomen inhonorat: Cum ergo Christi nomen sit Iesus, quod idem est quod Salvator ad gloriam sui nominis spectat, salvare à peccatis credentes in eum.* Quisnam obsecro finis est, ob quam æternus Pater filium suum in hanc terram demisit? *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat.* Neque ulla ratione in dubium revocari potest, quin Christus venerit in hunc mundum peccatores salvos facere. Ecquod igitur Christi nomen assumere potuisset huic officio aptius, quam sit amabile nomen Jesu? Omnes Principum ministri, ea sibi adaptare nomina consueverunt, quæ eorundem ministerio sunt maximè proportionata. Sic qui ad tractandum vel negotiandum cum Principibus ablegantur, legati dicuntur vel Ambasciatores: qui ad formandos processus, Commillarii; qui ad gubernandum Gubernatores, Magno igitur cum mysterio Filius Dei sanctissimum Jesu nomen sibi imponi voluit, siquidem ad salvandum peccatores veniebat. *Venit in hunc mundum peccatores salvos facere.* Porro notandum est quod S. Lucas refert, videlicet quòd Dæmon quidam ab obsessi hominis corpore egressus, coram Christo se sistens eisdem dixerit: *Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos: scio quis sis, Sanctus Dei, Salvator autem eum: increpans silentiam ei imposuit.* Verùm dicat hic aliquis, Nunquid in Christi gloriam redundabat, quod ipse infernalis inimicus ad Divinitatem suam mundo divulgandam fuerit adstrictus; imo ad reddendum in super testimonium quoad supplicia, quæ à Divina sua justitia recipiebat? Hoc totum equidem verum est, singulariter tamen est notandum, quod tota causâ silentii Diaboli impositi

Ioan. 3. 16.

Luc. 4. 34.

positi fuerit, quia dixerat; *Venisti pendere nos, & tamen simul sacrosanctum hoc nomen nominaverit, atque ideo Christus blasphemiam hanc emendare & corrigere voluit, siquidem propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, Merito enim Spiritum hunc le blasphemantem increpuit & reprehendit, vgre etenim dicere debebat: Venisti salvare nos, unde Tertullianus ait: Quasi hac esset summa gloria Christi si ad perditionem Daemonum venisset, & non potius ad hominum salutem. S. Lucas quoque scribit Petrum hunc in modum praedicasse: Non est aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri; adeo ut securum facere computum possimus, quod omnes excessus, quotquot commissi sunt, & ad finem usque saeculorum ab omnibus peccatoribus deinceps committentur, remissi sunt, aut remittentur, sed non nisi in virtute hujus sanctissimi nominis Jesu; Et quia juxta axioma Apostolicum certum est, quod sine sanguinis effusione non fit remissio, ideo impositionem hujus nominis hodie simul conjunctam esse voluit cum effusione pretiosissimi sanguinis sui in circumcissione. Porro ut leprosus aliquis ab infirmitate sua liberetur, nullum inveniri potest potentius remedium, quam si in recenti infansit cujusdam sanguine abluatur; atque ideo Constantino Magno ab idolorum sacerdotibus pro curatione leprae suae suatum fuit, ut ingentem puerorum numerum interfici juberet, & in eorum effuso cruore corpus suum fortiter ablueret, jamque ad necem omnes congregati & praeparati erant, cum ecce piensissimus Princeps compassione motus eosdem in sinum matrum suarum illaesos restitui jussit, desideratamque sanitatem Baptismo medianate recepit. Pari quoque modo Salvator noster universum genus humanum lepra infectum considerans, nam in peccatis natum erat totum, ut id ipsum ab horrida hac lepra curaret, pristinoque nitore restitueret, sibi innocentissimo infanteulo venas hodie aperti permittit, ut laxaret nos a peccatis nostris in sanguine suo. Verum enimvero quandenam idemmet sanctissimum nomen ab aeterno Patre suo, tam in caelo quam in terra supra omnem modum exaltatum & magnificatum esse existimatis? Quando venae ipsius pro nostra salute, & pro extolvendo gravi debito, quo universum genus*

humanum Divinae justitiae ob sua peccata attingebatur, totum sanguinem suum manare deserunt. Tunc enim Pater aeternus, ut inquit Apostolus, donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum, praemittit enim: Factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Tunc in verticem Crucis exaltatus est gloriosus hic titulus: Jesus Nazarenus, isque tribus illis linguis, quae in toto erant orbe celeberrimae expressus: ut omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris, Observandum est autem, Judaeos conatos fuisse illatae Christo mortis causam coram toto mundo reddere, seque penes omnia futura saecula justificare per expressionem causae, quae illos ad necem Christo inferendam permoverat, ideoque causam hanc Crucis vertici inscriptam affixerunt; mos enim olim erat, etiam hodieum circa reos famosiores usitatus, quod super instrumentum supplicii ipsorum, crimen quod necis sententiam extorserat, paucis verbis exprimerent, atque adeo id ipsum hic quoque sunt facere conati: Imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam. Verum dicat aliquis quamnam igitur ei affixerunt culpam aut noxam? Num fortè quoddam, ut se Regem faceret, seditionem excitarit in populo? Nequaquam, constat enim, quod quando illum violenter voluerunt coronare Regem, fugerit in montem, imò paulò ante aperit satis protestatus fuit, dicens: Regnum meum non est de hoc mundo: Num fortè causam mortis suae esse dixerant, quod in societate crucifixorum secum latronum homines deprædatus fuerit? Minimè geantium; ipse namque ille Deus erat, qui dat omnibus affluentem, & de quo scriptum est: Domini est terra & plenitudo ejus. Quanam igitur causa erat, ob quam merebatur crucifigi? Pilatus enim, qui Judex erat, innocentem eum pronunciavit, dicens: Nullam inveni in eo causam. Verum necipse, nec illi mortis Christi penetrarunt mysterium, licet unus eorum dixerit: Expedi vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ioan. 11. 50. Salvator etenim noster nullo alio culpae reatu obnoxius erat, nisi quod peccata nostrum ipse pertulit in corpore suo super lignum. ut peccata- 24.

Philip. 2.
11.

Matth. 27. 37.

is mortui iustitia vivamus. Cùm enim esset Salvator, venissetque ut nos à peccatis nostris redimeret, meritò dici potuit, quòd *imposuerunt causam* super Crucem, id est, hunc Titulum *Jesus*, quia *vocabis nomen ejm Jesum*, ipse enim *salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Veruntamen advertendum est, quòd Evangelista nequaquam dixerit, ipsos super Crucem causam mortis suæ posuisse, sed absolute *causam ipsius*, quod à spiritu sancto, hoc præcipuè motivo, ordinatum fuerat, ut nos inde intelligeremus, quòd adæquata causa, seu totus processus vitæ suæ ab instanti factæ incarnationis usque ad mortem, ad hanc unicam dictionem *Jesus* sit reducendus. Quicquid enim cogitaverat, desideraverat, passus aut operatus fuerat, id totum pro salute nostra erat, ut nimirum Salvator noster esset, & in peccatorum nostrorum satisfactionem redundaret. Dicite sodes, quando Christus è cœnaculo se recepit ad hortum, ubi turba illæ armatæ eum requirebant ad inferendam ei necem, è quonam vestigio illum agnoscere poterant? Enimvero Jovius de quodam Barbariæ Rege scribit, quòd cum dissipato integro illius exercitu, ipse in fugam se recepisset, hostes vestigia illius strenuè fuerint profecuti, cumque nullum iis suppeteret eum cognoscendi vestigium, tandem ipsum in ipsorum potestatem redactum, ex odorum fragrantia, quam semper à se dif-

fundebat, eum agnoscere cœperint. Quo nomine sponsa sponsum suum in sacris Canticis appellasse putatis? *Oleum effusum nomen tuum*, ubi Pagninus legit: *Propter odorem unguentorum tuorum, oleum effusum nomen tuum.* Quæ igitur ratione filium Dei cruci affigendum capere & ligare potuerunt, nisi ex sanctissimi hujus nominis, quod ad sanguinem suum pro peccatis nostris fundendum portabat, mira fragrantia. Atque ideo postquam ipse turbas interrogasset: *Quem quaritis*, ipsi verò respondissent: *Jesum Nazarenum*, ipse nequaquam effugit, neque Petri defensionem, nec Angelorum legiones, quas Pater suus ei cœlitus submittere poterat, admittere voluit, sed promptissime eorum sese manibus consignavit, dicendo: *Ego sum*, comprehenderunt ergo *Jesum*, & *ligaverunt eum.* Et tamen semper verissimum, quòd *verbum non est alligatum*, nihilominus idemmet tanquam verbum, simul tamen etiam tanquam *Jesus*, in Cruce illa non solum alligatus, sed & *clavis affixus est*:

Non enim erat aliud nomen sub cœlo datum, in quo oporteat nos salvos fieri.

* *

*

De præcellentibus Victoriis, quas in virtute hujus sanctissimi nominis de inimicis nostris reportamus.

DISCURSUS OCTAVVS.

Turris fortissima nomen Domini. Proverb.

Cap. 18. v. 10.

1. **V**ictorias, quas fideles in militia & praelio vitæ præsentis in virtute hujus sanctissimi nominis Jesu reportaturi erunt, Sapiens olim ex instinctu Divino prævidit. Atque ideo illud

Fortalitio, sive inexpugnabili & formidabili cuidam Turri assimilavit. Porro S. Bonaventura quatuor effectus maximè præcipuos, qui ab hujus nominis inestimabili pretio redundant, recenset dicens: *In hoc nomine consequimur victoriam, veniam, gratiam & gloriam*, quorum tres in discursibus antecedentibus ponderavimus, in præfenti autem discursu de primo duntaxat disseremus.

2. Septuaginta duo discipuli Evangelium prædicaturi, in fines Judææ egressi, plurima patraverunt miracula, ex hisce autem illud præcipuè commendabant, quòd videlicet ipsi quoque spiritus infernales ipsi subjicerentur: *Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio dicentes, etiam Dæmonia subjiuntur nobis*; hanc autem à dæmonibus obedientiam in virtute nominis Jesu extorqueri testabantur: *In nomine tuo*. Christus autem respondit eis: *Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem: ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes*. Unde autem hæc homini à Deo collata potestas Dæmonibus imperandi, eosque sibi subjiendi, vincendi vel maximè proficiscitur: Ab hoc sanctissimo Jesu nomine derivatur, per hoc enim ab ipso mundi exordio, quando Sathan adversus Deum rebellare cepit, præcipitatus est, & usque in inferni barathrum dejectus fuit. Unde S. Bernardinus ait: *Nolite mirari si nomen meum Diaboli expavescant & eos ab homine pellat, cum virtute ejus Sathanas cum omnibus Angelis suis de cælo expulsi sunt sicut fulgur*. Unde idem Sanctus existimat, quòd si cultus milites in ipso praelii fervore exclamare solent: *Vivat N.* ut hoc incondito clamore inimicum detereant; ita pariter Angeli boni in Paradiso acclamaverunt:

Mansi Sathanas Tom. I.

Vivat Jesus, vivat Jesus: & ad vocem hujus nominis Dæmones resistere non potuerunt, quin de Paradisi apice in abyssum non caderent. Et fortasse id ipsum eain opinione fundatur, quam nonnulli Scholastici tenuerunt, scilicet quod Luciferi suorumque sequacium superbia à revelatione incarnationis Filii Dei iisdem ab Angelis facta suam habuerit originem, & consequenter per humanæ naturæ supra suam mediante unione hypostatica futuram exaltationem; ut proinde id ipsum sustinere nolentes rebellarent. Porro S. Bonaventura in eodem sermone scribit: *sed quia Dæmones non subjiuntur nisi vincantur, non vincantur nisi in nomine Jesu*. Quod ut evincat exemplo utitur victoriæ illius gloriosissimæ, quam David cum Goliath, qui expressa Tyranni infernalis figura erat, ludando obtinuit. Ac proinde prælium istud ad majorem hujus sanctissimi nominis gloriam examinandum nobis erit penitus. Observarunt itaque nonnulli, Davidem, ut gygantem istum in terram dejiceret atque necaret, hunc ferè modum adhibuisse, cum enim omnis militiæ inexpertus, nullam haberet armorum tractandorum peritiara, tanta nihilominus cum generositate collossum hunc, qui integros exterruerat exercitus, aggressus est, ut eum unico duntaxat lapillo exanimem in terram prostraverit. Notat autem Philo Judæus, quòd dum David quinque lapides è torrente selegisset, ut illos peræ suæ pastorali immitteret, eisdem lapillis quinque præcipuorum Patriarcharum, Abraham videlicet, Isaac, Jacob, Moyses, & Josue famosa nomina inscripserit. Cùmque lapis postremo loco peræ suæ impositus esset is, cui Josue nomen inscriptum erat, ideo eundem præ cæteris primo loco foras extraxit, eundemque fundæ suæ impositum in vasti hujus gygantis frontem fortiter adeo impedit, ut per jactus hujus vehementiam eum everterit, & in terram perturbarit. Ecce igitur qualiter vel sola hujus nominis Jesu umbra & figura, licet valde remota, in Josue nomine latens, victoriam gloriosam non de gygante duntaxat,

Ser. 4 de Circ.

Luc. 10. 17.

Tract. 2. Ser. 40.

Apoc. 12. 7.

Lib. de antiq. Bibl. circa fin.

xat, sed & de cunctis simul Philistæis raro exemplo reportarit: ut per hoc intelligeremus, quod quia in figura omnia conungebant illis, invocatio nominis Jesu securam de Goliath infernali, omnibusque aliis rebellibus spiritibus tribuat victoriam; Tu venis ad me (inquit David ad gigantem, in gladio, & hasta, & clypeo, ego autem venio ad te in NOMINE DOMINI. Aeternæ siquidem veritatis promissio est, quod sanctum & terribile nomen ejus futurum sit, id est, omnibus inimicis nostris tremendum & formidabile Egyptii, qui electi populi Dei jurati hostes erant, in viribus & fortitudine sua positam habebant fiduciam suam; Israëlita verò ut victores evaderent, quoniam in re victoriæ suæ spem collocabant: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri: ipsi ceciderunt, nos autem surreximus. Verum enimvero ex quo aliquam Josue mentionem facere cœpinus, superest ut in hoc, quod scilicet Moyles Ducem Castrensem, qui adversus Amalecitas dimicaret, electurus, inter omnes alios, teste Philone, solum Josue elegerit, quodnam mysterium lateat, disquiramus. Num fortè alia subjecta, quoad experientiam, ætatem, nativitatem, aliasque egregias qualitates celebriora deerant? Verum quidem est, quod ejusmodi non deerant: Attamen Josue præ cæteris unum ex minoribus Ducibus, inquit Philo electum esse voluit, ut per hoc omnes intelligeremus, quod ubicunque reperitur hujus nominis Jesu figura quantumvis remota ibi semper sit adversus inimicos victoriæ reportandæ omnimoda securitas; quia in hoc nomine consequimur victoriam Scribit Paulus Orosius, quod post Graciani Angliæ Tyranni mortem, miles quidam, cui nomen Constantinus erat, ad imperium assumptus fuerit, qui tamen si admodum huic muneri ineptus, & nulla propemodum experientia præditus esset, hoc solum cæteris antecellebat, quod scilicet nomine suo bonum & felix portenderet augurium. Hujus loco Constantinus ex infima militia propter solum spem nominis sine merito viri indiget Optime ad præsens propositum se relectit Origenes super occasione, qua Moyles Josue hoc nomine primitus appellare cœpit, nimirum tunc præcisè quando eum adversus Amalecitas pugnaturum egredi vidit: Usque ad hunc locum beati nominis Jesu nunquam est facta mentio. Estque hoc verissimum, nam usque ad Cap. 17. Exodi nusquam Josue nomen in te-

xu facto reperitur Hic primum vocabuli hujus splendor effulsi. Ubi de armis hostilibus impugnantibus & debellandis tractatur; Et quot lauros quot in terra Chanaan victoriosas palmas in hujus virtute nominis obtinuit. Est quoque in hoc, adversus Amalec per Josue inchoato prælio notandum, quod dum Josue in planitie vallis præliabatur, Moyses extensis in Crucis formam brachiis Deum oraverit; per hoc enim nobis innuebatur, quod nullus sit inimicus quantumvis ferox & invincibilis, qui in virtute Passionis Christi ab hoc sanctissimo Jesu nomine corroborata non prosteretur aut profingatur. Moyles etenim per extensa in Crucis formam brachia Salvatorem representabat in Crucis patibulo extensum: Josue autem præliator virtute nominis Jesu indicat: Merita enim mortis Christi, & hoc sanctum nomen ejus simul conjuncta, sunt indubitata victoriarum & triumphorum auguria: Illic ubi nomen Jesu dimicabatur (sunt verba Tertulliani) dimicatur quandoque adversus Diabolum. Crucis quoque habitus erat necessarius, per quam Iesus victoriam esset relaturus.

3. Quod si igitur sola hujus nominis umbra tantam in se virtutem continet, ponderemus, quantæ efficacitæ ipsi nomen futurum sit. Occurrerunt Salvatori nostro emergumeni quidam, seu possessi a Dæmone dolentes & lamentantes: Quid nobis & tibi Jesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos. In quoniam obsecro, hoc, in Dæmonibus, post adventum Christi, cruciatuum & suppliciorum augmentum consistebat? S. Ambrosius ait: Exercitata mens ad prælium consummandum, non a quilarum præferri imagines, nec dracones, sed in Cruce Christi, & in nomine Jesu progreditur ad prælium. hoc signo fortis, hoc vexillo fidelis. Quot jacturas, quot strages hoc nomine mediante perpeffi sunt hi inimici infernales? In hoc nomine consequimur victoriam. S. Francisæ Romanæ die quadam datum est videre, quod, quotiescunque nomen Jesus pronunciabatur, Dæmones atrocissimas paterebantur pœnas, præ timore tremere, ad genua flexendum & terram ore suo lingendam adigerentur, tamen si idemmet sanctissimum nomen blasphemando impeterent, similiter quidam viræ spiritualis magister considerans, quod Dæmon nos sub nocturnis tenebris præcipue infestet, pulchrum astutias ejus eludendi, suosque insultus elidendi modum nos edocuit, dicens: Si tunc mens

1. Reg. 17. 45.

Psal. 119. 8.

Lib. 1. de vita Moys.

Lib. 7. c. 40

Hum. 11. in Exod.

Lib. adv. Iudeos cap. 10.

Matth. 8. 29.

Lib. 2. de Abr. c. 7.

Lib. 3. c. 9

Se Diabolus cap. 31. de persect. Spirit.

ita parata inveniat, ut nomen Domini Iesu ferventi memoria retineat, & hoc sancto & glorioso nomine tanquam armis adversus dolos ejus usa fuerit, recedit fallax & versutus Dæmon. Madianitæ olim ingentem & formidabilem adversus populum Dei, ordinavere exercitum: Moyses autem licet exercitus ejus & numero, & experientia, & animositate exercitu Philisthæorum longè inferior esset, ad faciendam tamen eis congruam resistantiam modis omnibus se præparavit. Observandum est autem, quod priusquam prælium adortentur, vasa sancta tradidit eis. Quidnam vasa cum instrumentis bellicis adversus armatas & prophanas Madianitarum phalanges adhibendis commune habent? Dicunt Hebræi, quod inter hæc vasa sacra lamina quædam fuerit aurea, quam summus Sacerdos deferre consueverat, cui nomen Jehova incisum erat. Intellexerunt etenim, quod, quotiescunque nomen istud in campo compareret, hostem nimio terrore percussum confestim dissiparet, quia sanctum & terribile nomen ejus. Unde Lyranus scribit: *Elevata lamina sancta in altum, exercitus Madianitarum qui erat valde magnus fuit excacatus, & cadebat ad terram coram filiis Israel.* Hostes enim oculos suos in hoc nomen defigentes mox caligabant, & in extremum devolvebantur exitium.

4. Porro Deus sanctos Apostolos veluti totidem fortissimos belli duces contra infernum, Tyrannos, idololatriam, omnesque terræ populos legi Dei rebelles dimicaturus elegit. Unde & ab Ecclesia denominatur: *Belli triumphales Duces.* Verùm quàm arduum & difficile haud dubiè fuit, quod homines inermes, omnithesaurorum, nobilitatis, sapientiæ, &c. subsidio carentes, Reges & Imperatores, nec non idololatrarum sacerdotes aggredi, sibi que subjugare, templa prophana dejicere, falsa demolinii simulachra, totumque mundum legi Evangelicæ, depravatis ipsorum moribus adeo adversantis subicere juberentur. Veruntamen observandum est, quod quando illos ad prædicandum dimisit, dicens: *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creature, eisdem pariter virga Moysis armaverit, id*

est, donum & potestatem miracula patrandi iis indulserit: *Dæmonia ejicient, linguas loquentur novæ, serpentes tollent.* &c. At verò unde tota hæc Divina virtus in eos derivabatur? *In nomine meo.* Ideoque soli huic nomini, mundi attribuenda est victoria.

5. Enimvero quantum inimici nostri infernales invocato Jesu nomine percellantur, & quàm sint eidem obedicentes, quotidiana nos docet experientia. *Nomen Iesu* (inquit Origenes) *lymphatos sanat, Dæmones ejicit.* In actibus quoque Apostolorum scribitur: *Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea.* En Dæmoni intentatum præceptum. *Non incantationibus tollere videntur Christiani.* (inquit idem Doctor contra Celsum) *sed nomine Iesu cum commemoratione ejus factorum nam his verbis sæpè profligati sunt Dæmones.* Et paulò post ulterius dicit, quod sæpè compertum sit, quod hæc virtus subsecuta sit, etiam eodem nomine ab hominibus malè viventibus invocato: *Tanta certè vis nomini Iesu inest contra Dæmones, ut nonnunquam etiam à malis nominatum sit efficax, quod docet Iesus dicebat; Multi dicent mihi in illa die, in nomine tuo Dæmonia ejecimus.* Scribit hac de re S. Bernardus, quod dum Paduæ, de hujus sanctissimi nominis gloria prædicasset, & ad demonstrandam hujus nominis adversus Dæmones efficaciam, multa in hanc rem adduxisset exempla, inter alia quoque de muliere ibidem præsentem mentionem fecerit, nec tamen quænam illa esset, specificavit: quodque mulier illa nihilominus sponte propria in conspectu totius populi in pedes se erexerit, seque per invocationem hujus sanctissimi nominis à Dæmone liberatam fuisse palam professa & contestata fuerit. Ponderandum tamen est, quod idem Origenes circa hanc invocationem subjungit, nimirum quod de his effectibus per nomen Jesu producendis magis securi sint: *Qui illud enuntiant sano affectu, & integra fide præferunt.*

Lib. 7. con.
Cels. 46.
Apost. 16.
18.

Num. 31. 6.

Matth.
26. 28.

Ad hoc ut hujus sanctissimi nominis virtute potiamur, illud non indignè invocemus, necessum est, ut in gratia Dei constituti simus.

DISCURSUS NONVS.

Nemo dicere potest Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto. 1. Cor. 12.

ENimvero ne quoad hujus sanctissimi nominis virtutem graviter decipiamur, sciendum est, quòd ad hoc, ut dulcissimum hoc nomen Iesus effectivè in nobis virtutes illas & gratias producat, quas in nobis natum aptum est producere, non sufficiat, si quis illud sola lingua pronunciet, sed in super in nobis requiratur, ut cor habeamus Divino amore succensum, Divinaque gratia mediante, Spiritus sanctus in anima nostra locum habeat; *Nemo potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu sancto.* Qua in re Apostolo id dicenti indubitata à nobis adhibenda est fides, utpote qui adeo admirabili modo ad propagandam hujus nominis gloriam, illudque populis Regibus, cunctisque aliis annuntiandum à Deo fuit electus: *Vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram gentibus & Regibus.* Unde S. Augustinus: *Nemo enim dicit Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto, sed si dicit factis, non solis verbis; id est, si hujus nominis invocationem operibus Christiano homine dignis, nec non vitæ immaculatæ uniat atque associet.* S. quoque Bernardinus scribit: *Ille nempe dicit Dominus Iesus in Spiritu sancto, qui corde & ore, & opere Dominum Iesum consistit.* Porro in oratione illa quotidiana à Salvatore nostro nobis tradita, in principio septem petitionum, gloriosum ejus nomen sanctificare expressè jubemur: *Sanctificetur nomen tuum.* Certum quidem est, quòd ne minimum quidem sanctitatis gradum huic nomini, quòd fons vivus est omnis veræ sanctitatis, addere valeamus. Quomodo igitur nobis præcipit, ut dicamus: *Sanctificetur nomen tuum?* Audite Chrysologum dicentem: *Perimus*

ut nomen Dei actu nostro sanctificetur in nobis. Moxque modum id faciendi declarans, subiungit: *Nobis enim bene agentibus benedicatur nomen Dei, nobis male agentibus blasphematur; adeoque tunc verè cum fructu nostro, & debita cum reverentia, nomen Jesu invocabimus, si vitam quandam, per legem Dei & virtuosà opera opumè regulatam duxerimus.* Unde Guericus Abbas scribit: *Plus est Jesum corde concipere, quàm oculis videre, & auribus de ipso audire.* Virtus etenim & efficaciam hujus nominis, non in hisce sensibus externis consistit, sed in corde mundo, immaculato, amore Dei succenso, quod nulla sit peccati labe conspurcatum. *Beatus vir, cuius est nomen Domini spes ejus.* Beatus dicitur ille, qui omnem suam fiduciam in Salvatore reponit, ne autem hæc fiducia in hoc sanctum nomen frustra defigatur, audite quidnam ulterius requiratur: *Et non respexit in vanitates & insanas falsas.* In tantum igitur ab hoc nomine, gratias & auxilia nos recepturos esse sperare possumus, in quantum oculos nostros ab hujusmodi vanitatibus conspiciendis subtraxerimus. Audite obsecro quid nobis Christus in ordine ad obrinendam supplicationum nostrarum expeditionem sanctæ promiserit: *Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Et tamen quotidiana nos experientia docet, multos ex iis, qui memorialia sua Divinæ Majestati præsentant, turpiter repudiari, licet illa hoc sancto nomine obsignaverint, dicendo: *Per Dominum nostrum JESUM.* Sic enim quas præsentant orationes concludere solent. Et tamen promissio hæc ex altera parte est veritatis æternæ, siquidem eadem talia verba adjiciuntur, quæ ut ita dicam,

Sera. de resurr. Domini.

Psal. 39. 51.

Ioan. 16. 33.

Ser. 21 ex 4. novis.

Ser. de fide c. 8.

Ser. 71.

dicam, vim juramenti in se continent: Amen
Amen dico vobis. Scitisne quidnam ad hoc sit
 respondendum? Illud nimirum quod S. Bernar-
 dinus hunc scripturæ textum sibi opponen-
 tibus dixisse legitur. Quisquis in virtute no-
 minis Jesu gratiam aliquam obtinere nititur,
 is, ut eidem sanctissimo nomini devotus non
 vero inimicus sit, omnino requiritur; Jesus
 enim idem est, quod Salvator. Quisquis vo-
 luntariè in ira Dei vivere eligit, inimicus est
 propriæ salutis & Salvatorem à se repellit. Un-
 de si illud invocare vis fructuosè, æquum est,
 ut cum ipso prius reconcilietur: Nemo potest
 dicere Dominus Jesus, nisi in Spiritu Sancto.
 Quisnam adeo insolens & temerarius erit, ut
 à Principe quem mortaliter offendit, & quem
 sibi iratum esse novit, gratias aut favores ex-
 postulare audeat? maxime si humiliari nolit, sed
 potius eligat in sua contumacia pertinaciter
 persistere? *Discedat ab iniquitate* (est monitum
 S. Pauli) *omnis qui nominat nomen Domini.*
 Ubi ponderandum est verbum illud, *Discedat*,
 id est, non solum adversus Dei offensam odiù
 & abominationem concipiat, verum etiam ab
 omnibus se occasionibus omnibusque pec-
 candi periculis constanter se subducatur.

2. Porro nescio an vos aliquando incesse-
 rit curiositas sciendi, quænam causa sit, quod
 cum nomen Jesu adeo gloriosum sit, tamque
 admirandos in nobis effectus producat, nos
 tamen Christi fideles in nova lege gratiæ à
 Christo denominemur Christiani, & non po-
 tius ab hoc nomine Jesu denominationem ac-
 cipere contendamus. Modernus quidam expo-
 sitor dubium istud attigit, dicitque convenien-
 tius fuisse, ut novæ legis sequaces à Christo
 denominarentur, eo quod hic sub titulo Mes-
 siæ seu Christi promissus, & in lege veteri ex-
 pectatus fuerit. Præterea Nomen *Jesus*, ut A-
 bulentis inquit, est nomen Persona, *Christus*
 nomen dignitatis, quatenus *Messias*. Adhæc Je-
 sus non est nomen Salvandi, sed Salvatoris;
 nomen Christi autem non solum est nomen
 ejus, qui per gratiam unctus est, verum etiam
 ejus, qui per gratiam ungit, atque ideo nomē
 istud omnibus adaptari potest, quia sacra-
 menta recipientes, omnes per gratiam uncti su-
 mus. Verum enim vero ad propositum no-
 strum loquendo, existimarem dici quoque
 posse id singulari quodam divinæ providentiæ
 instinctu fieri, quod non denominemur à Je-

su, ne nomen istud majoris nobis esset dam-
 nationis occasio. Sic quoque ut S. Marcus
 scribit Christus in Nazareth patria sua mira-
 cula patrare non poterat: *Non poterat ibi vir-
 tucem ullam facere, non quidem quasi ibi li-
 mitata fuisset illius omnipotentia; sed quia
 gentis illius ingratitude prævidens, eandem
 hoc peccato ulterius aggravare volebat: Non
 quod ipse infirmus esset, inquit Theophylactus,
 sed quia illi increduli essent; parci igitur eis,
 non faciendo signa, ne signa eis essent ad majorem
 damnationem.* Idem igitur in casu nostro
 præsentem dicere poterimus. Quod si enim nos à
Jesu, quod nomen idē significat, quod *Salva-
 tor*, denominarem, quis non videret infallibi-
 liter futurum esse, quod negligendo salutem
 præteritam, pro qua idem Jesus incarnatus est, ho-
 dieque suum sanguinem suum fundere cepit,
 ut eum in passione sua totaliter effunderet,
 conculcando etiam illud pro nobis exsolutum
 infiniti valoris pretium adeoque animarum no-
 strarum oblitum prostratque immemores negli-
 genter vivendo, tantum magis serventissimorum sup-
 pliciorum rei futuri simus? siquidē ut Chryso-
 stomus scribit: *Nomina quo magis insignia, eo
 magis onerosa sunt.* Quæto quibus insigni-
 tum nomina majores sunt dignitatis tanto ad
 illis correspondendum arctius nos obligant.
 Ideo miles ille ab Alexandro prudenter mo-
 nebatur: *aut muta nomen, aut muta mores.*
 Unde & Salvianus, omnia jam dicta conside-
 rans merito dixit: *Magis per nomen sacratissimum
 reifussum, quia à nomine sacratissimo dis-
 crepamus: magis damnabilis est malitia, quam
 titulus bonitatis accusat: reatus impij est pium
 nomen.* Enim vero in S. Luca legitur, quod dū
 Apostoli à corporibus oblectis in virtute nomi-
 nis Jesu expellerent demonia; & in specie qui-
 dem dum S. Paulus valde insignia operaretur
 miracula, perfidi Christianæ religionis nostræ
 inimici eisdem adhibere exorcismos attentar-
 iunt; sed frustra, imo conatus hic in mag-
 num illorum damnum resularit; siquidem
 ab ipsismet Dæmonibus pessimè tractati fue-
 re, & unum illorum simul omnes ingressi hor-
 ribiliter torserunt. Scire autem circa hoc cu-
 perem, nunquid fuerit idem omnino nomen,
 quod invocantur Apostoli, cum eo quod alii
 male viventes & perditii homines invocabant?
 utique idem utrinque nomen invocatum
 fuit, *Adjuro vos*, dixerunt illi, *per Jesum quem
 Paulus*

Cap. 6. 9.

Hom. 21.
ad pop.Lib. 3. de
provid.Act. Apost.
19. 13.2 Tom. 2.
v. 19.Lud. à
Ponte Ex-
hort. 27.
lib. 1. in
Cant.

Paulus predicat. Quomodo igitur ex unius ejusdemque nominis invocatione sequitur effectus omnino contrarius, adeo ut Dæmones ad aliorum adjurationes longe facti fuerint ferociotes, quam alias fuerant? *Respondens autem spiritus nequam dixit: Iesum novi & Paulum scio. vos autem qui estis?* quasi maligni spiritus dicere voluissent; quod nos Apostolis sanctum hoc nomen invocantibus subjiciamus, eisque obediamus, id facimus quia opera verbis ipsorum pariter conjuncta esse videmus; atque ideo nomen illud invocant dignè, vivunt sanctè, nominique quod invocant, perfectissimè correspondent. *Nominant Iesum Christum in Spiritu Sancto: vos autem qui estis?* quomodo vos qui nominis hujus inimici estis, illud infinitis modis offendere non formidatis, illud ipsum temere invocare non dubitatis? *Infiliiens in eos homo* (inquit S. Lucas actuum Apostolicorum author) *in quo erat Dæmonium pessimum; & dominatus amborum, invaluit contra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent de domo illi.* At vero quid boni ex hujus Dæmonis, nomen Jesu ab hisce Sacrilegis pessimè tractari videntis furore atque ferocia evenit? *Cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesu:* quod idem est cum eo, quod ab initio diximus, id est, quod sanctissimum hoc nomen per vitam quandam innocentem benedicere & glorificare studuerat.

3. Porro iis omnibus, qui diversimode operantur ab eo, quod nominis hujus substantia importat, dici merito potest: *Nomen habes quod vivas, & mortuus es.* Quodsi enim impatiens fueris & ad injurias ac contumelias propter amorem Dei tibi illatas non sis constans & æquanimis, quomodo nomen istud cum fructu invocare valebis? quando Apostolus ad nomen istud per totum mundum deponentandum electus fuit: *vai electiois est mihi, ut portet nomen meum;* mox ibidem subjungitur: *Ego ostendam illi quanta oporteat in nomine meo pati.* De omnibus quoque aliis Apostolis scribitur: *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Hi verè nomen istud dignè invocant. Porro in discursibus antecedentibus congruam quandam adduximus similitudinem desumptam à Fortalicio quodam optimè munito, in quod

nulli, nisi nomen suum ediderit, aditus conceditur. Cælum verè est Fortalicio fortissimum optima custodia & propugnaculis communium, super muros suos Jerusalem constituit custodes, tota die & nocte non tacebunt, atque ideo si illud ingredi volumus, nomen nostrum, seu potius nomen Jesu pro tessera habere & edere debemus, quia *Non est aliud Nomen sub cælo datum, in quo oporteat nos salvos fieri;* quomodo autem nomen istud digne edere aut quomodo pro ingressu in illam Hierosolyman cælestem ideammet invocare poterimus, si Deo inimici, & non à Spiritu Sancto, sed à Dæmone possessi & inhabitati fuerimus; *Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu Sancto.* Multi quidem in ultima mortis hora ad consequendam salutem illud invocant, sed quam pauci in Spiritu Sancto? invocant quidem lingua, corde vero minime vel saltem cum corde impuro & immundo. *Dederunt Filii Israel possessionem Iosue.* Interlinearis legit: *Mundi cordis habitationem Iesu Christo.* Hic etenim Jesus, ut Salvator noster esse queat, cor exigit totaliter mundum & purum.

4. Alia insuper circa hoc nomen superest observatio. Non obstante enim, quod nomen istud Jesus dudum ante hunc diem ab Angelo revelatum fuerit Iosepho, & ante hunc in Annuntiatione Virgini Matri, attamen hoc illum titulo, in toto illo octo dierum spatio, non denominarunt, nec ulla ejus facta est mentio nisi hodie dum circumcisus fuit. Scitisne causam? hanc ego vobis edisseram, si tamen prius id quod Plinius in Pænegyrico Trajani scripsit recensuero: *Nomen illius inquit Plinius, quod alii primo statim principatus dei Imperatoris & Cesaris receperunt: tu usque eo distulisti, donec tu quoque beneficiorum tuorum parcissimus estimator jante mereri fatereris.* Ita quoque de Jesu nostro dicere possumus, eousque, donec caro ejus mutilaretur ad dandum nobis suum sanguinem, hujus nominis honore gaudere noluit, prius etenim efficere voluit, quod jure nomen istud meritus esset, quodque eidem operibus suis aptissimè responderet, dum sanguinem suum pro nostra salute actualiter effudit. Id quod nos magis magisque condénat, qui Christiani hominis nomen habentes, vi-

AA. Apost
5.41.

Isa. 62. 6.

Io/39. 502

Tract. 5. in
epist. ad
Ioan.

tam ducimus pagano simillimam. Quid pro
dest nomen (inquit S. Augustinus) ubi res non
invenitur? vocabitur illi nomen novum (ita
vaticinatus est Isaias) quod os Domini n. n. n. n. n.
bit. Porro juxta Hebraez linguæ proprietatem
loco hujus verbi nominabitur legitur perforando
aut sculpendo incidit, nomen iesu vocatum ac
perforatum est Christo per vulnera carni in-
flida Idemque in Crucis vertice ad tantam
gloriam exaltatum fuit: semperigitur per vul-
nera & sanguinem pro salute nostra effusum
exaltatum fuisse noscitur: Et nos virtute illius
gaudere, ejusque invocationis effectus partici-

Lud. à
Ponze.

pare prætendimus nostris vacando delitiis, &
voluptates condescendo, nostræque salutis ini-
micos nec non Divinæ legi obstreperos & re-
belles nos exhibendo? Absit; quinimo hoc
nomen novum à nobis in hoc novo anno no-
vam vitam novosque mores exposcit: Ergo &
nos in novitate vita ambulemus; omne quod-
cunque facitis, in verbo aut in opere, omnia
in nomine Domini Iesu Christi facite. Et S.
Thomas bene monet: dum ait: In isto nomine
est ambulandum, est spatium, est & operan-
dum, est loquendum.

Coloss. 3.

Quod sanctissimum Iesu nomen efficax sit miraculorum pa-
trandorum Instrumentum.

DISCURSUS DECIMVS

Quam admirabile est nomen tuum in uni-versa terra!

Psal. 8. v. 2.

Hebraeorum legislator fa-
cundiam & eloquentiam
quandam, superhumanam
sibi exoptans, ad se auscul-
tandum cælos oliu irrita-
vit pariter & terram,
dum ait: Audite cæli qua
loquor, audiat terra verba oris mei; concreseat
ut pluvia Doctrina mea: sicut ut ros eloqui-
um meum, quasi imber super herbam & quasi
stilla super gramina. Quoniam autem hæc spe-
ctat, quam ab universo Moyses exposcit atten-
tio, illaque adeo transcendens, quam à Deo
implorat eloquentia? Ecce tibi mysterium:
Quia nomen Domini invocabo. Unde subjun-
git: Date magnificentiam Deo nostro. Hujus
sancti nominis sublimem prævidebat gloriam
sentiebatque quod illam explicandam nec lin-
guæ humanæ sufficerent, nec Angelicæ. Quid
igitur mirum, si David quoque in Oraculis suis
Propheticis prædixerit: Domine Dominus no-
ster quam admirabile est nomen tuum in uni-
versa terra. Hoc etenim Iesu nomen omnia
nobis mirabilia in memoriam revocat, quæ o-

Deut. 32. 1

peratus est Deus tanquam Salvator & Redem-
ptor, Porro Dei nomen nos memores esse facit
creationis mundi, creaturarum conservationis,
gloriæ cælestis, Majestatis suæ infinite, Æter-
nitatis, omnipotentia, aliorumque attributo-
rum suorum similitum: at vero nomen Iesu ad-
miranda incarnationis & redemptionis opera
ob oculos nobis ponit. Et ideo vere admirabile;
mirum etenim est, quod in una sola persona
unita sit natura humana pariter & Divina;
quod virgo conceperit de Spiritu Sancto;
quod eadem salva claustrum virginis integri-
tate partum suum enixa fuerit; quod pater
ille in præsepio inter duo animalia fuerit recli-
natus, & pariter in Emphyreo adoratus fuerit
ab Angelis, Admirabile, quia ab infanti Con-
ceptionis, usque ad ascensionem suam in cæ-
lum vita ejus continuum quoddam & nun-
quam interruptum fuit miraculum; prout
idipsum prolixius deduci posset, veram reli-
ctus illis omnibus, nunc miracula pondere-
mus hujus nominis virtute patrata. Decreve-
rat olim Deus populum suum de Ægyptiaca
servitute, & tyrannide Pharaonis liberatum

in promissionis terram educere; quod ut feliciter assequeretur, quid fecit? Pauperculum Patriam in Madian commemorantem, suumque gregem pascentem elegit. eique ut in Ægyptum se recipiens, è duræ servitutis vinculis atque compeditibus Israellem eriperet, serio mandavit.

2. Verum quibus existimatis armis Deus illum, pro tam ardui operis executione faciendi instruxit? quosnam illi consignavit exercitus? aliis illum armis non instruxit, quam virga quadam, quam ad custodiendum & coercendum gregem suum manu tenebat; hanc enim sceptrum imperii sui esse volebat, quo fastum reprimeret Pharaonis, maria divideret, flagellaret Ægyptium Regnum, populoque Dei electo viam ad promissionis terram complanaret. Per virgam autem istam miracula præsignabantur & prodigia, quæ in nova lege gratiæ in Ægypto & deserto hujus mundi patranda erant sanctissimi nominis Jesu virtute. Hoc enim vero erat virga illa, de qua quondam Isaias Prophetæ prædixerat: *Egredietur virga de radice Jesse.* Genus humanum Pharaonis infernalis miserum erat mancipium, quando omnes terræ nationes sub falsis idolorum simulachris servire & obedire debebant. Cum vero Deus idem ab hoc iugo liberare decrevisset; Nunc princeps mundi hujus ejiceretur foras, quoniam usus est medio? in conspectu omnium populorum, eo tempore, quo innumeri homines Hierosolymam concurrebant, in summitate patibuli, in Monte Calvario erecti inscriptionem nominis Jesu, in tribus illis linguis Hebraica, Latina & Græca expressam exaltari fecit, & mox prodigia prodigiis cumulata fuerunt. Tunc enim Centurio confessus est dicens: *vere filius Dei erat iste*: latro hisce verbis supplicavit: *Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum*: Multi in luper alii revertebantur percutientes pectora sua. Sol nigro se paludamento velut sacco cilicino contexit, terra à fundamentis commota & concussa fuit, concissum est velum templi, adeo ut Dionysius Areopagita etiamnum gentilis exclamarit dicens: *Aut Deus natura patitur, aut tota mundi machina dissolvitur.* Tuncque vere adimpletum fuit, quod Christus ante prædixerat: *si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum*: quia sanctissimum hoc Jesu nomen super omnia fuit exaltatum: Do-

navit illi, &c. ut in nomine Jesu omnia genua flectantur &c. Nunquid aliquando Apostolo considerastis, quando in die Penthecostes Cenaculum Syonis egressi, cunctis populis bellum indicere debebant, ut eisdem novæ legi Evangelicæ subicerent? Id quod non solum per verbi prædicationem, sed etiam per miracula executuri erant; atque ideo eisdem prodigiosa hujus sanctissimi nominis Virga obarmavit, ut per illam prostrigere Idololatriam, cordiumque obstinatorum duritiam conterere possent: *Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Syon, prædixerat David, Dominare in medio inimicorum tuorum.* Postquam autem nomen istud toti mundo celebre factum fuit, omnes inimici Dei, cunctique gentiles colla sua sub Ecclesiæ & fidei jugum, & sanctissimi hujus nominis obedientiam & reverentiam lubentes submitserunt, Unde S. Petrus hoc nomen Jesu acclamando, os suum vix aperuerat: *Jesum Nazarenum*, hoc nomen, prout ex prædicationis decursu longius videri potest, frequenter nominando, & reperendo cum ecce tria millia eorundem hominum, qui paulo ante clamaverant, *Crucifige, Crucifige* efficaciter convenit. Similiter quando Christus ante suam in cælos ascensionem ad prædicandum ubique Evangelium Apostolos, per totam terrarum urbem dispersit, tunc, uti alibi diximus, simul illis auctoritatem & donum elargitus est in virtute nominis sui faciendi miracula: *In nomine meo Dæmonia ejicient.* Et S. Petrus, dum miracula patrare cepisset, ad portam speciosam templi, claudendo illi occurrens, eundem erexit, & in virtute nomine Jesu, in conspectu totius populi sanavit: *In nomine Jesu Christi Nazareni surge & ambula.* Unde S. Petrus Damianus, vel quisquis sermonis illius author est, dicit: *In nomine Jesu Christi surge & ambula, dicit claudo Princeps Apostolorum; nonne quasi fulgur exivit ab ore Petri, cum nominatum est nomen, quod os Domini nuntiavit, & statim, inquit, consolidata sunt bases ejus & planta*: Id ipsum quoque S. Petrus in Capite sequenti contestatus est coram Principibus synagogæ & senioribus populi, quando illum interrogarunt, in cuius virtute illud patrasset miraculum: *Notum sit omnibus vobis, ait, & omni plebi Israel, quod in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni iste adstat coram vobis sanus,*

Ad Apost.

2. 22.

Serm. de Nat.

Ad Apost.

4. 10.

3. Verum advertendum est, quod sanctissimum hoc nomen diu ante patrarit miracula; id quod Paralyticus ille optime cognovit, quando dixit: *Iesus, qui me sanum fecit*, ubi S. Gaudentius ait: *Sciobat utpote Hebraeus, nomen Iesus ex virtute descendere sanitatis: ille ergo inquit, fecit me sanum, cuius est nomen salus est*. Etenim omnia miracula super virtute hujus sanctissimi nominis fundantur. Semper Iesus nominatur (ait Chrysostomus) quando a sanctis viris miracula fiunt. Unde & sanctissima Virgo, mira prodigia per divinam omnipotentiam in se adimpleta agnoscens, illa omnia ab hujus nominis sanctitate originem suam trahere confitetur; postquam enim dixissent: *Fecit mihi magna qui potens est*, immediate subjungit: *Et sanctum nomen eius*. Unum ex stupendioribus prodigiis, quae ante Incarnationem praeterita viderunt saecula, fuit, quod Deus voci hominis obedierit, velocissimam solis rotam per integram diei spatium firmiter sistendo: *Sol contra Gaboon ne movearis*, inquit magnus ille Israelitici exercitus Imperator, ne victoriam, quam adversus inimicos suos in manu habebat, perdere cogeretur: *Et ecce subito stetit sol in medio Coeli, & non festinavit occumbere spatio unius diei*. Additque mox sacer textus Deum paruisse voci hominis praecipientis: *Obediente Deo voci hominis*. Quale vel quodnam Dux ille Israeliticus praeter ceteris omnibus ad id obtinendum meritum habebat; num forte praecellebat Abrahamum, Jacobum, Moysen, Davidem, qui ad miracula adeo insolita patranda nunquam valuerunt pertinere? S. Basilius optime considerat, Duce hunc Josue nomine fuisse insignitum, quod nomen sanctimonio Jesu Christi veri Salvatoris mundi typus quidam erat: *Constitit sol, aliquando victoriam Hebraeorum spectans, reveritus esset vnum ducem, qui imperaverat, in conspectu honorans Domini appellationem, quod d. voluit Deus ut Josue hoc operaretur miraculum, ut in hoc nomine suum honoraret filium, qui admirabile Jesu nomine portaturus erat*. Quia igitur (ait insuper Chrysostomus) *typus erat Iesu illud nomen, idcirco igitur hoc factum est, etiam propter ipsum vocabulum reverita est creatura*. S. etiam Bernardinus existimat, quod ex virtute sanctissimi nominis Jesu acciderit conversio S. Dionysii Areopagita, Licet enim incredulus hic Dionysius

Apostolum Areopagi praedicantem, cum singulari semper gustu audierit, attamen per viam miraculorum potissimum conversus fuit, cum enim infirmum quendam gravi morbo laborantem, coram Dionysio adduxisset, iussissetque, ut is huic infirmo in nomine Jesu praeciperet, ut sanus a lecto se reciperet, accidit, ut Dionysio id faciente, infirmus confectum sanatus surrexerit, eoque miraculo viso ipse conversus fuerit; unde magnam deinceps huic nomini devotionem & reverentiam semper exhibuit, de eodem adeo sublimiter in libro suo de Divinis nominibus scribendo De Constantino Imperatore similiter narratur, quod postquam sanctam Christianae fidei religionem amplexatus fuisset, suumque diadema vicarii Christi pedibus substravisset, seque relicta Pontifici Roma recepisset Bizantium, obvios habuerit nonnullos Philosophos, graviter adversus eum lamentantes, quod Diis suis, quos sui in Imperio antecessores, torque alii praetitorum saeculorum Reges venerati fuerant, relictae atque contemptis, hominibus eidam crucifixo patriae cultum exhiberet. Et ut ipsum saltem fidem amplexatum, Diisque suis injurium fuisse aperte convincerent, facultatem sibi dari postularunt, ut cum Alexandro Bizantino Episcopo, viro quidem sanctissimo, modica tamen literata praedito disputationem publicam ordiri possent. Constantinus autem licet modicam illis fidem adhiberet, in propositam tamen ab iisdem disputationem libenter consensit. Episcopus igitur omni sua fiducia in Deum collocata, ut Imperatoris placito satisfaceret, pugna se accinxit. Cumque dies disputationi determinatus illuxisset, Episcopus ab adversariis ut unum suorum, quocum congraderetur eligerent, expetiit, ac proinde audentiorum doctoremque inter omnes huic operi destinavit, quem sanctus, initium disputationi daturus, hisce verbis est aggressus: *In nomine Iesu praecipio tibi, ne loquaris*; ad quae verba idololatram mutus & clinguis evasit. Nunquid virtutem hujus sanctissimi nominis plus per miraculum istud, operatam fuisse videtis, quam si Episcopo huic vel Demosthenis eloquentiam vel scientiam Pauli consulisset? Potro Moyses expeditè loqui non poterat, & ideo dixit olim: *Tardioris & impeditioris sum lingua, non sum eloquans, nescio loqui*, tamen ob

Hom. 5. in
Matth.

Jos. 10.

Serm. de
Transfig.

Hom. 23.
ad Hebr

Flo. ex-
empl.

Exod. 4.

prodigiosam virgam qua stupenda patrabat miracula, magnam Pharaoni formidinem incussit. Oculos quoque vestros in seriam Apostolorum considerationem deflectite, hi enim pauperes idiotæ & viles abjectique piscatores erant, & tanta tamen fuisse virtutis, ut Monarchias maxime formidabiles temere fecerint, convicerint Philosophos, totum denique mundum ad veram Christi fidem converterint, sed cujus obsecro virtute prodigia hæc operati fuisse? *virgam virtutis sua emittet Dominus ex Sion, ut supra diximus, id est, omnipotentiam hujus sanctissimi nominis.*

4. Verum inquit convenientius videri, si Filius Dei hic in terris sublime aliquod & gloriosum nomen sibi vendicasset, scilicet Deus exercituum omnipotens nomen ejus Rex gloria, aut aliud simile, curigitur speris hæc nominibus Jesus nominari voluit? scitisne causam? virgâ Moysis tanto erat admirabilior, quia arundo erat, aut quia baculus pastoralis ligneus erat, & tamen licet instrumentum esset adeo infirmum, totius Regni Ægyptiorum potentiam mirè prævaluit. Ita quoque hoc est maximum tanti nominis prodigium, quod videlicet ejus virtute stupenda fiant miracula, & ad perfectionem reducantur opera gloriosissima, quæ unquam sub sole visa fuerunt: qualia sunt conversio mundi, Idolorum destructio, totiusque Regni Apostolici stabilimen-

tum. Et quidem hæc hujus nominis gloria tanto major est, quod cum esset humile; *Dis-cite à me quia humilis sum; humiliavit semetipsum, ad ejus tamen solam prolationem muti videantur loqui, claudi ambulare, moribundi sanentur, cæci videant, mortui resuscitentur, imo tanta huic nomini gloria accessit, quod ut scribit Angelicus: istud debeant inferi formidare, terrestres adorare, & celestes laudare: inferi debent formidare, quia in eo sunt ex-spoliati; terrestres adorare, quia in eo sunt re-dempti; celestes laudare, quia in eo sunt re-staurati* Didacus Stella insuper considerat, quod Salvator noster hodierna die non appellatur ab Evangelista titulo Messia, vel Regis, sed vocetur puer: *Puer: Ecce ejus humilitatem, sed ejus mox quoque vide exaltationem & prodigia: sub nomine pueri recondita est celsitudo & magnitudo unigeniti Filii Dei; o parvum nomen & vile, quantum in te continet majestatem!* Mox vero graviter invehitur in illos, qui superbos & speciosos amant & ambiunt titulos: *Hoc utile nomen nimis superbiam & arrogantiam mundi deprimit & confundit: verum ut scias Dominum humiles extollere, pueri huic humili imposuit nomen Dei, ante quod omne genu flectitur caelestium, terrestrium, & infernorum; Ideo sequitur in contextu: & vocatum est nomen ejus Iesus.*

Serm. de
Circ.

In Luc. 2.

De mysteriis, ob quæ anni nostri araneorum telæ assimilantur.

DISCURSUS VNDECIMVS

Anni nostri sicut aranea meditantur.

Psal. 89. v. 10.

1. **O**portunum profectò & salutare est monitum illud, quod per os Davidis caeleste nobis proponit oraculum, estque huic dici quam maximè adaptatum, in quo novi anni fit exordium, fiuntque plurima de eo bene & utiliter transgendo consilia: Attendite igitur, ait Psalmista, attendete, annos nostros haud aliter æstimandos esse, quam tenuissimam quandam araneorum telam O quam felix erit hujus novi bene devivendi augurium,

si hujus telæ mysteria menti nostræ firmiter impellerimus.

2. Porto Hugo Cardinalis varias ad utilitatem nostram hujus telæ nobis subministrat expositiones. Prima est: de Aranea legitur, quod *faciat telam subtilem & inusitalem*: sic quoque vita nostra propriè est tela quædam subtilissima: siquidem ab unica respiratione & habitu nostro dependet. Quando supremus ille artifex, cui quilibet nostrum dicere potest: *Manus tua Domine fecerunt me & plasmaserunt me totum in circuitu, ad fingendum cor-* Psal. 118. 73.
pus nostrum manum suam applicuit, illudque anima:

animare vellet, quonam modo ille vitam indidit per aspirationem vel flatum quendam: *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vite & factus est homo in animam viventem.* Ut exinde intelligeremus, super quonam vita nostra fundetur, nimirum tot machinæ, tot consilia & conatus, qui in humano capite agitantur, super unica fundantur respiratione, super unico oris flatu. Quamprimum homo cessat respirare, cessat quoque vivere, & in cinerem redigitur, omnesque dies, menses, & anni vitæ suæ deficiunt: *Aufferes spiritum eorum & deficiet, & in pulverem suum revertentur.*

3. De hac tela quoque dicitur quod sit inutilis: *subtilem & inutilem.* Inutile quoque est homini, imo damnum ei adfert infinitum, quod triginta, quadraginta, vel sexaginta annis vivat si omnes hosce annos male impendat, & longe infelicis id ei cedit, si illos in offensa Dei traducat. Quonam sine tela ab aranea textitur? ad quandam muscarum prædam instituendam. Hæc est plurimorum hominum cæcitas, quod se fatigent & eviscerent, non ob aliud, quam ut muscas, id est, nihilum quoddam sibi acquirant; omnia etenim quæ mundus hic possidet, bonis comparata æternis, nil aliud quam nihilum quoddam sunt, *Nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.* Quonam putas sine Deo nobis vitam hanc præsentem, hoc tempus decem, quindecim, & viginti annorum concessit? nimirum ut de re maximi momenti valdeque ardua negotiemur, qualis est vitæ beatæ cōsecutio. Quod si annos hosce in confectandis honoribus, delitiis, voluptatibus, divitiis consumamus, nihil aliud quam muscas captamus. Si thesauros accumulaverimus, in fine vitæ nostræ, quando tela hæc deponenda erit, invenies corpus tuum lacero cuidam linteo involutum, deportari ad sepulchrum. Honores finiuntur in tumulto, omnes magni fastus vel in campanarum fonitu, vel facularum fumo evanescent. Hi, qui in hac vita contumaciter peccant, ut dicitur in libro Sapientiæ, sero nimis fatebuntur: *Lesati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulavimus vias difficiles; viam autem Domini ignoravimus. Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis? transferunt omnia illa tanquam umbra. Sed ecce tibi aliam hujus telæ proprietatem.*

Ecce tela cito rumpitur Subtilitas major dari nequit, quam sit illa, quæ in hisce filis repe-

ritur; atque cum initium ejus adeo sit tenue, facile quoque rumpitur, & perditur. Ipsa nos docet experientia, quod illi qui scopis domos evertunt, unica scopa telam illam facillimo negotio tollant, & rumpant, licet animalculum illud eam fabricando sese evisceraverit, multumque in ea temporis insumperit. Ehem quot sunt, qui postquam per multos labores & cruciatu innumerabiles, multas sibi accumulaverunt divitias, vel per multos in servitute aut laborioso studio consumptos annos hæc vel illam affectu sunt dignitatem, jamque in hac conditione positi longam quandam suaverique vitam feliciter ducere statuerunt, & ecce per unicum casum finistrum, per unicam calumniam vel persecutionem omnis consiliorum suorum machina subito destruitur, vel etiam superveniens quædam febris maligna, aut alia calamitas improvisa, eo tempore, quo se prospere victuros arbitrabantur, vitam illis abruptit! *cum adhuc ordiret succidit me,* scribitur apud Isaiam. *Ejus tela cito abrumpitur.* Exemplum in terminis evidens in divite illo Evangelico conspicitur. Hic etenim copiosam valde messem collegerat, adeo ut quonam illam collocaret, ignoraret, siquidē granaria ejus capacia factis non erant. Unde destructis horreis antiquis, alia ampliora fabricare decreverat, jamque optimè contentus intra semetipsum dicebat: *Animam eam habes multa bona reposita in annos plurimos; requiesce, comede & epulare,* cum ecce confestim vocem quandam audit dicentem sibi: *Hæc nocte repetens à te animam tuam, & que parasti, cuius erunt? quot sunt qui multis sæculis se victuros esse credunt, & vesperi cum hisce cogitationibus imaginationi impressis ad lectum se recipiunt, cū tamen eademmet nocte à quodam cathatro suffocativo correpti, in alteram vitam commigrant? quot sunt qui anno præterito, annum hunc novum se supervicturos esse arbitrabantur, & tamen dum vel minimè timebant, repentinus quidam gladii ictus, vel gravis lapsus, aut febris maligna omnes eorum vitæ longioris cogitationes abruptit.*

5. Sicut aranea. Hæc enim ut idem Cardinalis Hugo dicit *se eviscerat*, propter ordendam telam evisceratur & consumitur. Ita quoque nobis accidit, qui dum appetitibus nostris indulgemus lenim & paulatim consumimur. Unde S. Ambrosius ait: *unusquisque se eviscerat luxuriosus, holluo internecat.*

E 2

Etenim

Psal. 72. 6.

Sap. 5. 7.

I. 38. 13.

Luc. 12. 17.

Epist. 42. ad Sabin.

1. Cor. 15. 50. Etenim æternæ veritatis propositio est, quod *stimulus mortis peccatum est.* Eodemque tempore, quo peccatum admittimus morti quoque additum concedimus, non solum sempiternæ, sed & temporalem mortem frequenter acceleramus, quia *impit manibus & pedibus accersierunt illam;* id est per inordinatam vitam & dissolutiones acciverunt sibi mortem.

Sap. 1. 16. Enim vero ex alio quoque capite dici potest, quod quanto magis anni hominis accrescunt, tanto magis ad instar araneæ consumatur & evisceretur, quia vita semper magis magisque deficit & ad mortem properat. Imo vita in substantia sua nihil est aliud, quam mors quædam continua. Unde Apostolus dicebat: *Quotidie morior.* Valde considerabilia sunt illa

1. Cor. 15. 1. Epist. 24. Senecæ verba, hoc præsertim primo totius anni die: *Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vite;* & tunc quoque cum *crasimus tunc vita decreset, hunc quem agimus dem cum morte dividimus.* S. Jacobus optimè stultitiam eorum reprehendit, qui super vitæ suæ annos haud secus disponunt, quam si hæc ab eorum dependeret beneplacito: *Qua est vita vestra? vapor est ad modicum parens.* Paulo ante dixerat: *Ecce nunc, qui dicitis hodie aut crastinè ibimus in illam civitatem.* Et facimus *vis quidem annem, & mercabimur & lucrum faciemus; aut ignoratis, quid erit in crastino.* Etenim hæc à vapore deducta similitudo valde mysteris turget, est enim vapor terrestris quædam exhalatio, quæ quanto sublimius ascendit, tanto subilior evadit, deficit, & evanescit. Ita quoque vitæ nostræ annis evenit, quanta enim illa magis progreditur, tanto magis deficit, & fini suo propinquior evadit. Unde S. Augustinus: *Quanto magis crescit tanto magis decreset, quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit.*

Iac. 4. 13. **Cap. 3. Solil.** **Pineda in cap. 27. Ios. 12. 8.** **6** Sicut aranea meditantur. Multa laborat (inquit Hugo Cardinalis) & cito dissipatur opus suum. Scribit quidam author araneas ingenti cum artificio telas suas fabricare; circumferentiam enim dividunt in spatia æqualia, per quatuor fila in quatuor partibus, per modum crucis deducta, quarum singula postea in gyrum per viginti alia fila subdividunt, ita tamen ut singula iterum ex omni parte æqualiter nectant adeo ut veluti rotundum quoddam rete texant, quod dum absolutum est, octoginta in se cellulas cum totidem

nodis connexas in se continet. In hisce autem loculis sive cellulis quarum ut plurimum octoginta numerantur, anni vitæ nostræ subintelliguntur. Unde postquam David dixisset: *Anni nostri sicut aranea meditantur, immediate subjungit: Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni; si autem in potentatibus octoginta anni, & amplius eorum labor & dolor! Multum laborat. Quot cheu sudores, quot labores & difficultates in misera hac vita patimur? Quid est diu vivere (inquit S. Augustinus) nisi diu torqueri? anas ergo istam vitam, non tantum laboras? quod si igitur hunc annum adhuc supervivere desideras, id ipsum in substantia verè nihil est aliud, quam quod tuas protelare, longiusque extendere æumnas appetas. Unde Seneca pulcherrimè adverte, neminem nostrum ultro citroque in hunc certaminis campum militandi causa, vel in hanc lacrymarum vallem ad plorandum potius quam ad vincendum ingressurum fuisse, si ei ante tot æumnæ, tot adversitates, infirmitates, tot Deum offendendi pericula, alique, quibus quotidie involvitur, sinistra fortunæ casus ei manifestè ob oculos positi & explicati fuissent: potius quilibet nostrum sibi uterum matris suæ prælegisset in tumulum, quam quod inde prodire desiderasset in lucem. Ideoque singularis quidam naturæ dolus esse videtur, quod vita primordialiter detur hominibus, omni profus discursu, aut rationis usu destitutus. Nemo vitam acciperet, si daretur scientibus, stratagemata natura est dare rationis expertibus. Et tamen quot sunt qui hujus miserimæ & laboriosissimæ vitæ compedes, vincula, catenas, & carcerem vehementissimè amant, & in delictis habent? quot sunt, qui non hunc duntaxat annum, sed viginti, triginta, vel quinquaginta insuper annos, tum ob congruam & solidam corporis complexionem, tum ob eas, quibus in hac vita fruuntur, delicias & commoditates supervivere exoptant: enim vero nequaquam intelligunt, quod anni nostri sicut aranea meditantur; multum laborat, & cito dissipatur opus suum. Etenim si vel unicum hujus telæ filum rumpatur, tota machina pariter destruitur; cum enim sive ob complexionis bonitatem & invictum corporis robur, sive ob progenitorum vestrorum optimam sanguinis indolem, decrepitos prosperosque senectutis annos attingere*

Serm. 17.
de verb.
Domini.

deberetis, idque vobis ab Astrologis certo quodam sic augurio prognosticatum; attamen si forte vel unicus hujus tele nexus aut cellula dissolvatur, id est, si vel unicus infelix & improvisus ictus, aut mors violenta accidat, confestim triginta aut quadraginta anni, quos vos affecturos esse persuadebatis, pariter evanescent. *Senibus est in januis* (inquit Guericus Abbas de morte *juvencibus est in insidiis.*

Serm. 3. de
Adv.

Eccl. 7. 60

7. *Sicut aranea meditabuntur. Rupta non vesni potest dicitur de hac tela; sic post mortem non possunt facere poenitentiam. Dies mei* (inquit Job) *velocius transierunt, quam à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe.* Donec quidem praesens vita durat, tempus est mereandi gloriam pro vita futura, agendique pro peccatis nostris poenitentiam, ac proinde permagni nostra interesset, si hujus durationis certam possemus durationis quantitatem ediscere, sed hoc nimis incertum est, nec de hoc assecurare nos possumus, nisi id nobis Deus ipse revelet. Veruntamen quid si ego dicerem vobis, quod Evangelium heri mane ultimo nimirum totius anni die lectum, expressè nobis acriterque, quando vita nostra finienda sit, re-

velet, magna utique vos cura exoneratem. dicit igitur Evangelium istud: *Estote parati* sed in qua aetate? num fortè in adolescentia, juventute, aut virilitate? Nihil hac de re certi enuntiat. Quandoque ultima haec hora nobis superveniet? *Qua hora non putatis filius hominis venire.* Unde quanto ultimum hunc diem magis à nobis remotum esse imaginabimur, quanto plus de longa vita nobis abblandiemur, tanto illam nobis proximius imminere non dicit in futuro tempore *eritis*, sed in tempore praesenti: *Estote parati.* Jam jam tempus est accumulandi nobis merita pro vita futura; in hoc instanti, in hoc mense, in hoc die, in hac hora, in hoc momento: *Ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutis.* Tamen si enim de facto ingressi simus anni hujus exordium, multi tamen ex nobis ejusdem finem minime assequuntur. Dolor quem tunc de non facta à nobis poenitentia perferentemur, sine fructu erit. *Ibi erit fletus*, non tamen ad defendendam culpam, sed ad majus tormentum & poenam non peractae poenitentiae, cum ad id tempus sufficiens haberemus.

Luc. 12. 40

1 Cor. 6. 20

- I. Residuum vitae nostrae tempus fructuosum à nobis collocandum esse.
- II. Nequaquam differendam esse poenitentiam.
- III. Multae quoque quoad hoc fallaciae & fraudes deteguntur & explicantur.

DISCURSUS DVODECIMVS.

Benedices corona anni benignitatis tuae. Psalm. 64. v. 12.

1. **C**um hodierna die appreciationes felicium auspicio- rum noviter exordientis anni, quaquaaversum per omnia platearum compita resonent, utilissimam praesentis discursus materiam futuram esse existimo, si in eo quam miserè ii, qui omnem spem suam in volubilitate anno- rum futurorum collocatam habent, decipian-

tur, ostendero. Quia enim diu se victuros esse existimant, ideo de die in diem suam procrastinant & differunt poenitentiam, *Benedices corona anni*, inquit Psalmista. Per hanc coronam Lyranus, universum totius anni gyrum sive circulum intelligit, ac proinde dicit tunc nos habituros esse annum caelestibus benedictionibus refertum, si illum virtuosè & in bonis operibus transigamus. Ut autem intentum istud assequamur, operæ pretium erit, ut frequentes

E 3

con-

considerationes instituat. Primum etenim attendere nos reflectere debemus ad finem, ob quem Deus nos in hanc presentem vitam exposuit, & propter quem nos in eadem viginti, triginta, & quinquaginta annorum spatio conservat. Num forte id eo duntaxat sine fecit, ut ambientem nos hunc aërem respiremus? vel ut certam hanc incolamus? aut agros illius excolamus? vel denique ut omnibus hisce creatis bonis potiamur? Nequaquam, inquit Augustinus: *Creasti nos Domine ad te; hoc est: Deus nos eo potissimum sine in hanc presentem vitam exposuit, ut per omnem aeternitatem in gloria & beatitudine caelesti Deo perfruamur.* Ob hunc tam altum & nobilem finem esse istud nobis contulit. Similiter quia, ut inquit Apostolus, *non coronabitur, nisi qui legitime certaverit,* ideo Deus nos in hanc vitam, velut quandam ineundi certaminis arenam repoluit: *Militia est vita hominis super terram,* ut adversus inordinatos appetitus nostros, aliosque mundi & inferni hostes, dimicando, eosque divina gratia mediante superando, nos praeparemus, ut tandem gloriae diademate coronati mereamur.

2. Tim. 2. 5.

Gal. 6. 10.

Ser. 1. de nat. Christi.

Lib. 2. nat. quaest. c. 32.

Dum tempus habemus inquit S. Paulus, *operemur bonum;* ut proinde manifestum sit, in quem finem vitae nostrae tempus collocare debeamus; atque ideo S. Anselmus à S. Bonaventura, in quodam sermone suo relatus, salubriter nos monet, dicens: *Exigitur à te usque ad ultimum oculi omne tempus vivendi tibi impensum qualiter fuerit expensum.* Cum igitur nunc liquidè satis appareat annos & tempus vitae nostrae à Deo nobis indultum esse, ut in eo Christianè operemur, & mereamur futuræ vitæ gloriam, manifestum est, quòd ii, qui ad hoc omnibus viribus nituntur, ut suis vacare delitiis, adaugere divitias, honores, aliaque bona transitoria possint, à sine, ob quem à Divina bonitate fuere conditi, turpiter aberrant, & semetipsos graviter decipiunt. Quot audimus quotidie de annis suis haud secus disponere, ac si bonum vel praedium aliquod esset ipsorum arbitrio & potestati plenè subjectum? quos S. Bernardus deridet: *Quasi verò tempora & momenta Praeter in tua, & non magis in sua posuerit potestate.* Seneca pulchrum quoddam morale dogma hac de re scripsit, quòd scilicet ii, qui hac praesenti vita longius se potituros esse confidunt, tandem praecunctis aliis se à tempore delusos esse comperient: *Fluit tempus, & avidissimos sui deserit,* Sapiens ille & sanctus Epi-

scopus Herbiopolensis persapè, id est omni die & quovis momento hanc sibi in memoriam revocabat sententiam: *Ad est um aternitatis sibi.* Maximum profectò bene aestimandi & impendendi temporis motivum est, quòd nihil sit æquè certum, quàm quòd nec mensem, nec septimanam, nec diem, nec horam, nec momentum vitae nostrae in nostra habeamus potestate. Optimè proinde valdeque opportunè hic mihi notissima illa incidit S. Gregorii sententia dicitur: *Si sciret quisq; de praesenti saeculo, quo tempore exiret, aliud rebus voluptatibus, atq; aliis peccantibus aptari potuisset, sed qui poenitentiam veniam spondit, diem crastinum non promittit.* Peculiaris valdeque noxius astuti serpentis dolus est, quo nunquam nobis ad poenitentiam agenda defuturum tempus persuadet. Sicque efficit, ut eandem de anno in annum procrastinando differamus. Quot sunt, qui anno praeterito vitam suam mutare, malos suos emendare mores, rescindere malam societatem, iniuriamque parta restituere, illicitum hunc contractum convellere, & generalem quandam confessionem facere proposuerunt; nec tamen quidquam horum executioni mandarunt; quibus Deus justo suo supplicio mortem imminit paulò minus quàm improvisam, ad quos tamen parentes, amici, & Medici, ne eos timore aliquo percellerent Confessarium evocare neglexerunt, sicque in aeterna perditionis barathrum praecipitati fuerunt? Enimverò in Evangelio duarum quidem arborum mentio fit, sed modo valde differenti. Postquam enim Christus Dominus noster apud S. Lucam aperte dixisset: *Si poenitentiam non egeritis, omnes peribitis,* mox similitudinè quandam subjungit de quodam, qui ficum quandam in vinea sua plantatam habebat, qui dum eandem, an fructibus quibusdam adornata esset exploraret, nihilq; in ea invenisset, dixit: *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, & non invenio, succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?* Hortulanus autem acerbae huic Domini sui sententiae se interposuit, dixitque: *Dimitte illam & hoc anno, siquidem feceris fructum, sin aut: min futurum, succides eam.* Multis hodie simile quid accidit, dum enim viciniam sibi instare mortem, seque uno pede Charontis cymbam seu tumulum ingressos esse conspiciunt, alicui miraculose B. Virginis imagini, vel S. Carolo, aut S. Antonio Paduano, vel aliis san-

Hom. 10. in Evang.

Luc. 13. 7.

sanctis advocatis suis se recommendant, hacque ratione adhuc unum annum supervivendum vitæ suæ adjiciunt quidem, sub hac tamen expressa conditione, ut vitam suam & pravos mores emendent, ut operibus bonis exercendis eandem dedant & consecrent, ut seriam de peccatis suis poenitentiam agant. Nunquid autem vota promissa exsolvent? Nunquid promissiones suas executioni mandarunt? Timeo ne id vel cogitarint quidem. Advertant autem, quod Deus non derideatur, longas etenim manus habet, dum minimè id expectamus, ab eo forè corripendi sumus: De alia verò arbore ficus in S. Marco scriptum habetur, quod dum Salvator noster ad eam appropinquasset, & fructibus penitus destitutam comperisset, eandem confestim maledictione multaverit, & prorsus exsuccidam aridamque reddiderit: *Viderunt ficum aridam factam à radicibus*; Nec erat qui vel minimo verbo poenam hanc deprecaretur, licet arbor hac facilem excusationi & defensionis causam suggerere potuisset. Dicit enim Evangelista: *Non erat tempus ficorum.* Quodnam obsecro hac in re latet mysterium? nisi quod satis aperè per hoc nobis insinuetur, quod Deus noster nonnunquam aliquem duobus vel tribus annis patienter expectet, ut resipiscat, suamque vitam emendet, cum tamen sæpe etiam alios ne ad unicum quidem diem præstoletur ad poenitentiam? nonnunquam enim post primum peccatum mortale vitæ humanæ filum detrunctat; nec ullus de hœlamentari potest, quia *Jesus Dominus. & justitiam dilexit*: Nulli facit injuriam; *æquitatem videt & vultus ejus*. Verum enimvero ingens nobis hoc loco inimici infernales fraus & deceptio detegenda erit; hic etenim ob oculos nobis Dei statuit patientiam, longanimitatem, misericordiam, qua nos ad poenitentiam expectat, non verò penas & supplicia, quæ Divina justitia sine dilatione super nos exonerat, Quod si verò mihi dixeritis, eam vobis spem esse, ut Deus vos expectet, sit misericors & longanimis vobiscum, prouti multis aliis se præstitit, quodque vos anno futuro toleraturus sit, sicut fecit anno præterito: Confestim vobis per formidabilem quandam Chrysothomi sententiam respondebo & dicam: *Cur dicit fortasse, contigit aliquando? Cogit & quod de anima deliberemus.* Ergone aternitatem quandam beatam, vel poenitentiam & damnatam aternitatem uni-

forstam committetis? Uni fortasse maximè arduum animæ vestræ negotium superstruetis? *Cogit quod de anima deliberet.* Gravissima illa S. Theresiæ Carmelitanzæ verba in memoriam revocemus, scilicet: *Unicam esse animam, unicam esse gloriam.* Hæc etenim sunt puncta excellentissima, quibus suos in spiritu instruere solebat. Quod si autem hæc monitis posthabitis res tibi pro voto non successerit, si forsitan istud te, ut fieri communiter solet fefellerit, animam tuam utrique perdidit, aternam quoque perdidit gloriam, & quia pariter vitæ tuæ finem imposuisti, nullum jacturæ perperæ recuperandæ superest remedium; sicut enim ad vitam semel morte interveniente amissam nunquam redibis, ita quoque perditam animam & gloriam amissam nunquam recuperabis.

2. Enimverò alius quidam non minus noxius Dæmonis dolus vobis superest manifestandus. In hæc etenim Natalitiorum solemnibus, nec non in primo anni capite sive exordio alde salubria multi sibi decreverunt proposita, frequentandi nimirum sacramenta, verbum Dei auscultandi atque in sancto Dei timore suam transigendi vitam; nec tamen interea callidissimus & perversissimus dormitat dæmon, quin potius omnibus hæc salutaribus propositis, per malas conversationes, per amicorum & consodalium prava exempla, per varias animi diversiones, per ludos, convivias, comœdias tanto validius sese opponit, quanto tempus illud Carnisprivii seu bacchanaliorum tempore magis appropinquat, & ideo illorum sanctissimorum decretorum animi adimplentione non quidem omnino dissuadet, sed tantum ut ad tempus aliquod differatur, insinuat. Hæcque, ratione mali paulatim in hominibus generantur habitus, & omne bonarum cogitationum meritum interea evanescit & deperditur. Dum verba illa Sophoniæ c. 2 v. 14. penitus apud me confidero, omnino mihi imaginor, ac si domum quandam transiens, & aurem suam aviculæ eujusdam gratæ cantillationi porrigens, oculum suum in superliminare domus defixerit, ibidemque corvum quandam confidentem conspexerit, qui cantu & crocitate domus illius extremam augurabatur ruinam. En sacri textus ipsissima verba: *Vox cantantis in fenestra, & corvus in superliminari, quoniam attenuabo robur ejus.* Non sine causa hoc loco quedam me

Marc. 11.

13.

Ps. 108.

Homil. 22.
in 2. ad
Cor.

me exstimulat curiositas audiendi ænigmatibus istius doctrinæ resolutionem, quænam enim ex hisce præmissis elici unquam consequentia poterit? Quænam est inter cantillantem lasciviam & corvum atrocitatem proportio? Illa fenestra adhæret, hic superliminari domus imminet, ad reformandum infelicem desolationis familie domus illius conceptum, Et quidem quantum conjicio necessum erit, ut sensu liberali relicto, ad spiritualem recutramus. Cantus igitur delicias, gaudia, recreationes significant. Quando autem Deus ad portam cordis nostri in medijs delicijs pro concedendo sibi aditu pulsar, mox corvus se prodit, cui proprium est illud *ras, ras*, nam homo ejusmodi invitationibus & inspirationibus respondere de die in diem differt, idque pessimo statui sui omine, dum enim Deo pulsanti aperire differt, anima ejus in æternæ damnationis statu periculosè consistit. Quod si mihi id ipsum dicenti credere abuivisti, fidem saltem Ecclesiastico adhibitor, dicenti: *Non tardes converti ad Dominum. Et ne differas de die in diem; subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Verum enim vero ut tandem ad detegendum alium quendam diaboli dolum, ad aliud quoddam notabile punctum transeamus, observandum est, quod idemmet Ecclesiasticus paulo ante dixerit: *Ne dicas miseria Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.* Quid tu inquis d' Ecclesiastice? Ergone misericordia Dei immensa dicenda non erit? Id ipsum asserere manifestam hæresin involvit; ac proinde distinguere oportet. Est etenim immensa, sed ad effectum remittendi & condonandi nobis peccata hætenus commissa, non verò ad suggerendum nobis confidentiam committendi peccata aut in hætenus commissis perdevorandi. Audite hac de re Tertullianum optimè loquentem dum ait: *Absit ut redundancia clementiæ cælestis libidinem faciat humana temeritatis; nemo idcirco deterior sit, quia Dominus melior est.* Ac proinde certum est, quod his, quos Deus sine ulla ipsorum subsecuta emendatione aut profectu expectat, magis perimelcenda sint divina supplicia. Unde Hugo Cardinalis super illa verba: *Patientiam habe in me,* scribit: *Quanto diutius expectatur ad penitentiam, tanto gravius punientur in gehenna.*

3 Quot sunt qui in hoc novo anno curiosi futuri sunt, & percipidi sciendi, an ejus affecturi sint finem, aut post illum plures in super an-

nos supervicturi? Quàm gratum talibus foret, si mortis suæ diem agnoscere possent, ut tanto melius ad illam se præparare valerent? Verùm frustraneum est hoc illorum desiderium, si quidem *nescit homo finem suum.* Et tamen videtur quod ex verbis mox sequentibus in clarum hujus rei notitiam devenire possimus; subditur enim: *Sed sicut pisces capiuntur hamo, & aves laqueo comprehenduntur; sic capiuntur homines in tempore malo. cum ex templo superaverit.* Porro piscis, quando post deglutitam escam, se per aquas optime contentum & bene pastum nataturum esse credit, tunc per hamum faucibus infixum, veluti præda foras extrahitur, & rotendus carbonibus superimponitur, ita proflusis, qui in delicijs & voluptatibus suis securissime vivunt, accidere solet, dum enim dignitatis, ad quam aspirabant, vel pinguis hæreditatis, quam dudum præstolabantur, vel delectationis carnalis, quam venabantur, suavem bolum sunt assecuti, jamque se in omni prosperitate & gaudio diurnam vitam se habituros esse existimant, mors inexpectata illis supervenit, & de medio tollit: *Cum dixerint Pax & securitas.*

Et tunc repente eis superveniet interitus. Congruè igitur hoc loco salutare illud ejusdem Ecclesiastici monitum inchoantem novi anni valde opportunum usurpare licebit: *Ne impiè agas multum, ne moriaris in tempore non tuo.* Cum enim divina providentia tibi septuaginta, vel etiam octoginta vitæ annos decernarint, si in Christiana innocentia vitam tuam transigisses, nunc contrarium tibi accidit, quia enim peccata peccatis accumulare non fueris veritus, vix triginta aut quadraginta vitæ annos assequeris. Id quod David forsitan inferre voluit, quando dixit: *Peccasti iniquitates nostras in conspectu tuo, & sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.* Quid autem sequitur? *Quoniam dies posteri defecerunt, & in ira tua defecimus actandem addit: Anni nostri sicut aranea mediantur.* Omnia etenim peccata, quæ annis superioribus à nobis commissa fuerunt (ita nobis imaginari possumus) Deus ob oculos sibi posuit, acutè perspicenda & consideranda. Ita hunc locum Hugo Cardinalis interpretatur: *sæculum nostrum in illuminatione vultus tui, vitam & actus nostros prævios in illuminatione, id est, in aperto vultus tui, id est, ira tuæ: ut scilicet rigorosum de illis sumat supplicium; quia vultus Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam*

Eccle. 9. 12.

Eccle. 5. 8.

1. Thessal. 5. 3.

Cap. 7. 12.

C. 7 de pen.

Psal. 89. 3.

In Matth. c. 18.

CORUM.

eorum: tunc autem in aperto ponantur peccata, quando vindicantur aperte; quoniam dies nostri defecerunt. Quippe Deus propter peccata multiplicata iusto suo iudicio annos vitæ nostræ abbreviat, Optimum autem in hunc scopulum

non impingendi remedium est, vitæ nostræ brevitatem & vanitatem meditando contemplari, conformiter ad ea, quæ in discursu antecedenti diximus; ideo sequitur: *Anni nostri sicut aranea meditantur.*

DE EPIPHANIA

Discursus Decem.

DISCURSUS I. In hisce tribus Magis, veluti peccatorum primitiis, qui Christum recens natum inquirunt, reperiuntur Evangelico textu duce omnes ad perfectam conversionem requisitæ conditiones.

DISCURSUS II. De Fide horum trium Regum, dum infantem quendam Dei loco in stabulo adorant; deque eorundem in ira & turbatione Herodis sustinenda constantia.

DISCURSUS III. De variis diversisque mysteriis stellæ illius, quæ Magis apparuit.

DISCURSUS IV. Fides eorundem Regum per diversa motiva examinatur.

DISCURSUS V. Fides trium Magorum, Abrahæ, boni Latronis, Centurionis Fidei longè anteponitur.

DISCURSUS VI. Variæ Herodis & Hierosolymæ turbatæ adducuntur rationes.

DISCURSUS VII. Reges Magi, Hebræi populi Christum non agnoscentis redarguunt negligentiam, nostramque pariter condemnant socordiam, dum in Deo quærendo, eique debite obsequendo adeo negligentes sumus.

DISCURSUS VIII. De causis, ob quas stella à trium Magorum conspectu se subduxit; deque monito ipsis per Angelum insinuato, revertendi videlicet per aliam viam in regionem suam.

DISCURSUS IX. De magnificentia stabuli illius, in quo Magi quæsitum à se noviter natum Regem invenerunt; & quomodo in tanta stabuli illius vilitate & Virginis paupertate fidem suam exercuerint.

DISCURSUS X. De auro, thure, & myrrha à tribus Magis dono oblatis; De horum munerum mysteriis, & aliis moralitatibus.

In hisce tribus Magis, veluti peccatorum primitiis, qui Christum recens natum inquirunt, reperiuntur, Evangelico textu duce, omnes ad perfectam conversionem requisitæ conditiones.

DISCURSUS PRIMVS.

Ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolyman,

Matth. cap. 2.

PAUCIS adhinc diebus, Legatum quendam cœlestem, circumvicinis Bethlebemitarum Pastoribus apparentem audistis, qui unigeniti Filii Dei in carne factam Nativitatem iisdem annuntiavit, eosque ad speluncam hanc sacram dulciter invitavit. Et nunc ecce cœlum novam quandam & prodigiosam stellam in Oriente suscitavit, quæ tres Reges Magos ad idem tunc evocavit tugurium, ut se coram divino hoc infante venerabundos & certuos prosternerent. Sed *Quare Magi & Pastores in v. tantur?* interrogat Doctor Angelicus, *Quia & astores magis simplices, & isti Magi peccatores, ad significandum, quod Christus utrosque recipi.* Porro multorum hætenus fuit opinio, Reges hosce maleficos fuisse, & superstitionibus atque Magis penitus immerfos. Ac proinde benignissimus Redemptor noster, qui aperte protestatus fuerat dicens: *Non veni vocare iustos, sed peccatores,* ut Magos hosce converteret, & ad veram agnitionem reduceret, stellam quandam ad eos transmisit; idque ut ait Chryostomus: *Ne aliquis desperare possit, si vis salutem credenti donari, quia jam conspiceret Magis esse donatam.* Cum igitur hi Reges Magi peccatorum illorum primitiæ fuerint, qui ad Dominum se converterunt, omnes in currenti Evangelio nobis examinandæ erunt conditiones, quæ ad perfectam quandam conversionem requiruntur.

1. Quare Magi, quare S. illa? Interrogat Chrysologus; q. d. Cur obsecro sapientia in creata ad veram religionem Magos hosce, qui erant Astrologi, ideoque cœlum semper suspiciabant, reducere volens, eisdem, stellâ qua-

dam mediante, ad nominis sui agnitionem perducere voluit? Respondet: ut per Christum ipsa materia erroris, sic fieret salutis occasio. Deus namque pœtæpe per hanc viam multos ad pœnitentiam inducit; Unde Chryostomus ait: Per ea illos vocat, qua familiaria ejus consuetudo faciebat, mira quidem dispensatione pietatis ad hominum condescendens salutem. Sic etenim videmus, quod lascivum Magdalenæ amorem transmutavit in sacrum & divinum; efficiendo ut converteres ad numerum virtutum, numerum criminum; fœnora, quæ Matthæus in tributorum exactionibus congregabat, in lucra conversa sunt animarum. Zelus Pauli in zelum honoris Ecclesiæ & Fidei suæ est commutatus, & sic deinceps de aliis.

3. Ab Oriente venerunt Ierosolyman. E Perside recedentes, dorsum suum obverterunt Orienti & Babylon, i & in sanctam se receperunt Hierosolymorum Civitatem. Persa Babyloniorum hæredes. Idipsum omnes facere debent, qui veraciter se ad Deum convertere volunt, scilicet Babylonæ dorsum obtendere, ab iniquitate discedere, & Ierosolyman omni animi conatu petere, id est, vitam devotam & Christiano homine dignam adoriri debeant. Recedere inquam debent ab Oriente, id est, ut interpretatur Hugo Cardinalis: Ab Oriente, à gloria parentum, à luce mundana prosperitatis, quam debet relinquere post dorsum. Quisquis enim Deum invenire desiderat, huic cavendum est, ne ab humanæ felicitatis nascente sole seducatur, quin potius in hujus fragilis & mortalis vitæ occidentem dirigendus erit. Quænam obsecro abominationum illarum causa fuit, quas Deus Ezechielis spectandas dedit, eorum nimirum, qui dum falsis simulachris

Hom. 6. in Matth.

Eutim. in Matth.

Hom. 1. ex variis in Matth. locis.

Ser. 157.

Ezech. 8. 16.

genus

genus sua advolverent, cultumque divinum pariter & templum prophanarent, Divinam jussitiam graviter irritarunt? Causa abominatum illarum hæc unica erat, quia *Dorsa habebant contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis.* Enimvero certum est, quod Deus in terrena felicitatis culmine ut plurimum non invenitur, sed perdatur & amittatur potius, *Non invenitur in terra sua, uter visentium.* Atque ideo hi Reges omnes regie dignitatis commoditates, delicias & Regna sua totaliter deseruerunt, & ut S. Petrus Damianus scribit: *Venerunt infatigabili labore.* Nam si verum est, quod nonnulli scribunt, eos duos integros annos, vel saltem ad minus unum annum in hoc itinere substituisse, facile est conjicere quot fuerint laboribus & fatigationibus subiecti; aut etiam si intra dies tredecim diu noctuq; currendo hoc iter absolverunt, nulli dubium esse potest, quin in hoc longo & laboriosissimo itinere corpora sua valde defatigarint. Quodnam autem Chrylóstomus ad nostrum profectum hinc elicit documentum? Longo itinere curramus, ut Christum videre mereamur, nam & illi nisi procul regionem propriam reliquissent, utique Christum videre non potuissent.

4. Vidimus stellam eam, S. Leo hanc stellam contemplatus, simul admiratus est divinæ gratiæ efficaciam: *Cum cernimus homines humana sapientia deditos, & à Jesu Christi confessione longinquos, de profundo erroris sui reduci, & ad cognitionem veri luminis advocari, divina procul dubio gratia splendor operatur.* Neque enim tales stella, sed Dei invitat efficax gratia. Unde S. Leo ad propositum nostrum prosequitur dicens: *Et quidquid in cordibus tenebrosis (id est peccatorum) novæ lucis apparet, de ejusdem stella radiis micat ut mentes, quas suo fulgore contigerit, & miraculo moveat, & ad Deum adorandum præeundo perducatur.* Hæc est illa divinæ gratiæ virtus, quæ sine ullo merito suo peccatorem prævenit, & tamen intra culpæ tenebras sepultus delitescat, hujus tamen divinæ gratiæ stellam in ejus favorem ei illucescere facit. Unde sanctus Augustinus: *In stella fulgore Dei gratia.* Et Hugo Cardinalis: *Stella est gratia præveniens.* Quisquis igitur Deum in iniquitate amissum reinvenire desiderat, oculos suos in hanc divinæ gratiæ stellam defigat. Sine hujus stellæ ducatu nunquam Magi viam adinvenire potuissent, quot enim ab illis per-

plexitates, quot fastidia, quot difficultates abegit. Idem quoque divina gratia in omnibus, quæ in via Dei occurrere possunt submendis obstaculis operatur. Unde dicebat Apostolus: *Non ego sed gratia Dei mecum.* Facile (ait S. Leo) *omnia præcepta veniunt in effectum,*

quando & gratia prætenidit auxilium, & obedientia molliit imperium. Verisimile equidem est, multos alios in oriente hanc vidisse & obstupuisse novam stellam; & tamen soli tres Reges, ad Christum adorandum se moverunt, & ad iter se accinxerunt, unde facile colligi potest, quàm verum sit, quòd *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* Et ut ait Apostolus: *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei.* Singularis etenim Dei gratia est, quam Deus alicui præstat, si inter multos animarum milliones, qui in hæreseos, Hebraismi, legis Mahometanæ & Paganismi tenebris sepulti consistunt, eum sequitur, ut in clara Luce veræ fidei Catholicæ Apostolicæ Romanæ lumen & agnitionem accipiat: sique tot animas in culpis suis contumaces in æternum inferni barathrum præcipitari permittens, alias ex toto numero expectet & invitet ad poenitentiam, Et quidem tamen hæc stella omnibus & singulis universim hominibus reluceat, siquidem signatum est super nos lumen vultus tui Domine; nec est, qui se abscondat à calore ejus quantum enim est ex parte sua, vult omnes salvos fieri. Nos tamen in deliciarum & felicitatis humanæ oriente ex dedito studio commorari volumus; Deumque in stabulo quodam, in tanta paupertate, & in tanto contemptu invenire dedignamur; ac deum ad hoc solum toto animi conatu contendimus, ut ad fruendum divitiis, honoribus, delitiis & voluptatibus in hac vita nos æternæ valeamus. O quanto plures ab ultimis mundi confinibus in procinctu essent ad præstandum Christo homagium, si is in magnificentissima Augusti regia natales suos eligere voluisset. Verum enim vero cavendum est nobis, ne quando nos ad ejus invitationem surdos, & ad hujus stellæ Lucem cæcos nos exhibuerimus, stella hæc magno nostro damno in fatalem nobis commutetur comitam: *Vocavi, & renuistis, ego quoque in interitu vestro idebo.* Sanctus Anselmus quoque per hanc stellam, exhortationes spirituales intelligit, quibus mediantibus ad Christum convertimur. *Stella est qualibet exhortatio bona, ducens ad Christum.*

Serm. 5. de Epiph.

Ioan. 6. 44. Rom. 9. 26.

Serm. 6. in Epi.
Serm. 5. in Epiph.

5. *Vidimus stellam ejus & venimus.* Eodem met momento quo lumen istud conspexerunt, ad iter quoque se cœperunt accingere. Nulla inter *vidimus & venimus* mora interjecta fuit. Hugo Cardinalis *Ly ab Orientis, quæ est calida regis* optimè considerat, & per hunc orientem calore fervidum, fervorem ipsorum intelligit, simulq; illam S. Bernardi subinfert sententiam, qui dicit: *Qui amat ardentius, currit velocius, & per veritatis* Quod si verè ita est, prout nonnulli affirmant, nimirum quod stella hæc Spiritum sanctum significet, quid mirum est, si currant velociter, & citò perveniant? siquidem *nef. i. i. arda molimina Spiritus sancti gratia*, est autem doctrina hæc moralis permaximi momenti, nimirum ut quamprimum stella, id est, divina gratia nobis appareret, eidem correspondere nequaquam intermittamus. *Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. Abierunt in Bethlehen.* inquit Hugo Cardinalis *alacriter & velociter.* Cavendum igitur nobis est, ne dum in culpæ & iniquitatum nostrarum obscuritate stella hæc in gratia excitante nobis exoritur, eadem contemnendo negligamus. Cur autem? Quia *adhuc modicum lumen in vobis est* per quod primæ Dei invitationes, sive gratia excitans significatur. *ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebra comprehendant.*

6. Porro Reges isti variis utique regnis imperabant, ac proinde non solum diversæ fuere nationis & climatis, verum etiam idiomatum & morum diversorum, & forsitan genio imbuti erant penitus contrario: Et tamen in prolixo isthoc itinere pariter sese junxerunt, interque se unanimiter summa in quiete fuere conversati, nullas inter se de præcedentia aut majoratu ut inter personas tam illustres fieri solet, habuerunt discordias, quia omnes eum adoraturi Deum abibant, de quo scriptum est: *Factus est in pace locus ejus.* Etenim evidens hoc est bonæ & seriæ conversionis indicium, si quis omnes respectus humanos pedibus suis substratos habeat, propriam mortificaverit voluntatem, atque omnibus nervis eo contenderit, ut ad placendum Deo in pace & quiete cum proximis suis perseveret, potiorem charitatis, quam omnium aliorum interesse particularium habendo respectum.

7. *Audiens autem Herodes Rex turbatus est.* Porro Magis juxta Hierosolymam positæ stella confestum disparuit, *Herodes autem de hujus*

novi Regis nativitate certior factus mente confusus est, & in varias turbidas cogitationes distractus, unde de loco in quo natum Messiam invenire possent, dubii & perplexi hærebant, Herodis astutiam & iram pertimescentes. Quæ igitur opportunè in hac occasione monitum illud Ecclesiastici verificatur, quo dicit: *Fili accedens ad servitum Dei, sta in timore & tremore, prepara animam tuam ad tentationem.*

Et S. Leo ait: *Herodes in Diabolo fremis, & affert sibi iniquitatis suæ regnum in eis, qui ad Christum transeunt, ingemiscit.* Hugo Cardinalis similiter Dæmonem in Herode præfiguratum esse recognoscit, ideoq; monet: *Turbetur quando Jesus, id est, salus nascitur in corde hominis, & diligenter inquirat tempus & locum, ut occidat adhuc ipsum in infantia, hoc est, in principio, ne si salus creverit in virum, auferat ei regnum suum.* Et S. Job ait: *Per quam viam spargitur lux, d. videtur estus super terram.* ubi S. Gregorius ait: *Cum lux divina in mentes humanas spargitur, mox ab oculis adversario tentamenta succrescunt.* Adeoque in cœpta salutis nostræ via cauti esse debemus, nec propter occurrentia obstacula animo deficere vel despondere. Sancti etenim hi Reges nequaquam conversi sunt propter Herodis impietatem retrorsum Idem quoque nobis faciendum est in cœpto semel à nobis Dei servitio, sicut univèrsus se mundus nobis opponat, & adversum nos fremat. Porro Author operis imperfecti existimat, quod dum Herodes vidisset,

nihil se sive per blanditias, sive per comminationes apud hosce Reges obtinere potuisse, sed eosdem natum recens infantulum Jesum firmo decreto statuisse adorare, tandem ad technas & dolos astutè se converterit, persuadendo eisdem, ut peracta novi Regis adoratione ad regiam suam reverterentur, fingendo, se quoque statuisse ad novi Regis cunas sese transferre, ut sua ei obsequia deferat, eumque adoret. Verùm dicat aliquis, quamobrem Deus permisit, ut ipsis Hierosolymam ingredientibus, stella confestum evanesceret? Glossa dicit: *Divino deseruntur auxilio, qui quarunt humanum.* Aut verò factum id est propter aliud quoddam mysterium, nimirum ut Messie nativitate Hierosolymis, ubi eam penitus ignorabant, præconizantes & divulgantes, efficerent, ut Concilium illud coadunaretur, cujus testimonio mediantibus sacris literis, magis magisque de nativitate Salvatoris, nec non

Eccle. 2. 18.

Sermo 1. in Epi.

1. b. 38 29.

Rom. 2. in Matth.

de

de tempore & loco, ubi & quando eadem acci-
dit, certificentur: ut testimonis Prophe-
tarum (inquit Simon de Cassia) per amplius
firmarentur tanquam Novitii, & ex gentibus
novella plantationes. Egregio nimirum omni-
bus illis, qui Deo sollicite quaerendo & investi-
gando sese totos dedicarunt, per hoc dato
exemplo, ut si in cepto salutis itinere persiste-
re, in eoque semper magis magisque majori
cum fervore ulterius progredi velint. Libro-
rum sacrorum & spiritualium Lectionem per-
sepe frequentent.

In Matth. 8. Interrogate diligenter de puero. & cum in-
veneritis, renuntiate mihi, ut ego veniens a-
dorem eum. Duo in unum eras (ut notavit S.
Thomas de Aquino) quod requirerent: & re-
verterentur; sed unum fecerunt Magi, aliud
non. Unde haec elicit moralitatem: Tales qui-
dem debent esse auditores, quod bona addiscant,
mala relinquunt; qua dicunt, facite; secun-
dum opera eorum nolite facere. Ingeniosa ni-
hilominus valdeque utilis circa hoc est illa
Serm. 158. Chrylogogi interpretatio, dicentis: Conve-
nienter dixit renuntiate mihi, quia semper
Diabolo renuntiat, qui per venire festinat ad
Christum. Quisquis Christum habere delide-
rat, omnem cum Herode in vitam foederis ne-
cessitudinem necessum est, rumpat, id est, om-
ne cum illis commercium fugiat, qui Christo
adversantur.

9. Quicum audissent Regem abierunt; & ec-
ce stella quam viderant in Oriente. Quam pri-
mum ab aula Herodis, & malignorum Scri-
barum & Pharisaeorum inimicorum gloriae
Christi, pessimo confortio discesserunt, stella,
quae disparuerat, confestim iterum emicare,
suosque radios evibrare cepit, ut per hoc no-
bis insinuetur, quod dum à peccandi occasio-
nibus atque periculis elongamur, quibus hacten-
us habebamus impetiti, tunc Deus nobis vel
maximè sit adfuturus, laturusque suppetias;
quam diu verò iisdem occasionibus manemus
involuti, stella à nobis recedat, ipsaque Dei gra-
tia nequaquam nos adjuvet, siquidem axioma
est irrefragabile, quod si divina nobis auxilia
volumus subministrari, necessum sit, ut ex par-
te quoque nostra auxilium nobismetipsis feta-
mus: Facientis quod in se est, Deus non denegat
gratiam. Et S. Thomas ait: Per istam stellam
intelligere possumus gratiam Dei quam amit-
timus, dum ad Herodem, id est, Diabolum acce-
dimus. Quis nostrum est, qui Diabolo quae tan-

topere abhorremus & detestamur, ulterio citro-
que appropinquet? Et tamen proximis pec-
candi occasionibus & periculis, ad quae per
Diabolum instigamur, ultro citroque nos in-
gerimus. Admonemur (inquit Lyranus in mo-
ralitate hujus textus) quod cum malis homini-
bus non contrahamus aliquam Societatem. Et
ecce stella: sed quando haec iterum emicare ce-
pit: quando ab Herode, ab ejus aulicis, à scri-
barum invidia fuit separati. Oprimè proinde
Author operis imperfecti dicit: Præcedebat
autem eos, ut ostendat, quoniam hominibus, qua-
rentibus Deum omnia elementa ministrant.

10. Gavisus sunt gaudio magno valde. Etenim
hoc eorum, qui se Dei servitio veraciter conse-
crant, propriissimum est, quod imperturbabili
quadam fruuntur bonae conscientiae pace &
quiete; unde S. Anselmus: Gaudet gaudio ma-
gno, qui propter Deum gaudet, qui est verum
gaudium. Et Rupertus Abbas optimè confide-
rat, quod gaudium illorum sic magnificavit, ut
non contentus dixisse gavisus sunt gaudio, adderet
valde: quia revera valde gavisus sunt. Ejusque
mox causam subjungit: Gaudium eorum fuit
in Spiritu sancto, qui & jucunditatem & ex-
ultationem thesaurizat: super eos Deus ete-
nim consolari vult eos, qui voluptatibus mun-
di relictis & posthabitis, ad divinum ejus tran-
seunt servitium: vultque ut intelligamus quod
eorundem animabus vera tribuat gaudia.

11. Et intrantes domum invenerunt puerum
cum Maria matre eius. Ecce tibi aliud quod-
dam veræ consolationis motivum, quod scilicet
Christum inveniunt infantem, id est, be-
nignum, ad omnia postulata concedenda per-
facilem, facilemque ad placandum. Et quod
majus est hunc eundem infantem inveniunt
simul cum sua sanctissima matre, quae advoca-
ta est, unicuique peccatorum refugium. Quod si
igitur nos in hoc infido mundi mari securi esse
volumus de evadendo naufragio, oculi nostri
in hanc stellam necessario sunt dirigendi. Ave
maris stella.

12. Apertis thesauris suis obtulerunt ei mu-
nera. Non sufficiebat illis, se filium Dei ado-
rassè, nisi insuper egregia illi obtulissent mu-
nera, ut exinde nos colligamus, quod fides non
sufficiat, non sufficiat firmiter in Deum cre-
dere, sed necessum sit, ut opera quoque nostra
fidei verè respondeant. Considerandum est
præterea, quod hosce thesauros suos non nisi
coram Salvatore nostro Magi aperuerint. Glos-

sa: Magnum vel gloriosum Sacramentum hic aperitur, ut fide per viam thesauros nostros non perdamus, donec prateritis hostibus, soli Deo, ex occultis vultibus profecerimus. Eandemque observationem S. Thomas pariter tetigit dum ait: Non in via, sed tunc primo aperuerunt thesaurum, quando venerunt ad Christum: similiter nos bona nostra in via non debemus manifestare. Unde facile liquet, quam fuerint ab omni iactantia & vana gloria alieni, Hierosolymis etenim non dixerunt: Venimus cum muneribus sed tantum venimus adorare eum. Per quod nobis insinuarunt, nobis quidem Christiane, & cum profectus nostri spiritualis continuo incremento operandum esse, sed ad solam Dei gloriam, nullas omnino querendo laudes vel applausus humanos.

13. Obrulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Porro in hisce donis, illa proprie significantur munera, quae Deo à nobis offerenda sunt, postquam ad eum fuerimus perfecti & conversi. Per aurum etenim amor Dei intelligitur, qui in corde nostro praecunctis aliis, & super omnia locum habere debet. Super omnia autem haec Charitatem habere. Habens aurum, dici potest habere omnia, si quidem aure cuncta alia comparare facile possumus. Ita quoque ubi est verus amor Dei, ibi quoque quodvis aliud bonum confestim praesto erit, & econtra ubi Dei amor abest, ibi nullum est vel esse potest opus, quantumvis bonum, quod Deo gratum sit & acceptum. Praeter aurum verò, thus quoque est offerendum, per quod Oratio intelligitur, quae ad spiritum & devotionem, in conversione nostra à nobis acquisitam conservandam maximè est necessaria: Et quidem sicut ad hoc ut incensum odorem suum quaquaversum spargere incipiat, opus est, ut in igne ardeat: ita quoque ut scribit B. Laurentius Justinus Est oratio thus valde proficuum, si tamen amoris sancti fuerit inflammatum incensum. Per Myrrham denique mortificatio intelligitur, quae tam in interiori necessaria est ad refranandos appetitus nostros inordinatos, quam in exteriori quo ad sensuum nostrorum custodiam. Unde Guericus Abbas ait: Myrrha in corde tuo dolor est, myrrha in corpore tuo labor est, si tamen iste & ille penitentialis est. Haec quoque Myrrham inter & mortificationem, pulchram proportionem Dionysius Carthusianus considerat dicens: Sicut myrrha corpora defunctorum praeservat à putredine ver-

sum, sic mortificatio carnis custodit hominem à putredine vitiorum.

14. Et responso accepto in somnis haec redierunt ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Ecce igitur quam verum sit, quod eo tempore, quo nos de nostra salute minime solliciti, Dominus Deus vigilet pro nobis: Non dormit, neque dormiet qui custodit Israel. Ne redierunt ad Herodem moniti fuerunt. Ad probam eorum instructionem, qui sibi Dei acquirerunt gratiam & amicitiam, ut sollicitè sibi caveant, ne in eademmet peccata de novo recidivi fiant, nec pristinas repetant peccandi occasiones. Per aliam viam reverti sic possumus, inquit Auctor operis imperfecti: Venisti per viam fornicationis? ambula de cetero per viam castitatis. Venisti per viam avaritiae? ambula de cetero per viam elemosinarum. Si autem per istam viam redieris, iterum sub regnum Herodis vadis, & sis proditor Christi. Enim verò quisnam haec Magis in somnis apparuerit, inter sacros Interpretes nondum satis est liquidum, quia tamen nonnulli Angelum iis apparuisse existimant, alii tamen ipsummet Deum iis apparuisse: credunt, Unde satis manifestè colligitur quantum sancti hi Reges ab eo tempore, quo stella eis primitus apparuit, in merito exereverint, siquidem postea non à stella, sed ab Angelo, vel potius ab eo, qui Magni consilii Angelus est, instruebantur. Unde Guericus Abbas existimat optimè de illis illud sapientis verificari potuisse: Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque ad perfectum diem: Primò namque semitam iustitia ingressi sunt ad lucem splendentis sideris, cuius ductu profecerunt ad videndum novum ortum matutinae Lucis. Chrysostomus pariter scribit: Cum à dibus morarentur in Perside, stellam videre tantummodo, quia verò à Perside recesserunt, soli quo ipsum aspexere iustitia. In eundem quoque conceptum S. Maximus incidit, dum ait: Qui stella duce venerant in Iudaeam, in patriam suam aeterni solis illuminati radiis revertuntur. Inestimabiles proinde sunt eorum progressus, qui huic caelorum Lumen correpondeat. Quot obsecro illustrationes, revelationes, visiones, extases, aliaque Paradisi dona Deus in multorum animas post eorum idem conversionem non depluit? Numquid si milium donorum refectis imas esse videmus Iustitias? Quis autem conversionem S. Paulus erat?

Hom. 2. in
Matth.

Serm. 2.
de Epip.

Prov. 4.
18.

Hom. 7. in
Matth.

Ser. de Ep.

Ser. 1. de
Epip.

Saulus adhuc spirans minarum & cadis in discipulos Domini, &c. at verò postquam circumfulsit eum Lux de celo. tunc in cœlestem quendam transmutatus est seraphinum. *Vas electionis est mihi iste, &c.* Prius hi Magi malefici erant Idololatræ, postquam verò ho-

diernum obsequium præstiterant Christo, Evangelii sui facti sunt prædicatores, ac demùm postquam plurimos Christianæ fidei acquisivissent populos, inclytadigni facti sunt corona Martyrii.

De fide horum trium Regum, qua infantem quendam veluti Deum in stabulo adorant, deque eorundem, in ira & turbatione Herodis sustinenda, Constantia.

DISCURSUS SECVNDVS.

Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Venimus adorare eum. Matth. cap. 2.

1. **Q**UOD obsequiosiores subditi se coram Regibus suis per adorationis actum prosternant, id quidem quotidiana nos edocet experientia: nova autem & prorsus inusitata superioribusque sæculis nun-

quam audita & visa Cæremonia futura esset, si Regum unus alteri Regi reverentiam facturus adorationis causa, ad terram usque sese prosterneret. Id quod hodie fieri videmus; Ab oriente etenim tres Reges itineri se accingunt. viri cæterum quâ sapientiâ, qua majestate maximè conspicui. Et quo putatis sine id factum? ut coram infantulo paucis ab hinc diebus in lucem edito Iudæorum Rege, se sistant. Quo autem sine id facere disposuerunt? *Venimus adorare* Adorare. Quis unquam audivit quod Reges coram alio Rege adorationis causa sese prosternant, & maximè coram hoc Rege, qui puerulus infans in stabulo natus erat? Et tamen *procedentes adoraverunt eum.* Et quidem veluti verum Deum obsequio

Ser. de Ep.

& cultu latriæ cum adoraverunt. Porro B. Thomas de villa nova ait: *Agnosce fratres horum sapientum notissimam fidem: nunquam enim, ut Augustinus ait, tam ardentem, tam fervide adorare cuperent Regem Iudæorum, nisi ipsum etiam crederent Regem esse singulorum.* Paulò ante Angeli, & vinitatem pueri

hujus contestaturi, de cœlo super stabulum descenderant; atque insuper ipsamet stella ipsos interius optimè instruebat, ut certi esse potuerint ipsum verè Regem illum esse, de quo scriptum est: *Regi sæculorum immortalis & invisibilis, soli Deo honor & gloria.* licet idemmet pro salute nostra visibilis factus fuerit.

1. *Tim. 1.*
17.

2. *Venerunt Ierosolymam.* Auget hoc maxime ipsorum fidem, ibi etenim Regis Iudææ sedes quidem erat; attamen nolite credere, quod eo ingressi fuerint, ut quem ipsi quærebant Regem ibi adorarent; quin potius ut de loco, in quo Rex ille natus erat, informationem caperent, unde dicebant: *ubi est, qui natus est Rex Iudæorum?* sed nunquid Herodem Iudæorum Regem esse, cumque Hierosolymas gubernare sciebant? Et quomodo filium Regis alibi invenire poterant, quam in ea Civitate, quæ Regni metropolis erat, & in regio quodam palatio. Quod si dixerit Reges Magos optimè scivisse, quod Rex ille Iudæorum, quem quærebant, simul verus Dei filius esset; Mox replicari poterit, *Quod si ita est, Reges hosce tanto magis hunc Iudæorum Regem Deum Hierosolymis in templo quærere debuisse.* David enim dicit: *Dominus in templo sancto suo.* Præterea si Magi hunc Regem Deum esse credebant, quomodo euna natiuitate temporali editum credere poterant cum de eo scriptum

Pf. 10, 1.

ptum

ptum sit: Ante Luciferum genitus, & ante sa-
 cula natus? S. Augustinus hisce omnibus re-
 sponderet: Quis esset, ubi, quorum Rex esset,
 fidus illud est: tacebat, dorebat. Lux etenim il-
 la cœlestis eos docuit, quod, propter nos homi-
 nes & propter nostram salutem de cœlis descen-
 derat, atque sub vile & modicum tectum di-
 verterat. In hac stella Magus ipsummet Deum
 Ducem, & Magistrum habebat. Unde Chry-
 sologus ait: Quando Deum Magus nisi Deo ju-
 bente perquireret? Quando Regem cœli nisi re-
 velante Deo Astrologus invenisset? quando
 unum Deum sine Deo Chaldaus adoraret in ter-
 ra, qui in cœlo Diis totidem, quot sideribus ser-
 vipbat? Cùm stabulum Bethlehemiticum in-
 grederentur, tenellum quendam infantulum
 supra paleam vagientem cernebant, sed nun-
 quid coram hac infantia in genua cernui ruc-
 bant: Minimè, inquit Author Operis imper-
 fecti: Non enim pueritia, detulerunt honorem
 nihil intelligenti, sed Divinitati (Ius omnia co-
 gnoscanti Etenim nonnullorum fuit opinio,
 ab hoc Salvatoris nostri vultu nescio quid di-
 vinitatis emanasse. Unde S. Hieronymus ait:
 Fulgor ipse & majestas Divinitatis occulta qua
 etiam in humana facie refulgebat ex primo ad se
 videntes trahere poterat a spectu. Neque mirū,
 quod è facie Salvatoris fulgor aliquis Divinæ
 Lucis evibratus fuisse dicatur, siquidem ver-
 bum sacratissimam ejus assumpserat humani-
 tatem, quâ anima quadam clara Dei visione
 actualiter gaudere informata erat. Ingerebat
 prorsus novi sideris claritas, ait B. Laurentius
 Justinianus, spirituale in eorum cordibus lu-
 men, cujus illecti dulcedine atque ducti gratia
 traherentur ad Christum Verum enim verò
 quod si stella quædam in acre visa tantum in
 eorum cordibus facere prævaluit, quantum à
 vero Justitiæ sole emanans lux in eisdem ope-
 rata fuisse credatur? Quantos in eorum pe-
 ctoribus cœlestis gratiæ radios scintillasse ex-
 istimatis? Viderunt procul dubio (inquit Dio-
 nysius Carthusianus) non solum intellectu-
 bus, sed etiâ corporalibus oculis aliquid supernæ
 turale in puero isto, videlicet quendam Deiforme
 fulgorem in vultu ipsius: intus quoque instruxit
 eor spiritui omnem exteriorem paupertatem &
 abiectionem in puero ejusque matre apparen-
 tem, non esse humana necessitatis, sed divina di-
 spositionis Euthymius quoque scribit: Splendor
 quidem divinus animas illorum illustrabat, &
 hunc manifestabat.

3. Vbi est qui natus est Rex Iudaorum? Ma-
 gnopete etiam fidem illorum auctam fuisse vi-
 debimus, si consideremus quod in ipsiusmet
 Herodis conspectu, de nato quodam alio Rege
 inquirere non dubitarint, cum tamen facild
 scire potuerint, quam fuerit Herodes domi-
 nandi cupidus, ipsimet quoque, utpote tra-
 ctandis & gubernandis sceptris valde assueti,
 per experientiam compertum habuerint,
 quanto quoad hoc punctum Regum animi
 zelo ardent, quamque severis suppliciis no-
 vorum Regum in alienis regnis factæ procla-
 mationes subiectæ sint. B. Thomas à villa no-
 va dicit: Quomodo putas ad hanc vocem concitatur
 in eos fera crudelis? qua non parat mor-
 tes, quos gladios non acuit in vindictam? Eni-
 vero id quod dictus sanctus insuper observat,
 est, quod noverant ho: Magi prudentes, noverant
 Regis immanem tyrannidem, trucem ani-
 mum, noverant truculentum hostem, sicarium
 in populos, in filios & domesticos parricidam.
 Sed quid? Fides omnem in iis timorem devic-
 cit: sed animositate ingenuâ stant intrepidi cor-
 ram Rege, audaci eloquio impii tyranni vultus
 & ora confundunt. Insuper Chrysostomus ait:
 Neque tumultum populi atque clamorem, nec
 que potestatem reformidant Tyranni: Et licet
 Turbatus sit Herodes & omnis Ierosolyma cum
 illo, hanc tamen amplæ illius civitatis commo-
 tionem atque tumultum nihili fecerunt. Su-
 mentes scutum fidei. Credebant etenim firmi-
 ter Regem hunc Iudæorum recens natum,
 quem tanquam talem publicè proclamabant,
 Deum quoque esse exercituum, qui est Domi-
 nus fortis & potens, Dominus potens in pralio,
 Doctor quoque Angelicus dicit, quod licet is,
 qui in alienis statibus seu Dominis, novum
 quandam acclamare Regem audet, manife-
 stis se exponat vitæ periculis: attamen hi car-
 tē hoc zelo fidei faciunt: Unde in istis nun-
 tiabatur Fides illa intrepida: Matth. 10. No-
 lite timere eos qui occidunt corpus. Nunquid
 sciebant, inquit etiam Author operis imper-
 fecti, quod quicumque altero Rege vivente alter-
 rum Regem pronuntiat & adorat, quasi mini-
 stor tyranni puni: ur in sanguine? Imo verò op-
 timè id sciebant, nam neque ipsimet in Regnis
 suis similem quandam excessum impune dis-
 simulassent; Et quidem hunc Herodis furo-
 rem tantò magis formidare poterant, quia
 Idumæus erat & alienigena, & tyrannicè
 gubernabat: nec non quia à subdito popu-
 lo ejus

Hom. 6. in Matth.

Hom. 2. in Matth.

lo ejus à tot retro sæculis desideratus Messias, tam ardentibus votis fuerat expectatus, per quem ab alieni domini jugo tandem aliquando eriperentur: Unde illæ audiebantur voces: *Quando restitues regnum Israel? Varam ingeniosum quoddam ejusdem authoris audite responsum: Dum considerabant Regem futurum, non timebant Regem presentem: ad hoc non viderant Christum, & jam parati erant mori pro Christo. Idem quoque sanctus Thomas de Aquino consideravit, scilicet quod crudelitatis Herodianæ, & periculi cui se exponerent, probabilissimè confici fuerint, Et tamen concludit postea: Mira fides! pro eo quem nondum viderant, mortem & extrema omnia sustinere parati; prius Confessores quàm visores, prius voto Martyres, quàm oculo inspectores effecti. Ac tandem in eandem Authoris Imperfecti consequentiam desinit dicens: Quia cælestem Regem inquirunt, terrenum non formidant offendere principatum. Veruntamen melius adhuc dispiciendum erit, quidnam verba illa: turbatus est Herodes & omnis Ierosolyma cum illo, significant: Cum enim tres coronatos Reges, cum comitatu nobiliorumque majestati congruo, eoque valde copioso per multos labores & fatigationes ab Oriente ab improvise venientes, ingentesque ad offerendum thesauros portantes viderent, audirentque illos aperte Herodi dicentes, quod nova quadam & miraculosa stella duce adventarent: vidimus stellam ejus in oriente; facile quilibet sibi imaginari potest, quanta fuerit totius aulæ Herodianæ consternatio, quanta illius tam ambitiosi Regis formido, quanta denique totius populi novitas; Imo quod consternationem hanc vel maximè adaugere poterat, erat, magni illius Hierosolymitani consilii confirmatio, qua declarabatur novum hunc Regem in Bethlechem infallibiliter nasciturum esse; & tamen ut scribit S. Bernardus: Puto quod jam vos illuminati de fide, & à parvulo illustrati, licet nondum videritis eum, cum Apostolo Paulo alligati & mori in Ierusalem, pro nomine Domini nostri Jesu Christi, ut dicitur de Apostolo Paulo.*

Serm. de
Epiph. 2.

Ser. 1. de
Epiph.

4. Mira fides, quæ ob suppressum in hisce Regibus omnem discursum humanum, captiva verat intellectum in obsequium fidei. Quid etenim facitis d. sancti Reges (ita interrogat S. Bernardus) dum infantulum lactantem, in vili tuguriolo inquiritis? Ergone Deus est iste?

Mansii Sanctuarii Tom. 4.

Deus certè in templo sancto suo, Deus in cælo sedes ejus; & vos eum quaritis in vili stabulo, in matris gremio? Quod si filium Dei invenire contenditis, is in Paradiso in sinu consistit æterni Patris amictus sicut vestimento, non erit in femina cujusdam pauperculæ sinu, lateris involutus panniculis latet in tugurio. Quod si Rex est, qualem vos eum esse proclamatis, ubi regio ipsius est, ubi aula, ubi regium diadema, ubi sceptrum, ubi regium paludamentum, ubi denique subditi ejus sunt? Mira fides! insipientes facti sunt, ut fierent sapientes. O fides magorum (ait Author operis Imperfecti) non contradixerunt Angelo admonenti. Angelus etenim timorem iis incutiebat, intimando ipsis, ut per aliam viam, ad sua quæ regna reverteretur: cui equidem respondere potuissent, cur aliam ingredi viam jubemur, quando Deus nos in quavis via custodire prævaleret: Et ideo si consistant adversum mecastra, non timebit cor meum. ut David ait: Dicere quoque eidem Angelo potuissent, non esse quod ulla pericula formident, siquidem Deus suos illis Angelos destinavit ad custodiam & tutelam, per quos ab omni eripiantur periculo: Angelus suus Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis: Item dicere potuissent, quod Herodem deinceps nequaquam timerent, utpote qui ad vitam & sanguinem suum, pro Dei illius amore, in reditu pro digendum promptissimi essent: stetit, & fiducialiter (inquit idem ait Author) qui natus fuerat, Regem predicavimus, & quasi digna munera obtulimus, & quasi seruos latentes jubebat nunc fugere, ut alia via venientes alia redeamus? Hæc inquam omnia dicere potuissent, veruntamen discursum suum refrænarunt, & Angelico monito, nec quicquam se opposuerunt: sed fideles constituti, nec tunc timuerunt cognosci, nec modo erubuerunt oculi recedere: quia nec erat possibile, ut qui ab Herode ad Christum venissent, ad Herodem redirent. Chryostomus fidem illorum pariter admiratur dicens: Considera igitur etiam hoc loco admirabilem Magorum fidem, qui ad nullum hinc scandalum commoverunt, sed ad cuncta acta obediens permanent atque flexibiles, neque ipsi secum disputant dicentes: si magnum quiddam esset hic puer, & potentia aliquid obtineret, nobis adoratoribus ejus videri opus esset fuga occultusque discessus Tandè verò postquam id, quod Angelico huic monito renite-

Pf. 103. 2.

Homil. 2.

Psal. 23. 5.

Pf. 90. 17.

Hom. 16.
in Matth.

renite-

renitentes dicere potuissent, considerasset, ita concludit: *Verum nihil omnino tale nec ora proferunt, nec mente concipiunt: hoc est enim fidei insigne, ut absque controversia ulla obediunt imperanti, nec ullam rationem exposcant imperii.* Similiter Albertus Magnus vivacissimæ horum Regum fidei attribuit, quod Ange-

lico monito non contradixerint, dum ait: *Attendatur horum Magorum fides & humilitas: turpe enim est honestis viris bene receptis sine resalutatione, quasi fugitivos recedere; & hanc turpitudinem elegerunt in se potius quam puerum proderent hosti Herodi.*

De variis diversisque mysteriis stellæ illius, quæ Magis apparuit.

DISCURSUS TERTIVS.

Vidimus stellam ejus in Oriente. Matthæi cap. 2.

GRaves scriptores sanctos hosce Reges sapientes quosdam Orientis fuisse existimant, tum quia MAGUS idem significat quod SAPIENS: Tum quia sceptrum olim & gubernaculorum potestas inter eos, qui alios sapientia præcelebant, distribuebatur: Et quidem magna erant quoad Astrologiam peritia præditi; quæsetiam causa fuit, quod stella mediante fuerint vocati. Verùm dicat aliquis quænam est hæc consequentia, quod ex conspectu splendentis in Oriente stellæ, ad infantem quendam veluti supræmæ Majestatis Deum adorandum, laborioso huic & publico itineri sese commiserint? *Vidimus stellam ejus, & venimus adorare eum* q. d. Hæc stella calcat nobis addidit, quod ad natum hunc infantem adorandum compellimur. Verum enim vero ut omnis in vobis admiratio cesseret, velim ut stellæ hujus mysteria attenta aure auscultare non pigeat.

2. Primo ipitur loco observandum est, quod non dixerint tantum: *Vidimus stellam*, siquidem tanquam viri in Astrologia summè periti stellis considerandis & contemplandis assueti erant; sed dixerint: *Vidimus stellam ejus.* Hanc enim novam quandam & miraculosam stellam fuisse intellexerunt, quæ scilicet Veri Solis Justitiæ ortum & nativitatem non cælo, sed terræ indicabat, quæque ad ipsorum obsequiam miraculosè producta erat, Interli-

nearis ait: *stellam ejus propriam, quia hanc creavit ad ostensionem sui. Quidem (inquit Author operis Imperfecti) si solo justitiæ ostenturo stellam ministrabat divinam!* Porro stellam hanc Divini quid in se habuisse Chrysostomus quoque confirmat, dum ait, *Nec stella omnino, sed quedam invisibilis virtus in specie sideris figurata.* Unde nonnulli existimant (inquit idem Doctor) stellam hanc fuisse Spiritum sanctum, qui sicut supra Jordanem se incolumbæ similitudine conspiciendum præbuit, ita nunc in stellæ specie se videndum exhibuit: Alii autem stellam hanc Spiritum quendam Angelicum fuisse tradunt. *Sed dicendum quod vera stella fuit, & voluit ostendi sub indicio stella; ita enim conveniebat ei, esse enim Rex cælorum.* Non quidem erat stella firmamenti aut de earum numero, quæ in exordio creationis mundi productæ fuerunt, sed in testimonium Divinitatis Christi, sanctorumque Regum istorum ducatum de novo creata fuit. *Stellam ejus (inquit S. Maximus) Bene ejus, quia quam vis omnes ab eodem creata stella ipsius sunt, hæc tamen propriè Christi erat, quæ specialiter ejus nuntiabat adventum.* Aliæ autem stellæ quamobrem creatæ fuerunt? *Ut mundi istius tempora cursusque distinguerent: hæc verò prodire jussa est ut ipsum mundi Dominum, & Regni Cælestis adesse tempus ostenderet.* Multæ quidem in cælo immensæ magnitudinis stellæ conspiciuntur, veruntamen hæc licet quoad molem minor esset, omnes tamen alias stellæ simul junctas

Hom. 2. in
Matth.

Hom. 9. in
Matth.

Hom. 4.
de Epip.

lucis

Epist. 14.
ad Ephes.

lucis excellentia & magnitudine superabat: Audite hac de re loquentem S. Ignatium Martyrem: *Stella fulsit exuperans omnes, quot quot ante fuerant; Lux enim illius erat inenarrabilis, & stuporem incussit omnibus aspicientibus eam rei novitas; omnia autem reliqua astra una cum Sole & Luna, chorus fuere stellæ illius, ipsa claritate exsuperabat omnes.* Unde Hymno quoque legimus: *Solis rotam vincit decore ac lumine.* Omnes aliæ stellæ suam à Sole lumen recipiunt, non tamen sic ista, inquit Chryzologus, utpote quæ à sole quodam in æteris relucente erat illustrata: *Apparuit stella non volens, sed iussa, non cæli nutu, sed divinitatis impulsu, non lege siderum, sed novitate signorum, non cæli climate, sed virtute nascentis, non ab arte, sed à Deo; non Astrologi scientia, sed præscientia conditoris.*

Ser. 156.

3. Porro stella isthæc ab aliis stellis in pluribus diversa extitit, nimirum in creatione, in materia, in loco, in motu, in splendore, in duratione, in magnitudine. Etenim aliæ stellæ in principio sæculorum, in quarto totius universi creati die creatæ fuere: hæc autem in hoc veri solis nascentis eventu, de novo producta, hæc ætenuis autem nunquam visa fuit. Aliæ stellæ ex materia cœlesti fuerunt formatæ, hæc autem ex materia elementari aerea. Aliæ stellæ in cœlo stellato infixæ noscuntur, hæc autem terræ vicina in aere pendeat. Unde sanctus Thomas dicit: *Per eam determinate distinxerunt domum.* Et Lyranus quoque observat, quod si in suprema aeris regione, ubi alii Cometæ generantur, substitisset, Magis turgurium istud ostendere nequaquam potuisset. Unde eam in aere prope terram fuisse credendum est. In motu quoque ab aliis stellis diversa fuit; nam illæ quotiæ à primo mobili in gyrum aguntur, hæc autem secus viam, & juxta motum gradientiam Regum movebatur, atque in tredecim dierum spatio aliud prolixius iter non confecerunt, quam quantum à regionibus ipsorum in Bethlehem usque intercedere noscitur. Præterea ut bene sanctus Thomas observat, nulla stella à Septentrione in Meridiem movetur: Natio autem Persarum, unde Reges isti egrediebantur, septentrionem versus situata erat. Aliæ stellæ motu circulari progrediuntur, hæc autem motu recto procedebat. Aliæ in continuo semper motu consistunt, hæc

autem nonnunquam cum stantibus Regibus firmiter subsistebat. Unde Euthymius: *Illis euntibus procedebat, stantibus vero circummonebat, juxta illorum necessitates suum præbens motum.* Id quod Chryzostomus pariter confirmat, dum ait: *Postquam immineret puero, iterum stella sistit cursum suum, quod ipsum erat majoris virtutis, quam stella natura jussit; nunc videlicet occultari, nunc vero apparere, & ubi apparuit sistere cursum.* Enimvero aliam quandam distinctionem auctor quidam modernus, quoad hujus stellæ motum, acutè observavit; *Quod scilicet ab Oriente in Occidentem contra naturalem cursum venerit.* Dixerunt etenim Magi: *Vidimus stellam ejus in Oriente.* Præ omnibus autem Chryzologus stellæ hujus cursum demiratus est, ait enim: *Per cœlum sic cursum suum dirigit, sic moderatur inceptum, sic viam temperat, ut Magorum serviat & mittatur ad gressum; nam ambulante Mago stella ambulat, sedente Mago stat stella, Mago dormiente excubat stella.* Ad hæc ab aliis quoque stellis in luce diversa fuit, utpote quæ non solum cunctas alias luce vincebat, sed etiã diurno tempore scintillabat: Unde dicit sanctus Thomas: *Quia in die nulla lucet, ista autem de die præbebat lumen Magis.* Porro in duratione quoque ab aliis, differens fuit, aliæ namque stellæ semper tantum duraturæ, hæc autem functione, ob quam de novo producta fuerat, completa, subito disparuit, nec unquam deinceps amplius visa fuit. In magnitudine quoque ab aliis plurimum distinguebatur; multæ etenim aliarum luna terraque majores existunt, quibus tamen longe inferior erat, & nihilominus nobis major esse videbatur, utpote terræ vicinior; vel etiã quia ab illa luce irradiabatur, quæ de semetipsa dicit: *Ego sum Lux mundi;* ac demum quia in obsequium Christi creata erat. Unde sanctus Thomas ait: *Stellam ejus: Specialiter fuit creata ad servitium Christi; Et ideo dicit, vidimus stellam ejus, id est, ad obsequium ejus factam.* Quam proinde Magus aspiciens, inquit Chryzologus, stellam jam non Deum credit, sed judicat esse conservam, quam cernit taliter suis obsequiis mancipatam.

Hom. 7. in
Matth.

Maldona-
tes.

4. *Stellam ejus.* Et quidem licet stella hæc in firmamento fixa non fuerit, neque paris fuerit conditionis naturalis cum aliis stellis, non

tamen ideo stella errans denominari debuit, imo ipsa potius non tantum hosce Reges, verum etiam omnes populos gentiles & idololatrias, quorum nomine idololatria & quivis alius error abjuratus & execratus fuit à Magis, è suis erroribus eripuit; quando enim hosce Reges viam in Bethlehém edocuit, tunc non solum ipsis, sed & nobis omnibus veram ad eum, qui de semetipso dicit: *Ego sum via, veritas, & vita*, viam pariter commonstravit. Multo minus stellam hanc Comeram fuisse sustineri potest, licet fortunatissima auguria generi humano vaticinata fuerit; quia *salus aeterna humano generi apparuit, & in terra pax*. Ista, quam hodie celebramus (inquit Guericus Abbas) *Nativitas nostra est: in ista namque Christus natus est: in ista Christianitas nata est.* Quin potius stella hæc à D. Chrysostomo, columna nubis & ignis quæ populo Dei Ducis loco servivit, assimilata fuit, utpote eundem præstans effectum, inotum scilicet suum accelerandi & sistendi secundum quod Reges isti videbantur subsistere aut ambulare. *Vi Christo stella plenum redderet obsequium* (inquit S. Augustinus) *temperavit gradum donec Magos perdueret ad Puerum.* In hoc autem Columnæ isti specialiter similis extitit, quod sicut hæc populum Hebræum ex Ægypti tenebris educum & ereptum, in promissionis terram perduxit: ita hæc stella gentilem populum ex Idololatriæ densissimis tenebris ereptum, in Ecclesiæ gremium, & veri Dei agnitionem perduxerit: *Per istam stellam* (inquit S. Leo) *illuminatio significata est gentium*.

5. *Stellam ejus.* Porro stella hæc ignis quidam triumphalis lætitiæ indicans fuit, ab ipso met cælo sursum in aëre accensus, ad excitandam terram, ut de Salvatoris & Redemptoris sui adventu exultando, toto corde gauderet. *Cum visitationem suam* (inquit S. Maximus) *nequid terra dignosceret, cælum sua gaudia ac totius mundi lætitiæ, Chaldeis stupentibus, tacito in sydere loquebatur.* Et hinc est, quod stella hæc à multis cæli lingua vocata fuerit, per quam cælum jubileum suum atque lætitiæ terræ exprimebat. *Mirabatur* (ait S. Maximus) *quidem terra, quod novam stellam videret in cælo, sed plus mirabatur cælum, quod novum Solem videbat in terris.* S. Augustinus eidem stellæ, linguæ nomen pariter indidit, dicens: *Quid erat nisi magnifica*

lingua cæli, quæ enarraret gloriam Dei, quæ inusitatum Virginis partum inusitato fulgore clamaret? Quod enim lingua humana exprimi non poterat (inquit S. Leo) cælum hujus stellæ cælesti lingua expressit. Quod nondum poterat humano eloquio differi, cælo faciebat evangelizante cognosci. Similem quoque considerationem Glossa fecit, dum ait: *Pastoribus Angeli, Magis stella, virisque tamen loquitur lingua cælorum, quia jam cessabat lingua Prophetarum.* Fuit insuper stella isthæc mundi quidam lucidus oculus appellatus, sicut enim mediante oculo totum corpus lumen recipit, ita quoque mediante hac stella lumen & veri Dei agnitionem totum univertsum recepit. Unde S. Maximus ait: *Quibus vero radius, quoque lumine illam Domini stellam, antiqua credimus tunc inter astra fulsisse? quantum in splendore præcessit, quantum præbat in munere? quæ velut quidam totius orbis oculus, caligantis mundi veterem renovavit aspectum? Quicquid hic mundus pulchritudinis habet aut venustatis, id totum sine luce, & sine oculo considerante, nihilum valet.* Porro quid cæli pulchritudinem veramque lucem, quæ illuminat omnem hominem, in hanc terram descendisse, profuisset, si eadem in spelunca Bethlehemetica semper abscondita delitisset? Ecce igitur stellam istam, hæc enim est, quæ Reges Orientales ad tugurium istud attraxit, ut in verum Justitiæ solem oculum suum deinceps figere posset universus mundus. Unde Guericus Abbas ait: *Venerat quidem lumen, in mundo erat, & mundus per ipsum factus erat; sed mundus ipsum non cognoscabat, erat natus, sed non erat notus, donec declare eum cepit luminosa dies ista.* Idemmet quoque Abbas notavit, hoc primum fuisse miraculum, quod Christus in terram descendens, patravit: *Signum quod ante signorum suorum præmissa Iesus initium: vagit puer novus in terris, & sidus novum creat in supernis, ut lumen testatur de lumine, stella de sole, & Reges in splendore ortus sui ad exortum quoque æternum, splendorem ab Oriente ad verum Orientem, id est, virum, cui nomen Oriens, stella perducatur.*

6. *Vidimus Stellam ejus Verè Christi infantis, quem Reges adorare volebant, stella erat; neque enim alia stella, præter hanc, corda ipsorum ea ratione illuminare potuisset:* Procul lib. 2. c. 2. dubio in Luc.

Serm. 4. de Epi.

Hom. 1. de epi.

Serm. 2. de Epi.

Ioan. 14. 6

Ser. 4. de Epi.

In cat. D. Thoma.

Serm. 1. de Epi.

Hom. 2. de Epi.

Hom. 3.

Ser. 2. de Epi.

Autio stella ex Jacob (inquit Guericus Abbas) illuxerat in cordibus eorum, stella inquam matutina. Lucifer qui nescit occasum. Christus est stella, inquit S. Ambrosius) orietur enim stella ex Jacob, & exsurgat homo ex Israel, denique ubi Christus, & stella est. Sunt & alii plures qui Christum sub hac stella agnoverunt: Audite testes, S. Thomas ait: Stella significat Christum: Quod ut probet, illum capitis ultimi Apocalypicos textum adducit: Ego sum radix David, stella splendida & matutina. S. Maximus dicit: Nobis arridebas in stella, S. quoque Petrus Damianus inter alia huic in modum discurre: Oritur Sol de stella, & demonstratur Sol per stellam; erat stella in aere. Sol in praesepio Christus noster: stella in aere, de qua habuimus in Evangelio: Vidimus stellam ejus. Stella in terra, de qua Barlaam prae dixit in Prophetia sua: Orietur stella ex Jacob, & confringet omnes alienigenas. Sol in praesepio, de quo reprobi dicturi sunt: Sol iustitiae non luxit nobis. S. Augustinus dicit, Christum, dum adhuc infans esset, ideoque linguam suam ad loquendum solvere nondum poterat, hac stella mediante sanctis Regibus fuisse locutum: *Us nondum loquens per linguam, loqueretur de caelo per stellam*. Sancti hi Reges è Regnis suis pedem nunquam movissent, nisi Deus illos prius attraxisset interius, & stella hac mediante eorum corda fuisset allocutus. S. Leo dicit: *Commovent Magos remotioris Orientis habitatores stellis ceteris stella fulgentior, & de mirandi luminis claritate, viri, ad hac spectanda, non inscii magnitudinem significationis intelligunt; agente hoc sine dubio in eorum cordibus inspira-*

tione divina, ut eos tanta visionis mysterium non lateret; & quod oculis ostendebatur in solutum, animis non esset obscurum.

7. Vidimus stellam ejus. Ad hujus stellae honorem Propheta Evangelicus quondam praedixit: *Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui.* Id quod ad literam proprio adimpletum fuit. Praeterea lux ista gratiam quoque connotabat, in lege Evangelica super omnes gentes, ad veram fidem conversas diffundendam: *Populus qui ambulab. t. in tenebris, vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.* Quantum igitur huic stellae grati esse debemus per quã ad verã fidei lumen perducti sumus, S. Augustinus in sermone quodam de hac solemnitate dicit: *Ducatum nobis praebeat velut stella caeli lux fidei.* Ab hac stella quoque nobis contingit lucis illius lumen agoicere, quã dixit: *Ego sum lux vera.* S. Leo ait: *Per illam stellam, quæ Magorum visui splenduit, Israelitarum verò oculis non refulsit, & illuminatio significata est gentium, & cecitas Iudaorum.* Hugo Cardinalis in hac stella, divinae gratiae effectus recognoscens, super hæc verba, antecedit eos, ita scribit: *Tribus de causis aliquis antecedit alium, vel ut viam demonstrat, vel ut viam praearet, vel ad ambulandum alliciat.* Hosque tres effectus gratiae ita adaptat: *Sic gratia Dei antecedit nos, ut viam demonstrat. Ps. 24. Vias tuas Domine demonstra mihi. Ad praearendam etiam viam praecedit, nec non ad nos allicendum; unde misericordia praevenit nos ut velimus sequitur autem nos, ne frustra a velimus.*

In Matth.
Hom. 2.

Serm. de
Epiph.

Serm. 4. de
Epiph.

Serm. 3. de
Epiph.

Isa. 9. 2.

Serm. 1. de
Epiph.

Serm. 8. de
Epiph.

Fides eorumdem Regum per diversa motiva examinatur.

DISCURSUS QVARTVS.

Vidimus stellam ejus, & venimus adorare eum.

Matth. cap. 2.

S. Augustinus perspicacissimo intellectus sui oculo in hanc stellam defixo, ad nos conversus, necessum esse dixit, ut ad hoc tam sublime mysterium intelligendum fidem nostram exerceamus: *Ducatum nobis prae-*

beat velut stella caeli lux fidei; hac nobis illum ostendat non jam in praesepio vagientem, sed in summa caeli arce dominantem, nec in matris gremio, sed in solio Patris adorandum. magnum etenim revera prodigium est, quod hi tres Reges paulo ante Idololatrae, omni lumine, imo omni quantumvis minima scintilla veræ fidei

Serm. 1. de
Epiph.

destituti, in hanc stellam intendentes ad natum hunc infantulum, tanquam verum Dei filium adorandum molestum adeo & laboriosum iter adoriantur, maximè dum hunc puerulum non in summa cœli arce dominantem, sed in vilissimo præsepio: non in solio Patris, sed vel in paupericæ Virgunculæ brachiis, vel in bestiarum præsepio positum conspiciunt; & tamen procedentes adoraverunt eum. Existimo omnino, quod nec stella ista, multo minus tres illi lucidissimi soles in die Nativitatis suæ radiantes, Reges istos à Regnis suis evocare potuissent, nisi in hac stella ipsemet Deus illos invitans substitisset. Nemo poterat venire ad me, inquit Christus, nisi Pater meus traxerit eum. Vidimus stellam ejus. & venimus adorare eum. Quod præcëlè dicitur, inquit Chrysoctomus, fecit & stellam quam viderant, & à Deo donatam lux qua illorum mentibus quasi aliud quoddam sydus effulserat. Lux etenim ista visum illis acutissimum ministravit. Unde Author operis imperfecti ait: Inventa est in eis fides acutior quam aspectus. Et insuper addit ipsos longè plura vidisse, quàm exterius viderant. *Videntibus humilia, & intelligentibus alia.* Porro per fidem de mysterio Eucharistiæ cognoscimus, quod in unico Hostiæ quasi atomo, in quo Panis accidentia salvati possunt Deus ille, quem cœli capere non possunt, verè recludatur, quia fides acutior est quàm aspectus. Veruntamen si quantalorum Regum fides fuerit, cognoscere volumus, ex quæ sacri interpretes hac de re scripserunt, seridè aufcultemus.

2. B. Laurentius Justinianus dicit: Deum adorare in homine, sapientiam in carne, atque in imbecillitate infantis, Dominum majestatis. S. Ambrosius ait: Ut homo cernitur, & ut Dominus adoratur. Ac demum hoc Magorum obsequium penitus ponderans, fidei nostræ præconia celebrandi occasionem sibi assumat dicens: *lacet in panno, sed fulget in stellis; cuna nascentem indicant, & stellam dominantem, caro est, qua involvitur, divinitas, cui ab Angelis ministratur.* S. Bernardus similiter considerat, quod Magi Christum infantem in stabuli illius tanta vilitate inventientes, non solum divinitatis suæ conceptum non amiserint, sed potius Gaudebant mentes Magorum contemptibilem puerum aspicere; quia spiritus in corde eorum terribilem eum monstrabat. Invenere quippe puerum, quem verissimè credebant Deum suum. Aspiciant quidem illam stabuli vilitatem,

bene tamen intelligebant, quod exinanivit semetipsum formam servi accipiens, ut nos exaltaret: Potius attendentes suæ divinitatis condensationem, discunt in parvulo profundam humilitatem, in stabulo abicere pompositatem, in præsepio carnis austeritatem.

3. Fides acutior. Ad hoc ut fides visu acuto & certo polleat opus est. ut divinæ innitatur revelationi. Unde sapientia divina S. Petro dixit: *Caro & sanguis non rivavit tibi, sed Pater meus.* Atque ideo opus est consequenter, ut sanctos hos Reges aliquam cœlestis revelationem interius eis factam habuisse dicamus. Unde Lyranus: *Patet, quod cognoverunt ipsius divinitatem per divinam revelationem, cum enim viderent puerum pannis vilibus involutum, in gremio pauperis matris positum, nullum regia dignitatis habentem signum, non est verisimile, quod talem reverentiam ei exhibuissent, nisi in eo aliquid supra hominem cognovissent.* S. Thomas dicit, quod cum verum Regum Regem esse cognoverint: *Non præstaverunt obsequium Regi terreno, sed cœlesti, in quo virtus divina ostenditur assuisse.* Ejusque hanc reddit rationem quia aliter, si terrenum Regem quassissent, totam devotionem amisissent, quando vilibus pannis viderunt involutum. S. Bernardus serm. 1 de hoc Festo, clarè enuntiat, quod qui illos adduxit, ipse & instruxit, qui per stellam foris admonuit, ipse in occulto cordis edocuit. Qualis autem hæc lectio & instructio fuit, quam illis hæc stella tradidit? Edocuit, quod licet verum sit, quod dixit Thaumaturgus, quod locum non habuit qui cœlum & terram verbo exstruxit, mysteriū tamen ejus idem fuerit, quod S. tradidit Apostolus, dum ait: *Propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* Edocuit, quod vagitus illi & planctus ad nos à singulis & planctu æterno liberandos ordinarentur: *ibi erit fletus.* O gratissimi, ait S. Augustinus, *delectabilesque vagitus, per quos stridores dentium æternosq; ploratus evasimus.* Edocuit quod licet jacebat in pannis, regnabat in cœlis, humilis erat in cunabulis, tonabat in nubibus. Edocuit (ut ait S. Bernardus) quod stabulum in regiam suam elegerit, ut fastum condemnaret & superbiam humanam. *Quid ergo stabulum elegit? planctus ut reprober gloriam mundi, damnet saculivinitatem.*

4. Fides acutior quàm aspectus. S. Thomas verba hæc: *Invenere puerum; & procedentes adoraverunt, acutè combinat, & dicit: si qua-*

Matth. 16.
17.

Joan. 6. 44

Hom. 8. in
Matth.

Hom. 2. in
Matth.

Serm. de
Epi.

Lib. 1. de
Fide c. 2.

De epi.
art. 3. c. 1.

Orat. 1. de
amor.
Virg.
1. Cor. 8.

Serm. 5. de
nat.

Serm. 3. de
nat.

*uatur qualis puer, in nullo ab aliis differbat, quantum ad apparentiam, non loquebatur, infirmus videbatur. Si autem petatur, qualis ejus mater fuerit, respondetur qualis est uxor carpentarii. Hoc autem dico (ita S. Thomas discutendo pergit) quia si Regem quendam temporalem quaesissent, utique ipsum in tam mileria specie videntes, scandalum passuri fuissent, sed videntes vilia, & considerantes altissima, moti sunt ad admirationem, & adoraverunt eum. Porro Reges pompam, fastum, magnificentiam, apparatus splendidos & majestatem amare solent; cum igitur ad Regem quendam adorandum relictis Regnis suis, adeo laboriosè se itinere accinxerint, & quaesierint: Vbi est, qui natus est Rex Iudeorum, & tamen illum in stabulo illo inveniētes, nequicquam de sua devotione, suoque erga ipsum deferendo obsequio remiserint, quin potius haud secus ac si illum in throno illo magnificentissimo, in quo S. Joannes in Apocalypsi eum sedentem conspexerat, inveniissent, adoraverint, hoc merito longè majus censetur esse prodigium, quam quod novam hanc stellam ad ipsorum obsequium de novo creaverit. Quam enim Deo facilis est rei alicujus creatio: Dixit & facta sunt; verbo Domini caeli firmati sunt: at verò Reges hos convertere & illuminare, eordibusque horum Magorum, qui paulo ante malefici & idololatrar fuerant, fidem adeo vivam imprimere, eoque illos permovere, ut ad adorandum pueram quendam ignotum in stabulo quodam super firmetur se venerabundos prosternant; *Plus caeleste de Magis quam de stella signum est. Idemmet jubulum illum considerat, quem ob puerum, non per propriam industriam, sed ex directione Dei inventum in semetipsis demonstrarunt: sequitur, currit, pervenit, gaudet, prociat, adorat. Quamobrem? Quia non per artem, sed per Deum, Deum se invenisse humana miratur in carne. Etenim observavi haec, quod ingeniosissimi sanctorum Patrum conceptus praecipue in hoc festo, ad hanc verè admirabilem Magorum fidem contemplandam dirigantur; unde idemmet S. Doctor in alio quodam sermone dicit: Hodie Magus, quem fulgentem quarebat in stellis, in cunis reperit vagientem: hodie Magus clarum miratur in pannis, quem diu in astris patiebatur obscurum, hodie Magus quid, ubi videat, profundo stupore pervolvit. Ecce quonam eorum erigatur oculus: Videt in terra caelum, in**

caelo terram, in Deo hominem, in homine Deum, & universo saculo non capacem concludi corpore per pusillo. Audite quæso quidam alii de hujus oculi perspicacitate scripserint. S. Leo dicit: Adorant in carne verbum, in infantia sapientiam, in infirmitate virtutem, & in hominis veritate Dominum majestatis. S. Maximus autem horum Regum tres fuisse observat, eodemque concorditer idemmet iter fuisse persecutos, idemque Christo exhibuisse obsequium: Vno itinere tres simul adoratur; veniunt Magi. E quo sequens deducit mysterium: In uno Christo Iesu, qui omnium credentium via est, inseparata erat ab eis Trinitas adoranda. Similem quoque considerationem S. Fulgentius circa tria à Magis oblata dona instituit: Attentae, inquit, quid obtulerint & agnosce, quid crediderint. S. Augustinus ad hæc eadem dona oculum reflectens, ait: Quid aliud expresserunt in istis muneribus nisi fidem nostram? In eo enim, quod tria offeruntur, Trinitas intelligitur, in eo verò, quod tres sunt, & singuli singula offerant, in Trinitate unitas declaratur. S. Ambrosius in hæc donis principaliora vitæ Christi mysteria expressa fuisse dicit: Aurum Regi, Thui Deo, myrriba defuncto.

Inventa est in eis fides acutior quam asperit. Tenerum enim infantem aspiciēbant, qui instar omniū aliorum famelicus, virginorum uberum lac attendebat; & tamen simul intelligebant, quod idemmet infans, per manum suam, cunctis viventibus de victu & aliis vitæ humanæ necessariis abunde prospiceret: Aperis tu manum tuam & imple omne animal benedictione. Videbant quod ex hyberno gelu super palea tremere; & tamen sciebant, quod idemmet ardentissimos Paradisi Seraphinos amoris sui igne vehementissimè accenderet. At verò quod maximam præcæteris admirationem conciliat, est, quod hos vivæ fidei actus in cordibus suis eo tempore excitavit, quo nulla etiam a Christo patrata miracula viderant, prout tot alii in ætate constantiori viderunt. Turbæ quidem in Evangelio Christo acclamarunt: Propheta magnus surrexit in nobis. Verum jam unicum viduæ Naimiticæ filium unico duntaxat verbo à mortuis ad vitam ab ipso refuscitari viderant. Plebs Hierosolymitana ei quidem applaudebant, dicentes; Iosanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini. Verum quot autem hunc plebs illius applausum prodigi-

Serm. 1. de Epi.

Hom. 3. de Epiph.

Serm. de Epi.

Serm. 1. de Epi.

Serm. 156.

Serm. 160.

digia & miracula operatus fuerat, panem multiplicando in deserto, Lazarum resuscitando, sanando Paralyticum, cœcos illuminando, restituendo surdis auditum, mutis loquelam. Non verò ea Magi viderant de quibus proinde B. Thomas cum admiratione scribit: *Iam verò quanta fuerit in eis fidei perspicacia, res ipsa ostendit; nulla viderant adhuc infantis miracula, nulla prodigia, non eum maria calcantem, non mortuos suscitantem, non cœcos illuminantem viderant, non ejus sapientiam noverant, non doctrinam audierant; & tamen in summa rerum egestate & ultima humilitate Dei majestatem agnoscunt, & colunt, carnis velum mentis acie penetrantes, & post partem nostrum glorie Regem intuentes.* Idem quoque B. Laurentius Justinianus scribit: *Nullum sane viderant ab eo miraculum fieri, nullum illos exhortantem audierant, & tamen ex ducatu stella, maxima cum itineris fatigatione Christum Regem natum videre & adorare cupiebant.*

Serm. de
Epiph.

Serm. de
Epiph.

In Matth.

¶ Porro sancti hi Reges primi fuerunt, qui Deo novæ fidei Evangelicæ obtulerunt primitias. Fuerunt ex Gentilibus & Idololatriæ primi, qui Christianæ Religionis fecerunt professionem. Unde S. Thomas ait: *In istis fides Gentium, ut primitia Deo consecratur.* Enimvero non solent primi fructus multum esse sapidi & substantiosi, eo quod perfectam nondum affecti sint maturitatem: Veruntamen acceptabiliores præ reliquis esse solent propter raritatem. In hisce autem primitiis hanc cernimus gloriam, quod nec fides in illis vivacior & venior, nec opera eidem fidei conformiora desiderari potuerint. Verum enimvero quamnam

nobis per vivam hanc fidem suam doctrinam post se relinquunt? Tunc pridem ab Idololatriæ cultu, & secundum nonnullos graves aucthores, à superstitionibus atque Magiis egressi fuerant, & tamen vix in stabulum istud oculos suos conjecerant, cum ex cœca idola sine dilatione calcibus proterentes, Orienti, delitiis, amplissimorum Regnorum suorum imperiis terga vertunt, laboriosoque itinere absoluto, coram summo cœlorum Monarcha, se tanquam fideles servos summa cum reverentia & veneratione sese prosternunt, ac denique mutatione adeo stupendam adoriuntur, ut subito perfecti & sancti evaserint, & tamen illum pro salute nostra in patibulo suspensum nondum viderant, nondum Christus Ecclesiam fundaverat, nondum Evangelium prædicarat, nondum Sacramenta instituerat, cœlum quoque Emphyreum nondum tot innumeris Martyribus, qui pro fide sanguinem suum fudissent, refertum fuerat. Et ut unico verbo omnia absolvam, nondum tempus illud advenerat, in quo Testimonia tua credibilia facta sunt: nimirum. Et tamen inventa est in eis fides acutior, quæ fidei nostræ utique condemnabit obscuritatem. Unde B. Laurentius Justinianus ait: *Clamat prorsus contra nos istorum fides gentilium: absentem quaerunt, & nos presentem contemnunt. Hominem regnaturum super Israel agnoscere atque adorare voluerunt, nos autem presidentem in cœlo, & in terra nec aspiciere, nec illi famulari dignamur.*

Psal. 92. 24

* * *



Fides trium Magorum Abrahamæ, boni Latronis, & Centurionis
fidei longe præfertur.

DISCURSUS QUINTVS.

Adoraverunt eum. Matth. cap. 2.

Serm. 2. de
Epiph.

S Bernardus tres hosce Reges, ad
natum infantulum veluti Do-
minum cœli & terræ adoran-
dum, in stabulo Bethlehemitico
humillimè prostratos cernens,
ad nos conversus dicit: *Videte
quàm oculata sit fides, quàm
Lynceos habeat oculos diligentius considerate.*
Naturalistæ de Lupo cerviero memorant, cum
oculorum acie adeo acuta præditum esse, ut ex
uno monte ad alterum commode ferri possit.
Sic quoque vera fides oculum adeo perspicua-
cem obtinet, qui ad oppositum illius, quod vi-
dit, credendum pertingere valet. Filium enim
Dei pauperculus pannis involutum esse conspi-
cit, & tamen hunc eum esse *in quo sunt omnes
thesauri*, firmiter credit. *Cognoscit (inquit san-
ctus & mellifluus Doctor) Dei filium latentem,
cognoscit in ligno pendentem, cognoscit morien-
tem; siquidem latro in patibulo, Magi in stabulo
cognoscunt; ille clavus infixum, isti pannus in vo-
lutum.* Admirabilis equidem latronis in Cal-
vario monte suspensi fides fuit, nec non & illa
centurionis, uterque enim in Cruce penden-
tem, Christum filium Dei esse agnovit. *Centu-
rio vitam agnovit in morte, latro Regem; cen-
turio Dei filium simul & hominem pronuntiat.*
Verum enimvero undenam latro Christum in
sua secum societate, tanta cum ignominia Cru-
ci affixum, Regem gloriæ esse conjicere potuit?
opprobria videbat & ludibria ei irrogari, & ta-
men sicut supremæ majestatis Deum venera-
batur: nuditatem & paupertatem conspiciebat
in suo patibulo, & regna ab eo deposcebat.
Quomodo centurio enim Filium Dei esse cre-
dere poterat, quando Judæos ex una parte au-
diens dicentes: *S: filius Dei est, descendat de cru-
ce & credimus ei* ex altera parte non vidit,
quod ad divinitatem suam contestandam ali-

Matth.
27. 42.

Manus sanctuaris Tom. I.

quod operaretur miraculum? Filius Dei natura
sua est ab æterno Patre suo inseparabilis, ipse
autem Christum paulo ante audiverat dicen-
tem: *Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me?*
Etenim B. Thomas audacter dicit: *Mira qui-
dem fides latronis, quia Deum oravit in pati-
bulo, sed non minor Magorum, quæ Deum ora-
vit in stabulo.* Tam bonus latro & centurio,
quàm hi Reges infallibilia viderunt cœli testi-
monia, quæ eum Dei filium esse declarabant.
Viderunt hi stellam noviter in aère coruscantem,
illi verò solem viderunt in ejus morte ob-
tenebratum. Unde S. Augustinus ait: *Eo nascentem
se lux nova est in stellam reuelata quo moriente
lux antiqua est in sole velata* Et in alio quo-
dam sermone dicit: *Novam stellam declaravit
natus, qui antiquum solem obscuravit occisus;
illa luce inchoata est fides gentium, illis tenebris
accusata est Iudæorum perfidia* Latro & cen-
turio in Calvario monte eum confessi sunt esse
Deum, Magi verò id ipsum fecerunt in stabulo;
illi eum Deum esse crediderunt, dum esset in
Cruce patibulo, hi verò dum esset in præsepio;
illi hanc circa eum confessionem habuerunt,
dum nudus esset, & cum clamore valido & la-
chrymis plangeret. hi pariter dum tremere &
fletu in fœno: Ibi in duorum latronum medio
erat; hic verò in Bethlehem in medio duorum
animalium. Unde ubi nostra vulgata in Aba-
cuc legit: *in medio annorum novum facies*; alii
legunt: *in medio duorum animalium recogno-
sceris.* Et S. Hieronymus: *In medio duorum la-
tronum*; adeoque adimpletum est in præsentem
occasione propheticum istud oraculum; siqui-
dem hi Reges primi fuerunt, qui Christum in
medio duorum animalium agnoverunt & ad-
oraverunt tanquam Deum, imo fide sua ulte-
rius progressi sunt, ipsum quoque tanquam
Redem prærem agnoscendo, adeo ut jure credi
possent.

Serm. 6. de
Epiph.

Serm. 4.

Cap. 3. 2.

H

possent.

possit, quod per divinæ revelationis instinctum, eum quoque in Calvario monte inter latrones contemplati fuerint passibilem, Unde hoc sine mirram ei, inter cætera dona sua, obrulerunt: Imo idemmet S. Bernardus Magos in confitenda & contestanda Christi nativitate latrone & centurione superiores fuisse dicit; hi enim id ipsum verbis tantum fecerunt & corde, illi verò in super opere. *Quicquid illi sermonibus, isti muneribus conficiuntur.*

1. *Quam oculata est Fides.* Magorum fides latronis fide longè superior fuit, id quod de fide centurionis etiam haud immerito dici potest, quia ut B. Thomas optimè notavit: *Ille forsitan ejus opera audierat, isti verò nihil in eo audierant aut viderant quod notarent.* Etenim Redemptor noster paulo ante à Pilato examinatus fuerat, cui examini duos quoque reos illos, qui sui futuri erant Crucis supplicii locii, interfuisse, satis est credibile. Unde verisimile est quod bonus latro hæc Christi verba audierit: *Regnum meum non est de hoc mundo;* cum igitur postea superhumanam illam viderit patientiam & mansuetudinem, qua pro suis crucifixoribus veniam imploravit, audivisset quoque eum spiritum in manus Patris commendantem, aliis quoque temporibus multa forsitan vidisset miracula, quid mirum est, si audita sua prædicatione, observato numerosissimo eum semper consequente comitatu, & innocentissima, quam ubique semper egerat, vitæ conversatione, ad unicum duntaxat radii divinæ gratiæ contactum, illum tanquam Deum confessus fuerit, postquam tot alios, eum tanquam talem, adorantes vidisset, siquidem & ipsemet dæmon hoc fecit, prout scribitur Marci, capite. At verò Magorum fides longè acutior & perspicacior erat. *Videte quam oculata sit Fides.* Hi enim dæmones hæctenus juxta popularem regionis suæ consuetudinem, in Idolis adoraverant, superstitionibus & Magiis suis ad aures usque immerisi erant: neque alia occasione oculos suos in cælos elevabant, quam ob vanam astorum observationem, non verò ad cæli terræque creatorem adorandum, sed contumeliandum potius. *In cælo Dis totidem* (ait Chrysológus *quot syderibus serviebant.* Nullam adhuc habebant patrorum miraculorum notitiam, siquidem nulla etiamnum miracula Christus parrarat; nec erat, qui eos in fidei nostræ dogmatibus nonnihil eru-

diisset. Imo videbant, quod Judæi, quorum Christum natum Regem proclamabant, de quibus etiam scribitur, *notus in Judæa Deus,* quod inquam hi, cum non solum non agnoscerent, verum etiam ob id in aula Herodis experiebantur commotionem & turbatorum animorum strepitus. Et tamen eum adeo vilem & contemptum puerulum in stabulo super fœnum absque ulla divinitatis nota jacere videntes, *prociuentes adoraverunt eum.* Porro Pastores ab Angelo, verbi divinitatem, eis clarè revelante admoniti, stabulum quidem ad præstandum ei obsequium & homagium ingressi sunt, Evangelista tamen eos illum *cultu latricæ* adorasse, uti Magi fecerunt, nequaquam dicit, quod tamen à Magis factum esse expresse declarat dicens: *Prociuentes adoraverunt eum.* Ad hæc quidnam hi tres Reges de Christo crediderint, in trium donorum suorum oblatione satis superque manifestarunt, neque enim ipsi utpote coronati Reges se unquam adeo humiliter, coram infantulo recens nato præstravissent, nisi in eo Dei supremam majestatem verè agnovissent, scivissentque eum esse, cujus lateri seu fœmori inscriptus est gloriosus hic titulus: *Rex Regum & Dominus dominantium,* & in cujus manu universa Regum corda sunt reposita: verisimile quidem est, quod prudentia humana in naturali rationis discursu eis in stabulum illud ingredientibus, & infantem hunc in brachiis pauperculæ matris jacentem, panniculis involutum, atque ab asini & bovis spiritu calefentem videntibus, similes fere suggesserit contradictiones. Quæ ratione fieri potest, quod infantulus hic, sit idem ille de quo scriptum est: *Magnus Dominus & laudabilis nimis, terribilis est super omnes Deos?* Qualis est Rex ille, quem subditi non receperunt, qui proinde in stabulum quoddam inter jumenta divertere coactus fuit? Nunquid filius Dei sedem suam super Cherubim collocatam habet? *Qui sedet super Cherubim.* Quæ ratione esse potest, quod hic puer Deus ille sit, de quo ab Isaia vaticinatum fuit, dum ait: *Et vocabitur nomen ejus admirabilis,* quando ipse adeo est miserabilis? quomodo dici potest consiliarius, qui insans est mutus? fortis, qui tenellus est infantulus? pater futuri sæculi, qui

Psal. 95. 46

I/a. 9. 6.

qui constim, ut natus erat, subjectus est morti? Princeps pacis, quo in mundo comparente omnes susque deque vertuntur civitates & Reges? *Turbatus est Herodes, & omnis Ierusalem cum illo.* Quomodo esse potest, quod, qui per faciei suae aspectum cunctos beatos lætificat, nunc in facibus plorat; tremat præ frigore, qui Seraphinis accendit: non formet verbum, qui verbum est Patris; qui scit reprobare malum & eligere bonum, in locum caeli empyrei, foetidum sibi stabulum eligat? Quomodo fieri potest, ut, cui omnes Hierarchiæ angelicæ obsequia deferunt, bovis & asini immixtus sit societati? maximè cum ipse sit æterni Patris increata sapientia; hi verò stolidi & bruta animantia; at verò non minus est credibile, quod omnibus hisce contradictionibus unica se opposuerit ipsorum vivacissima fides. *Videte quàm oculata sit fides.* Porro P. Magister Avila in quadam Epistola sua scribit, quod ratio quidem humana Regum istorum, nunquam se hunc recens natum Judæorum Regem in stabulo quodam reperituros esse, persuadere sibi potuerit; stella verò, id est, fides ulterius progredi noluit, sed immobilis substitit, lucidissimis radiis suis, veluti totidem linguis clarè monstrando, quod in hoc loco rationi naturali abscondito, is requiesceret, qui cunctas scientias, omnemque rationem in immensum usque superaret, ut exinde nos discamus, in iis rebus maxima cum firmitate & certitudine credere, ubi minima nobis credendi signa occurrunt, quod si enim à ratione humana sese gubernari permisissent, utique eum quæsituri fuissent in regio quodam palatio.

3. *Videte quàm oculata sit fides.* Enimvero Abraham primus credentium Pater extitit, cujus proinde fides à Spiritu sancto perfectè deprecata fuit. Deus etenim illi, ex Chaldæa, ubi Idola adorabantur, erepto lumen supernaturale, & sui perfectam agnitionem infudit, eumque velut caput illi populo præfecit, qui inter omnes terræ nationes debitum vero Deo cultum exhibiturus erat. Quod autem hosce Reges attinet, sunt & ipsi à Deo modo profusè stupendo ex Idololatricæ tenebris, è Perside, è Chaldæa erepti, ut cunctorum gentilium populorum, ad agnoscendum verum Deum, & Idolola-

triam pessundandam anresignari fierent. Veruntamen quasdam inter hujus magni Patriarchæ, & horum Regum fidem similitudines & dissimilitudines penitus ponderemus. De Abraham dicitur in Genesi: *Dixit autem Dominus ad Abram, egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi, faciamque te in gentem magnam. Cui confestim Abraham obedivit, nam egressus est sicut præceperat ei Dominus. Quod si autem Regum istorum fidem examinaverimus, eandem non solum similem, sed fide Abrahæ longè superiorem esse inveniemus. Dixit Dominus ad Abram. Deus igitur erat, qui serio suo Abrahæ directè & immediatè loquebatur, eique præcipiebat: *Egredere*, modo quodam imperativo. Quis autem Deo se opponere poterit? *Non est qui tua possit resistere voluntati.* Ad hoc ut non decipiamur, exitium quid est, si ipsissima prima & æterna veritas nos divinum velle suum agnoscere faciat. Quoties enim serpens astutus transfiguratur se in Angelum lucis? Porro Cajetanus plus dicit, nimirum quod Deus gloria ineffabili accinctus Abrahæ apparuerit, ut eum per hoc inescaret, & facilius ad domus suæ commoditates simul & semel deferendas disponderet. Quæ opinio per textum illum in actibus Apostolicis relata mirè confirmatur. Dicit enim ibi sacer textus: *Deus gloria apparuit Patri nostro Abraham.* Adeoque Abraham non solum Regis gloriæ vocem audivit, sed & ineffabilis Paradisi pulchritudo ei magna ex parte exhibita fuit, ut inde non jam vastum aliquod Regnum, sed modicam liquam domum facilius deferere posset. Quanto igitur Regum istorum fides admirabilior fuit, quibus Deus se nequaquam videndum exhibuit, multo minus Angelum quendam submisit, nec vocem suam ipsorum auribus insonare fecit, sed stellam quandam spectandam solum præbuit, & tamen fides ipsorum tantum in ipsis obtinuit, ut relictis sceptris & regnis suis, periculosum fuerint iter aggressi? unde sanctus Maximus ait: *Apud Iudæos Prophetæ loquuntur, nec audiunt: apud gentes stella tacet & suadet.* Nullum (inquit etiam Beatus Laurentius Justinianus) illos exhortantem audierant, & tamen vix oculos suos in stellam istam coniecerant, cum ecce admo-*

Gen. 12.

Esther 13.9.

Act. Apost. 7.2.

Hom. s. de Epiph.

Serm. de Epiph.

tis quasi ad latera sua calcariibus, & explicatis desideriorum alis ad Bethlehemiticum tugurium protinus advolant, imò ad locum protinus advolant, imò ad locum progrediuntur quem ipsimet nesciebant, stella solius ducatu obedientissimos se exhibentes, Considerandum est etiam, Abrahamum pastorem fuisse ovium, non verò ex stirpe regia progenitum, nullum obtinebat sicut Magi isti in populos sibi subditos regimen & imperium, ac proinde longè major in his Regibus, quam in Abrahā erat obediendi, & vocantem sequendi difficultas. Quid enim periculosius aut majori zelotypiæ subjectam esse potest, quam in mediis tempestatibus deserere populum? *Aqua multa, populi multi.* Nunquid res est valde tumultuosa, multisque Reipublicæ motibus implicita, quando à commissio sibi populo discedit, qui eum gubernat, quique imperii fines manu & scepro suo coeret? Adhæc quid unicuique magis adversari, quam quod omnibus hæcenus receptis obsequiis, commoditatibus, delitiis, præ eminentiis & sceptris post terga relictis in iter prolixum, periculis, laboribus atque fastidiis plenissimum quis se committat, idque ut alium adoret, qui in Regnis suis alias adorari solebat, ut thesauros & inunera offerat & præterent idem, qui muneribus à subditis continuo recipiendis assueverat? bene sanctus Thomas ait: *Non eos ardua regnorum negotia, non domestica cura, non disponendarum rerum multitudo detinuit, non diu de itinere consulant, non in longum protrahunt, non expensas & virtualia parant, sed viso sidere, omisis omnibus iter arripiunt, viamque cum omni celeritate percurreunt.* Abraham tulit Sarai uxorem, & Loth filium fratris sui, universamque substantiam, quam possederat, & animas quas fecerant in Haran, & egressi sunt, ut irent in terram Chanaan Adeoque Abraham Sarai conjugem suam, Loth nepotem suum, omnes quoque greges suos, & servos, & quicquid boni & pulchri in facultatibus suis erat, secum duxit, & in terram Chanaan processit, in qua idem Deus, qui eum invitabat, ei progeniem ipsi stellis cœli, & arenis maris numerosiorem, & in eandem pacifica scepra & Lauros promittebat dicens: *Faciamque te in gentem magnam.* At verò hi Reges inter sudores, fatigationes, & innumera fastidia iter suum versus eandem terram Chanaan adoriuntur, non ad adoratio-

nem & obsequia recipienda, sed ad eadem recens nato Judæorum Regi præstanda, non ad recipiendum thesauros, sed ad eos ibidem offerendos, e contra verò ad experitendas difficultates & contradictiones horribiles, *Cruius tyrannus* (inquit idemmet beatus Thomas) *turbatur Sacerdos, exarsit vulgus, præsertimque intentant omnia mortem, sicut absconditur; puer natus ignoratur, populus, qui gratulari debuerat de tanto nuntio perturbatur, & perstant in negotio fortes, constanter capta secantes.* Præterea Abrahæ promissa fuere præmia temporalia & æterna: *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis, faciam te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus, benedicam benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur universæ cognationes terra.* Quid miram igitur si sacer textus subjungat: *Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus? David etenim similiter dixit: Inclina vi cor meum ad faciendum justificationes tuas in æternum, propter retributionem.* In casu autem nostro: *Quæ spes impulsit præmiorum* (inquit Chrysoctomus) *ut ad Regem adorandum venirent? Hi namque Reges non solum non fuerunt per aliquam terrenæ remunerationis promissionem alleciti, verum ultra periculū, in quod se, regna sua post tergum relinquendo, conjiciebant, sciebant etiam quod novum quendam Regem in conspectu Herodis proclamando, perlecionibus cruentas & mortem sibi facillimè conciliarent, & nihilominus, inquit Chrysoctomus, Hoc est sidus in signo, ut absque controversa ulla obediant imperanti, nec tamen mercedem reposcant obsequii.* Porro Apostoli per Petrum, cōmuni ipsorum nomine, Salvatori nostro insinuant: *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, cū tamen nil præter læcera cetia, remosque carie exesos reliquissent, non regna, ut Reges reliquerant, & tamen inquirunt audeat: Quid ergo erit nobis? quam inde reportabimus mercedem? Merito igitur Regibus hilce verba illa applicare possumus: per fidem vicierunt regna. Non eos (inquit B Thomas) tyranni crudelitas, non populi malitia, non syderis desertio, non ignorata natiuitas ab incepto deterruit (& quod fidem illorum magis adauget) non ex stabulum sordet, non paupertas & præsepe vile, non panis offenduntur, non de matris solitudine & in-*

Gen. 15. 1.

Hom. 6. in
Matth.Hom. 8. in
Matth.Matth:
19. 27.

Hebr. 11. 33

opis

Serm. de
Epi

Gen. 12. 2.

opia scandalizantur, sed difficultate augetur animus, & obstaculis conscientia roboratur. Hoc totum quoque B. Laurentius Justinianus optimè consideravit, dum ait: Reliquerunt Reges hi propria, & ad exteriorum transire nationes. Et paulo post subiungit: Maxima cum itinere fatigatione Christum Regem natum videre & adorare cupiebant. Et quidem si verum est, quod nonnulli scribunt, scilicet ipsos in hoc itinere duos annos insumpsisse, merito S. Petrus Damianus de illis scribit: Venerunt in defatigabili labore. S. Augustinus dicit: Non ante paucos dies, sed ante ferme biennium, sicut inquirenti Herodi patefecerunt, unde à bimatu & infra scriptum est: secundum tempus, quod exquiserat à Magis, & S. Chrysostomus ait: ut ad Regem adorandum venirent, tam vasto præsertim à se terrarum spatio separatum. Insuper de Abrahamo facit textus alterius, quod è patria sua discesserit, nesciens quo iret. De hitce quoque Regibus scribitur, quod terminus ad quem laboriosi iueneris sui eis fuerit absconditus & ignotus; ideo enim interrogabant: Vbi est qui natus est Rex iudeorum? Præterea de Abrahamo legitur: Credidit in spem contra spem. Sed quis obscuro fidem suam per argumta iis, quæ oculis suis conspiciabant, apparenter contraria, præ hitce Regibus magis fortiusque exercuit? Porro de Regina Saba omnes scimus, eandem tempore viventis Regis Salomonis ab iisdem Regibus Sabæis discessisse cum multo comitatu & divitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis & gemmas pretiosas. Sed id minime mirandum est, quia Regem quendam maximæ Majestatis, magna quoque sapientia & magnificentia decorum conveniebat. Locuta est ei universa, qua habebat in corde suo, & docuit eam Salomon omnia verba, qua propo-

suerat. S. Augustinus ait: Veruntamen inerat in Salomone doctrina; nec ipsa latentem Deum, sed luquentem hominem, non adorare venerat, sed audire. At vero hi Reges (inquit Dionysius Carthusianus) Ecce Magi iusti, sapientes viri, venerunt cum magno comitatu, utpote Reges; illis namque temporibus sapientes regnare solebant, incensum pariter & aurum attulerunt. Verum enim vero fides eorum in hoc vel maxime scintillavit, quod videntes infantem, adorarint æternum Patris verbum; videndo stellam, eam indicare crediderunt verum solem; demique quod crediderint eum, in cuius honorem Salomon sumptuosissimum erexerat templum, in vile stabuli se recepisse præsepium, verèque indubitata esse verba illa: Ecce plusquam Salomon hic. Idemmet Dionysius scribit: Hic autem qui donatæ erat illam sapientiam Salomoni, & erat virtus ac sapientia Dei infirmitate carnis indutus, adhuc per pusillam atatem tacebat in terris, & jam per amplissimam majestatem clarebat in cælis. S. Maximus Reges hosce res novas & insolitas videndo credidisse observat; Novum erat, ut unigenitu altissimi, quem non capit cælum, parvissimi tugurii minimum præsepe sufficeret; novum erat, qui in cælestibus cum Deo Patre regnabat, terrena matre contentus, vagitus infantis daret in pannis. Porro hanc fidem in cælo locupletissime remuneratam fuisse scribit Guericus; O quanto gaudio ibi tripudiat fides Magorum, cernentium in illa Ierusalem regnantem, quem in Bethlehem adoraverunt vagientem? Hic videtur Angelorum; hic in pannis parvulorum; ibi in splendoribus sanctorum; hic in gremio matris, ibi in solio Patris.

Serm. de
Epi.]

Ser. de epi.
Serm. 7.

Hom. 4. in
Matth.
de lib. vi.
c. 7.

3. Reg. 10.

Ser. 7. de
Epi.

Matt. 12.
42.

Hom. 2. de
epiph.

Serm. 2. de
epiph.

Variae Herodis & Hierosolymæ turbatæ adducuntur rationes.

DISCURSUS SEXTVS.

Turbatus est Herodes & omnis Ierosolyma cum illo.

Matth. cap. 2.

T Res Reges noviter natum Messiam adoraturi ab Oriente discedunt, & Judææ Metropolitim ingredientes interrogant: *Vbi est qui natus est Rex Iudaorum?* Herodes autem & universa

Civitas, hoc accepto nuntio confestim turbantur: *Turbatus est* Verùm quis nobis causam explicabit, cur hi Reges oculos suos in stellam diligentes adeo gavisii sint, ut Evangelista ad hunc exprimendum jubulum dicat: *Gavisii sunt gaudio magno valde: ex altera verò parte Herodes Rex nati Salvatoris nuntium solammodo audiens, intimè conturbetur, & in mitos prorumpat inaudita crudelitatis excessus? Hilarior dicit: Nascente Domino conterretur Herodes, quid mirum, si pietate nascente perturbetur impietas? Velit nolis, Christum Regem fatetur, quando se ab eo regno purat esse pellendum; ecce jacentem in praesepio pertimescit armatus, con remiscit humilem Rex superbus Salomon quidem in Libro Sapientiae, Viri justii oppressionem, in consilium adductam describens, dicit: Opprimamus justum, circumveniamus. Sed quænam est hujus agitati consilii ratio? Contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinae nostrae; Innocentia enim & sanctitas hominis Deo dediti, & humanam conditionem superantis, est veluti aculeus quidam, ut ita dicam in pravorum oculis. Atque ideo cum Christus eo præcipue sine descendit, ut generi humano necessariam infinuaret exemplo suo humilitatem, paupertatem, & mundi contemptum, atque infirmam in cordibus nostris pietatem radicaret: Quid mirum, si Herodes adeo impius & sacrilegus, regnandique adeo cupidus, cum pro vinctus*

ad mortem usque persecutus fuerit? *Quid mirum si pietate nascente perturbetur impietas?* Porro David Christi Nativitatem in spiritu prævidens omnes Principes quæqua verum ad lætitiæ & gaudium, nec non ad nati infantuli adorationem his verbis est cohortatus: *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram; servite Domino in timore, & exultate eicum tremore; apprehendite disciplinam. Ubi in Hebræo juxta Hieronymi expositionem ita legitur; Adorate filium, deosculamini. Primi autem, qui, dum Messias vix natus esset, Regna sua ad eum adorandum egressi sunt, hi Magi fuerunt, atque ideo mirum non est quòd hoc adeo sollicitum Regum obsequium persecutionem & turbationem Herodis adversus eundem puerulum exhibuisset? *Turbatus est, &c.**

2. Porro nulla est passio, quæ humanum intellectum magis exæcet, quàm inordinata dominandi ambitio. Hæc cordi Herodis tyrannicè imperabat, utpote qui Judææ regnum malis sibi artibus usurparat, atque in supremo gradu dominandi avidissimus erat. Audite quomodo eum S. Augustinus in comparatione Magorum describat: *Herodes timet successorem, Magi desiderant Receptorem: illi cupiunt invenire regnum, metuit ille finire regnum.* Herodes autem nequaquam intelligebat, quòd Regnum Christi, prout ipsemet coram Pilato protestabatur, temporale non esset: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Felix profecto fuisset, si quale Christi regnum erat intellexisset. Unde Glossa: *Nato Rege cæli, Rex terra turbatus est, quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum cœlestis celsitudo prædicatur.* Optime profecto S. Thomas considerat, quòd Herodes audito hoc nuntio: *Ubi est, qui natus est Rex Iudaorum?* Concilium illud

Psalm. 136.

Ser. 26. de diver.

illa congregari fecerit, in quo Christum in Bethlehem nasciturum esse conclusum fuit: Et dicit: vel Herodes hisce scripturis, quas scribæ perolverant, & inde deductis testimoniis fidẽ adhibebat, vel non? si credebat, sciebat quod non poterat impediri: quin ipse regnaret & quare ergo interfecit pueros? si non credebat, quare ergo quarebat? Et respondet ipsum non totaliter credidisse, quia ambitiofus erat, & ambitio hominem cæcum reddit. S. Leo ad impium hunc Regem, discursum suum convertit dicens: Super suo Herodes timore turbatus, & frustra in suspectum tibi puerum sa vir e moliris. Ejusque hinc reddit rationem: Non capit Christum rego tua, nec mundi Dominus potestati tua & sceptri est contentus angustiis. Quem in Iudæa regnare non vis, ubique regnat, & feliciter ipse regnaret, si eius imperio ipse subdereris. At verò venissimum est ut plurimum, quod ambitio hominem cæcum reddat. Theophylactus notat Herodem Magis dixisse: Ite & interrogate de puero. Non dixit de Rege, tamen Reges ipsum tanquam talem proclamassent: Neque enim nomen ferre poterat, demonstrans quantum contra illum insaniret. Porro humana prudentia in negotio adeo arduo requirere videbatur, ut Herodes in persona propria, ad puerum hunc querendum abiret, vel certe ut simul cū hisce Regibus aliquem ex fidentioribus ministris dimitteret, qui de rebus omnibus, prout inventæ fuerant, fideliter referret, & tamen nullam quoad hoc adhibuit diligentiam, de Magorum ad se infallibili reditu existens securus, quia ambitio hominem cæcum reddit. Videtur quoque Deus noster demonstrare voluisse, quam sit illa sapientis parantia veritati conformis, qua dicitur: Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, inclinabit illud: Herodes autem cæcus existens, id ipsum intelligere non poterat, quem proinde Ecclesia in Hymno iuste reprehendit dicens: Hostis Herodes impie, Christum venire quid times? Non eripit mortalia, qui regna dat cælestia. S. Augustinus ait: Quid metuit Herodes talem Regem, qui sic venit regnare, ut te nollet excludere? Quem quæris, Rex Regum est? si velles securus obtrine regnum tuum, ipsi suspicares, ut ab illo acciperes sempiternum. Eusebius Emissenus ita scribit: Putabat se infelix Tyrannus, Domini Salvatoris adventu, regali solio detrudendum; sed non est ita, non ad hoc venerat Christus, ut ab eam invaderet gloriam; sed ut suam donaret; nec ut regnum terre-

si præareret, sed cælesti conferret. Observandum est insuper, quod Angelis, circa tugurium Bethlehemiticum, gloriam annuntiantibus, nullus omnino turbatus fuerit, imo pastores gavisus sunt vehementer: At verò dum hi Reges de novi cujusdam Regis Nativitate discurrunt: Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo. Ubi Galfridus ait: Nobis indicat Christus, quod cælestis gloria sit tutor, nã terrena gloria periculosa est & plena discrimini. Prima adoratio prima devotio, quam exhibuere Chalkai, quor pericula visa sit attulisse, & evangelii sequentia manifestant.

3. Turbatus est Herodes Præfiguravit hic Tyrannus Principes scelestos & impios, qui ad Christi futuri Judicis adventum contremiscunt. Porro in prima oratione vigiliæ Natalis, hæc inter cætera sub M. Cæ officio dicuntur verba: Præsta ut unigenitum tuum, quem Redemptorem læti suscipimus, venientem quoque judicem securi videamus. Ex opposito autem quotquot primum adventum cum lætitia non suscipiunt, in secundo longè magis turbabuntur. Potentissimi quondam Reges, ait S. Hieronymus, nudo latere palpabunt: quia rigorosissimam reddidituri sint rationem nõ solum de peccatis suis, sed etiam de omissionibus, de malo subditorum regimine, de scandalis per tot bella, ærumnas, & oppressiones in toto mundo causatis, de tot tantisque injuriis, quæ in regimine populorum ipsorum directioni, non verò ipsorum tyrannidi commissorum, subditis suis intulerunt: Potentes potenter tormenta patientur, quantum glorificavit se, & in deliriis fuit, tantum date illi tormenta. Cuilibet haud dubie notum est illud S. Augustini argumentum dicentis: Quid eris tribunal judicantis, quando superbos Reges cuna terreat infans?

4. Turbatus est Herodes, S. Leo dicit: Herodes in Diabolo fremit, & aufert sibi iniquitatis suæ Regnum in iis, qui ad Christum se a seunt immiscuit. S. Maximus quoque inimicum infernalem, aptius & ad propositum congruentius, nobis describere non poterat, quam per Herodem, qui multa divinitatis suæ mirabilia signa videndo, formidabat & hætebat suspensus: Videbat Diabolus infantem pannis oblitum, & ignorabat ipsum esse, qui remotis initio tenebris mundum luce vestivit: videbat eum mortalis matris ubera sugentem sed nesciebat ipsum esse, qui esurientem Hebraum populum angelico fecit pane, velut cælesti lacte pinguescere; videt at

Serm. 4. de Epi.

Sap. 6. 70

Serm. 5. de Epi.

Hom. 1. in Epi.

Lib. 4. de Symb. ad Catecho.

Hom. de Epi.

par.

parvulum angustis in cunabulis quiescentem, sed videre non poterat ipsum esse quem non capit mundus. Quāto igitur inimicus in hac Christi humilitate, per incerta distractus, stupore nutabat, cum per Chaldaeos precipuos usq; tyrannidis suae ministro; novum videret infantulum, velut novi imperii regem, regis muneribus honorarantur quomodo non stuperet, cum turbatus inspiceret, & Magis suis adorari puerum, quem ipse nosciret quo torquebatur languore, cum pariter ejus & cunas in terris despiceret, & stellam miraretur in caelo?

5. Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo. Subditi ut principi suo adulentur, & ejus erga se benevolentiam sibi conquirant, Principis sui se vestire solent affectibus. Unde S. Paschasius ait: Herodes turbatus, plures suorum habuisse complices scribitur. O misera fragilitatis humana conditio, qua saepe plurimum eis favet iniuste, quos Dei iusto iudicio crudeles sustinet oppressores, nec eis metuit adulari, quos Dei in semet quocumque voluntati conspiciet relictari! Hugo Cardinalis etiam ad idem propositum dicit: Dicendum, quod in veritate turbati non sunt, sed turbationem simulaverunt, ut Herodes haberent favorem, qui multum Iudeorum effuderat sanguinem, & jugum eis imposuerat importabile; unde dicit quidam Sanctus: solet enim plebecula illorum principum studiosius captare benevolentiam, quorum importabilem sustinet benevolentiam. Erant igitur fictiones in populo & fictiones in Rege, hic enim se quocumque parvulum natum adorare velle fingebat Deus autem adulationem populi in damnum ingens Regis cedere permisit; nam concilium ab Herode congregatum, ut Herodis placeret genio, Regem quidem hunc, quem Magi quaerebant, in Bethlechem nasciturum esse dixerat, id vero quod maximi momenti erat abscondebatur. Observavit hoc D. Chrysostomus, dum ait: Cum dixerint, quod ex Bethlechem processurus esset, qui regebat israel, nequaquam tamen id, quod sequitur, addiderunt, in adulationem pro-

fecto Regis, ut ad humana gratia lucrum, virtutis damna proficerent; etenim prorsus clarunt vel subticuerunt sequentia: Egressus ejus a diebus aeternitatis; nimirum ex quibus facili conjectura conjici poterat, ipsum verum esse aeternae gloriae Regem, nec venisse, ut Herodis regnum suum rapiat, sed potius ut eum, dummodo se dignum & idoneum efficeret, caelestis Regni sui participem reddat.

6. Et mittens eos in Bethlechem dixit: Ite & interrogate, &c. Circa quae verba Lyranus ait: Spondet falsum obsequium, ut facilius eos decipiat, & ut ad redeundum ad ipsum inducat. Glossa quoad fictam hanc promissionem: ut ego veniens adorem eum, dicit: Herodes devotionem promissit sed gladium acuit, malitiam cordis depingens colore humilitatis. Hujus personam representant hypocrita. Unde Dionysius Carthusi. inquit: Talis est consuetudo pessimorum, ut dum aliquem in occulto gravius laedere quarunt, humilitatem ei & amicitias fingant; unde tunc amplius metuendum, & praecavendum est à nocumento, dum adversarius magis aridet. Hugo Cardinalis similiter subdit: Acuit interiorius nequitiam, dum exteriorius ostendit innocentiam. Sic quoque in lib. 2. Reg. scribitur: Tenuit Iob ab manu dextera mentum Amasa, quasi osculans eum; porro Amasa non observavit gladium. Decipitur autem Herodes gravissimè, inquit Eusebius Emisenus, dum Christum se invenire posse inaniter sibi persuaderet: Fallitur stulti furor Tyranni; Christum non potest invenire perfidia, Deus non crudelitate quarendus est, muneribus promerendus est, orationibus inquirendus. Utilissimum proinde nobis S. Joannes Chrysostomus documentum suggerit, cujus practicandi frequens nobis occasio subministratur: C. ve, inquit, ne Herodis efficiaris similis, & dicas: ut ego veniens adorem eum; cumque veneris interimere coneris; hujus enim similes sunt, qui indignè abutuntur communionis mysterio, reus enim inquit, fit iste corporis & sanguinis Domini.

Lib. 2. in
Matth.

2. Reg. 29.

Hom. 5. de
Epi

Hom. 7. in
Matth.

Hom. 7. in
Matth.

Condemnant hi Reges Magi, summam populi Hebraei Christum non agnoscentis negligentiam, nostramque pariter condemnant socordiam, utpote qui hunc Deum tam negligenter quaerimus, & veneramur.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Ad illi dixerunt ei : in Bethlehem Iuda.

Herodes, noviter nati Iudaorum Regis audito nuntio, turbatus est; probeque sciens quanto hic à populo veluti Messias ipsorum cum desiderio expectaretur, omnium Synagogarum primatum, Sacerdotum, scribarum, omniumque aliorum totius Hebraismi sapientum congregati fecit concilium, ut vel sic locum, in quo juxta prophetorum oraculorum vaticinia nasciturus erat, ab eis tanto securius intelligere posset. A quibus tandem hoc retulit responsum, scilicet nasciturum eum esse : *In Bethlehem Iuda; sic enim scriptum est.* Et quidem rametsi verisimile sit, quod non solum novi Regis nativitas, sed & locus, in quo futura erat, per universam fuerit civitatem divulgata, vix tamen aliquem in tota reperies Hierosolyma, qui hunc ipsorum Messiam & communem Redemptorem, cum in qua, quem mediantibus Patriarchis & Prophetis suis, per tota seculorum decursum adeo instanter postularant, veneraturus, ad sanctum hoc tugurium Bethlehemiticum sese contulisset : Unde Theophylactus ait : *Quare Magi veniunt ? in condemnationem Iudaorum, nam cum Magi, homines cultui idolorum dediti crediderunt, quam postea defensionem prætexent Iudæi ?* Ipsi metenim sunt, qui ex scripturis sacris infallibilibus Christi in Bethlehem completam Nativitatem annuntiant : *At illi dixerunt ei ; in Bethlehem Iuda. Quomodo igitur ignorantiam prætere, aut per eam excusare se possunt ? dum locum Nativitatis offendunt ?* inquit Simon de Cassia) à seipsis sunt accusati & condemnati, à nemine vero excusati. Enimvero singulatis quidam infallibilis providentiæ Dei tractus fuit, quod Magis stella juxta Hierosolymas subducta fuerit, ut Hierosolymam intromerent (ait Dionysius Carthusianus) ad majorem sui confirmationem, & Iudaorum confusionem ac condemnationem; videlicet ut testimonio prophetali certificarentur de puero nato, & ut Iudæi inexcusabiles fierent, eorumque ca-

Manu Sanctuarii Tom. I.

citas atque desidia confunderetur, dum gentibus Christum confitentibus ac desiderantes quaerentibus, ipsi nec crediderunt, nec quaesierunt, imò Regem suum, quem ex libris Prophetarum aliis monstraverunt, ipsi videre neglexerunt. Ita etenim incarnata sapientia cœlestis disposuerat, ut Nativitatem suam scirent, eamque Herodi & universæ Civitati manifestarent. Unde Glossa ait : locum Nativitatis expriment, quem testimonio scriptura didicerunt, ut ipsa eorum scientia illis fieret ad testimonium damnationis, nobis ad adiutorium fidei. Porro S. Augustinus hosce scribas & Sacerdotes iis, qui Arcam fabricarunt Noëticam assimilavit, illi namque ad Salvandum Noë, & universam ejus familiam fuere cooperati, cum tamen ipsimet perierint, & una cum aliis, in aquis diluvii fuerint submersi : vel etiam dici possunt similes fuisse lapidibus in capite platearum positis, qui ad præcavendum aliorum errorem, viam quam ingrediantur, iisdem ostentant, cum tamen ipsi loco se nequidquam moveant. Similes lapidibus à milliariis viam ostenderunt, nec ipsi ambulare potuerunt. Enimvero quando stella ab horum Regum oculis se subduxit, tunc luminosi radii tum dictis Regibus, tum Hebræis vel maxime scintillare cœperunt. Sed quam putas ob causam ? nimirum ut ad urbis Hierosolymitanæ ingressum necessitati, ibidem à convocato inibi scribarum & sacerdotum concilio, per infallibile scripturarum sacrarum testimonium, de loco, in quo supremus hic Rex nasciturus erat, scilicet Bethlehem, certiores redderentur ; ille etenim Deus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, voluit ut præ cæteris gentibus Hebræi (pro quibus specialiter natus fuerat) locum Nativitatis suæ non ignorarent. Unde S. Hieronymus dicit : ut Sacerdotes à Magis interrogati, ubi Christus nasceretur, inexcusabiles fierent de adventu ejus. Quam etenim populus ille, ob neglectam Regis sui noviter nati agnitionem, ad ferre excusationem poterat. Quod enim ex progenie David nasciturus erat, eo nihil erat certius, siquidem Archange-

Ius B Virgini in annuntiatione dixerat: Dabit illi Dominus sedem David Patris eius, & regnabit. Unde & sacerdotes ac scribæ eum in Bethlehem civitate David nasciturum esse aperte confitebantur. Poterant quidem ignorare Hierarchias Angelicas & super togonium Bethlehemiticum descendisse, Angelorum quoque apparitionem, quæ Pastoribus contingerat, latere item illos poterat in aère de novo producta miraculosa stella: at verò nunc, cum tres illos Orientis Reges in tam augusto fastu & pompæ ingenti splendore adventantes viderint, suisque auribus eisdem evidens nativitate suæ testimonium, hac prodigiosa stella mediante, perhibentes, nec aliud, quam solum factæ nativitate locum sciscitantes audierint, atque ipsimet hunc eis significarint dicentes: In Bethlehem Iuda, sic enim scriptum est, cur Evangelista non iure merito dicat: In propria venit, & sic eum non receperunt? S. Augustinus dicit: In terra eorum isti requirebant, quod illi in sua non agnoscebant. Atque ideo paulò post subdit: Hæc Magorum illuminatio magnum testimonium extitit Iudaorum. Optime proinde S. Maximus observavit, quod licet scripturæ factis clarè & perspicuè locutæ fuerint, ipsi tamen Judæi æquè semper surdi permanerint: Apud Iudæos Propheta legitur, nec auditur; apud Gentiles stella tacet & suadet. Unde hanc elicit consequentiam: verè sicut scriptum est, quibus nuntium non est de Deo, videbunt, & qui non audierunt intelligunt. Enimvero quotquot sunt facti Expositores, omnes unanimiter incivilis & ingrati populi huius turpem ingratitudinem cane pejus & angue detestantur, præcipuè verò dum illam e contra, Devotioni & obsequio, quod gentilis hodie exhibuit populus comparant S. Cyprianus, dicit: Ecce alienigena à fluminibus Æthiopia, ad parvulum Christum supplices veniunt, & filii dispersorum deserunt munera; accedunt qui longè erant, & qui prope recedunt. Verum enimvero parum est, quod illos eum non recognovisse dixerim, cum perspicuum sit, quod intuper eum ad mortem usque persecuti fuerint, ideo ut in Ægypto salutem sibi per fugam querere coactus fuerit. Et quam hoc admirabile (inquit S. Maximus) quod exiguus stella radius suspentia alienigenarum corda promovit, cum illum Iudaicum populum, cui mare divisum, cur præbitum

manra de nubibus, nec ignea potuerit, & ipsa de caelo micans columna convertere. At verò dicat aliquis, non de erant alii tituli, quibus facti hi Reges nullam factæ Scripturæ peritiam aut praxin habentes, venientem pro salute nostrâ in hunc mundum, Dei filium denominare potuissent, cur igitur illum Judæorum denominavere Regem? ubi est, qui natus est, Rex Iudaorum? utique sine peculiari inspiratione Divina id ipsum nequaquam accidit. Et quidem mysterium hic latens hoc fuisse existimo, nimirum ut ad populi huius benevolentiam sibi tanto magis comparandam, eumque ad obsequia reddenda, tanto efficacius estimulandum, illum non in secreto, sed in publico in ipsamet videlicet totius Judææ Metropoli Judæorum Regem proclamarent: Quæ ad salutem eorum persistent, prædicantur (ait Chrysostomus) ut ad suscipiendum interim Regem, beneficio sibi blandiente, concurrant.

Hom. 7. in
Matthæ

2. Porro hæc eorum protervia & infamis ingratitude ab omnibus damnata fuit; S. Leo namque dicit: Hunc Principem natum & Pastoribus Angeli, & vobis nuntiare Pastores hunc Principem natum, longinqua Orientalium gentium nationes, insolito novi sideris splendore didicerunt, & ne de loco editi Regis ambigerent, vestra aruditione prodidit, quod stella nos docuit. Tandemque eosdem hac interrogacione perstringit: Cur vobis viam, quam aliis aperitis obstruissis? Etenim similem considerationem S. Petrus Chryologus instituit, dum ait: quid est quod Iudæa Regem, quod legis auctorem Magos scit, nescit Iudæa, Chaldaea refert, non deserit Iudæa; Hierosolyma avertatur & refugit, Syria sequitur & ad rat. Nimirum idiptum præludium quoddam erat omnium eorum, quæ postea eventura erant, scilicet quod Lex Evangelica, quæ Filii Dei in terram descendens adventum annuntiabat, recipienda esset à populo Gentili, ab Hebraismo verò rejicienda foret. Per hoc etiam figuratur (inquit Lyrannus) quod fides Christi erat à Gentibus devotè recipienda, & à Iudæis pro majori parte in Infidelitate remanentibus refusanda, quia Magi, qui gentiles erant, ipsum Christum devotè quaesierunt, & inventum adoraverunt, Sacerdotes autem Iudaorum, audientes Christum natum per caeleste signum, in nullo moti sunt ad ipsum quaerendum & venerandum Porro optime observa-

Serm. 2. de
Epi.

In cap. 7.
Matth.

Ioan. 2.
Serm. 2. de
Epi.

Hom. 5. de
Epi.

De stella
& Magis.

Hom. 6. de
Epi.

Serm. 3. de
Epi.

vit S. Augustinus, quod hi tres Reges gentiles & idololatræ, Christum Judæorum Regem esse proclamavit: & Pilatus pariter paganus, hæc inscriptionem *Rex Iudæorum* crucis suæ vertici superimponi fecerit; imo non obstante, quod populus ille fortiter reclamavit, hæcque crucis epigraphen deleri aut emendari petierit, Pilatus nihilominus sua in opinione pertinaciter perseveraverit, dicēs: *quod scripsi, scripsi*, prouti jam dudum per Psalmistæ oraculum prædictam fuerat dicentis: *Tituli inscriptio nem ne corrumpat*. Tandem vero sub hoc latens mysterium, huic in modum declaravit. *Advertamus, inquit, magnum hoc & mirabile sacramentum. Magi ex Gentibus; illi stellam viderunt in caelo, ille titulum fixit in ligno: utriusque tamen non Regem gentium, sed Iudæorum vel quærebant, vel agnoscebant: Iudæi vero ipsi nec stellam secuti sunt, nec titulo consenserunt. Cur autem ita factum esse existimas? nimirum Christus verificari voluit, quod ipse deinceps prædicturus erat: Multi ab Oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in regno caelorum: filii autem regni ibunt in tenebras exteriores; nam Magi ab Oriente, Pilatus ab occidente venerat; unde illi Orienti, id est, nascenti, ille autem Occidenti, id est, morienti attestabatur Regi Iudæorum S. Maximus quoque optime luctam illam observavit, quæ intercessit inter gentiliū fidem & Hebræorum perfidiam. Factum est, inquit, inter Iudæos atque Gentiles quoddam perfidia certamen. In Chaldæa festivè celebratur Christi nativitas, Hierosolyma vero eorundem tristitiâ conturbabatur; Iudæi persequebantur Christum, quem Magi adorabant; Herodes gladium stringebat, Chaldæi autem donis præparandis intenti erant. Veruntamen quid mirum, si rigida illa Iudæici cordis durities, Christi non recepit infantiam, quando eum tunc quoque est aspernata, quando mortuos revocabat ad vitam? Quid mirum, si in cunis jam entem Christum sperverit Iudæi, quem cum cæcis vel nova daret lumina, vel repararet amissa, languoresque varios salutifero sermone curaret, ad omnia beneficia Domini redimentis ingrati, mendacis lingua calumniis incusabant? quid mirum si in ejus Nativitate stella splendentis initicia neglexerunt, in cuius Passione etiam Sole lucente lætati sunt? Chrysostomus illos se permisisse*

Hom. 5.
ad pop.

dicat, ab invidia sua proflus exæcari. *Tantus siquidem illorum corda torpor obsederat, eique conjuncta par invidia. Idemque etiam S. Maximus confirmat, dum ait: Gentilis stellam Christi videt & venit, Iudæus Christum videt & invidet; in sua venit, & sui eum non receperunt. Cujus itidem opinionis Euthymius extitit, dicens: Exæcavit eos invidia; gloria Christi inviderunt, ne forte magnus futurus esset.*

Hom. 6. in
Matt.

Hom. 4. in
epi.

Hom. de
epi.

3. Verum enim vero magnopere timendum est, ne de nobis quoque Christianis & de iis quidem specialiter, qui hic Romæ commemorantur dici possit, quod in hoc populo detestatus est B. Thomas de villa nova, dum ait: *Ecce à longinquo gens barbara, pia sollicitudine Christum quarit, quem ingrati filii prope positi videre recusant; ex tanta namque populi Iudæorum multitudine, ne unus quidem inventus est, qui audito tam insigni & præclaro nuntio, propinquam Bethlehæm civitatem adiret, & tantæ rei veritatem inquireret: tantus erat illius populimentis stupor & hebetudo iudicii. Quot sunt, qui ad venerandæ hæc loca sancta, lucrandæque thesaurorum spiritualium divitias, laboribus & dispendiis intolerabilibus Romam confluent, & tamen nos in alma hac urbe constituti, ne gressum quidem movemus, multosque non solum menses, sed & annos sine ullo spiritualis lucris profectu abire permitimus? Ac proinde S. Bernardinus super Regum istorum fervore se reflectens, considerataque Regnorum tuorum distantia, nec non prolixitate & molestia viæ, subiungit: *Erubescere Christiane infelix, non imitari sanctorum Magorum exemplum, saltem postquam Iesus dilectus jam non unica stella, sed mille millibus miraculis, sanctorum exemplis, Martyrum virtutibus & triumphis tuam pigræitiam excitat, & tuam cecitatem illustrat, præcipue quia stabilium jam mutavit in cælipalatum, præsepium in regalis regni solium, virginis gremium in Patris sinum, parvitatem in majestatem, panniculos & fascias in gloriosam stolam, lachrymas & vagitus in cælestes concentus, societatem bestiarum in multitudinem Angelorum, ut pie timeas ad Patris dexteram jam sedentem, quem Herodes timuit matris ubera lactentem. Enimvero consideratio quædam hac de re D. Chrysostomi tempori huic, in quo initium fieri solent spectaculorum, Comædiarum, relaxatorum, luxum, aliorumque mundi hujus gau-**

Serm. de
epi. art. 5.
c. 1.

Hom. 7. in Matt. diorum mirabiliter adoptatur, dicit enim: *Bari quidem illi, priusquam Christum viderent, in tam longam propter ipsum exsuperaverunt viam: tu vero nec posteaquam videris illos,*

probaris imitari, cum eum videris, ita eum relinquis, ut post illum curras ad theatra, ac minimum potius videre & audire desideres; Christum quidem in spiritualisium praesepio derelinquis, properas vero jacentem in scena spectare meretricem, hoc autem quibus tandem putamus dignum esse supplicis? Porro S. Bern-

Serm. 3. de epi.

nardus, non Herodis sacrilegi turbationem sed consternationem admiratur Hierosolyma, dicit: Non mirum quod turbetur Herodes, sed quod Hierusalem civitas Dei, qua visio pacis est, cum Herode turbatur, quis non miretur? quod etenim aliis in locis deferatur Deus, ut post ludos possint prophanos currere, malum quidem est minimè modicum: scandalum tamen futurum esset nimis excessivum, si Roma civitas sancta eandem viam, ne dicam praecipitium ingrederetur.

De causis, ob quas stella tribus Magis disparuit, & de monito eisdem ab Angelis dato, per aliam viam revertendi in regionem eorum.

DISCURSUS OCTAVVS.

Et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, & responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Matt. cap. 2.

STella, quæ in Oriente primum videri cepit, tribus Regibus Orientalibus Hierosolymam ingredientibus, confestim disparuit, quæ eadem isdè denuo Hierosolyma egredientibus ante faciem eorum, ducatum eisde-

præbitura præcessit, prouti Angelicus Doctor Aquinas scripsit, dum ait: Datur intelligi quod quando Magi declinaverunt in Ierusalem, stella disparuit, recedentibus autem ab Herode apparuit. Id quod D. Chryostomo motivum subministravit credendi & scribendi superiorem quandam stellæ huic insertam fuisse intelligentiam, dum inquit: Hoc non agit motus syderis, sed virtus quadam plena rationis; ideoque concludit; nec stella omnino, sed quadam invisibilis virtus in specie syderis figurata. Porro disparitionis stellæ hujus mysteria examinanda super sunt. Quem in finem operam ego, vos benignas aures præbete.

Hom. 6. in Matt.

2. B. Thomas de Villanova videns, quod Magi præter stellam, quæ in Oriente eis apparuerat, & in Palestinam usque feliciter per-

duxerat, alium sibi viam ducem Hierosolymis exquiserint, merito illos stellam hanc amisisse dicit: *Grandi utique & notando mysterio, ut qui fidei certo lumine ad Christum dirigimur, id est, philosophicam lucem ulterius non quaramus; quibus verbis ad eos præcipue alludit, qui ad inveniendum Deum mediantibus rationum humanarum argumentis lumen & agnitionem quandam accipere se posse sperant: Humana enim sapientia caligo, clarum fidei nostræ sydus potius obnubilat, quam illustret, ut qui nimium cupit esse Philosophus, facile desinat esse Christianus.*

Serm. de Epiph.

3. *Stella disparuit propter confusionem Iudeorum (inquit S. Thomas) qui cum instructi essent in lege ut Christum quærent, & gentes non essent instructæ, tamen gentes quarunt & Iudææ contemunt. Unde impletur i. Iud. Isaiæ 55. Gentes, quæ te non cognoverunt, ad te currunt. Cum enim hi Reges Pagani in totius Judææ metropolim ingressi, Messias Nativitatem annuntiarint, quis Iudeorum de hujusce Nativitatis ignorantia excusari poterit?*

4. *Stella disparuit propter Magorum instructionem,*

tionem inquit S. Thomas: Non enim solum per stellam voluit se eis manifestari, sed etiam per legem. Volebat enim ut de prophetis informaretur, quæ Christi Nativitatem, in locum ubi nasceretur, vaticinabantur, ut sic ad stellæ prodigium sacra pagina mediante, testimonium quoque accederet Spiritus sancti. *Ipsis autem Iudæis intransibibus*, inquit Lyranus, *stella divina dispositione disparuit, ut necesse haberent recurrere ad civitatem regiam, & ibidem inquirere de Christo nato, ut qui prius fuerant commoniti cælesti signo, confirmarentur etiam dicto prophetico ex Doctorum Hebræicorum responsione.* Unde stellæ hujus disparitio tam Regibus gentilibus, quam Synagogæ documento & instructioni fuit. Et vicissim docent, inquit Chrysofostomus. *Et mutuo à se aliquid adajciunt, Iudæi et Persæ.* Iudæi enim per Magorum annunciationem & prodigiosam stellam de Messias natiuitate certiores evadunt; Magi etenim quærebant: *Vbi est qui natus est? Magi vero à Iudæis discunt, quod ipsum Iesum, quem stella monstraverat, etiam Propheta ante prædixerat.*

Hom. 7.
in Matth.

Stella disparuit, ut salutare nobis monitum suggereret, quod scilicet Deus ut plurimum homines ab aliis hominibus, rarius autem per viam visionum & revelationum cælestium edoceri velit. Stella quidem illa hocce Reges ad Messiam inveniendum tam in interiori cordium suorum, quam extrinsecus sufficienter videbatur instruere, & tamen disparuit, ut hac ratione ad Hierosolymam ingressum moverentur, atque ab eo Concilio, in quo sapientissimi totius Synagogæ concurrerant, plenam de loco natus Messias informationem acciperent.

6. Stella disparuit, inquit S. Thomas, *Propter instructionem nostram; Etenim instrumur, quod qui fideles sumus, non debemus quærere signa sicut isti, qui videntes stellam gavisi sunt; sed debemus esse contenti doctrinis Prophetarum, quia signa data sunt infidelibus.* Aliam insuper idem sanctus observavit instructionem, quam Glossa hisce verbis refert: *Instrumur quod qui humanum auxilium quarunt, deseruntur à divina; illicitum est enim, humanum auxilium quærere, non quærendo divinum.*

7. Stella disparuit, ad horum trium Regum majorem gloriam, ut scilicet viva ipsorum fides magis elucesceret, quod enim stella duce iter aggressi sint adeo prolixum & periculosum, quodque in totius Judææ Metropoli, ad venerandum novum Judæorum Regem appel-

lentes, nec invenientes, qui de noviter nato Rege quidquam iis respondere possint, ipsum nihilominus Judæorum Regem publice proclamant, quod denique ob turbatū ex nuntio nati novi Regis Herodem, totamque Hierosolymorum urbem confertatam, nequidquam deterriti fuerint aut ceciderint animo, imò ad ipsum requirendum quam maximè fuerint animati, manifestum hoc vivæ fidei, & ardentis ipsorum devotionis indicium fuit.

2. Stella disparuit. Adque, ut alii dicunt, ob culpam ipsorum Regum propriam, utpote qui a via sua minimè deviare, sed plenam in stellæ ducatum reponere fiduciam, nec quicquam quemcumque tandem totius Judææ interrogaret, sed setotos stellæ gubernandos permittere debebant. Unde Chrylostomus ait: *Et tu Iudæorum populum repugnantē, urbem vacantiē, insidiansē tyrannum, & fallacem istius sæculi umbram, relinquens in Bethlehem festinus accurrere, & domum spiritus parvi ingredi.* Etenim quamprimum invidiæ Synagogæ & Herodi sacrilego terga vertere cœperunt, stella quoque ipsi de novo comparere cœpit. Dixerant paulò ante: *vidimus stellam ejus in Oriente & venimus.* Nulla enim stella visa interposuere moram; Et postò eadem cum sollicitudine iter suum prosequi, & donec stella dux eorum cælestis subsisteret, nequaquam stare debuissent; sic enim stellæ beneficio semper fuissent gavisi. Quam re Deus nos edocere voluit, quod stella, id est, inspiratione divina nos invitante & vocante, nequaquam iter ejus ducatu cœptum intermittendum, differendum, aut retrahendum sit: *Hodie si vocem ejus audieris, nolite obstruere corda vestra; si enim à via tantisper declinaveritis, periculum est ne abscidens & subducens se stella confestim evanescat.*

9. Stella disparuit, quamprimum invidis & incredulis Hebræis se associarunt, quamprimum in sacrilegi illius Regiam, pedem suum intulerunt, Vix S. Petrus atrium ingressus est Caiphæ, cum ecce mox Christum trina voce turpiter pernegavit, non obstante quòd antea hisce verbis protestatus fuisset: *Etsi si oportuerit me mori tecum, non te negabo.* Hinc igitur urgens aliquod valdeque efficax concludamus argumentum, quod si Magi cæli ducatum & lumen amittunt, quod hominibus pervertis eo tantum sine se associant, ut de Christo eos interrogent, in quonam periculo constituti erunt, qui cum malis conversantur, non ut

Hom. 6 in
Matth.

Deum quærant, sed ob magnam quam de illorum conversatione habent complacentiam? *Cum per verso per uerseris.*

10. *Stella disparuit.* Quamdiu hi reges per montes præruptos & inaccessos profecti sunt, diu noctuque vigilantes, variisque laboribus & fatigationibus subiecti, tamdiu quoque stella coram oculis & multo magis in cordibus luminosa scintillavit, nec unquam ab eorundem oculis evanuit. Quamprimum Curiam ingressi sunt Herodis, in qua in mediis delitiis, voluptatibus, & regis illius excellentiis versabantur (credibile enim est illos in Herodis Palatio hospitio fuisse receptos) mox stella disparuit; siquidem inspirationes & vocationes divinæ, lumen & agnitio cœlestium mysteriorum, inter dignitates, voluptates, & prosperitates humanas, ut plurimum amittitur, refrigerant fervores, & bona communiter evanescent propofita. Deus communiter invenitur ubi non est, inquit S. Philippus id est, inter passiones & dolores Crucis, quibus nunc impassibilis & immortalis in cœlo regnans, non amplius subjicitur. Dic fœdes, quandonam stella hæc Saulo respendit, eumque in Paulum transtulit? *Circumfusi enim eum lux de cœlo.* ut ait Scriptura. Quando scilicet ex equo dejectus fuit, quando integram innumerarum passionum & adversitatum Iliadem sibi revelatam accepit; *Et ostendam illi quanta oporteat in nomine meo pati.*

11. *Per aliam viam reversi sunt in regionem suam.* Estque hoc alterum punctum, quod in præfenti discursu ponderandum suscepimus. Enimverò monitum istud, per aliam viam ad propria redeundi in somnis acceperunt ab Angelo. Circa quod D. Chrysostrimus acutè obsevat, quòd mox, ut sancti hi Reges unà cum muneribus oblatis, seipfos quoque Deo obtulerunt in sacrificium, magnopere quoque proficere cœperint, magisque honorati fuerint: *Nec enim jam stella eos, sed Angelus suscipit, quia scilicet adorando facti fuerunt sacerdotes, cum supplicatione etiam muneribus oblatis.* Atque ideo Deus illis indicare voluit, superesse dona & victimas longè acceptiores quàm sint incensum & aurum. Ecquænam autem illæ? Obedientia: *Melior est obedientia quàm victimæ.* Porro credibile est, vel quod ex propriæ voluntatis electione à sacrosancto illo Bethlehemitico tugurio vix & ne vix avelli potuerint: vel quod nimis sibi vile, suisque majesta-

tibus indignum esse censuerint, si contra factam Herodi promissionem instar fugitivorum ad Herodem non redirent: aut verò quod arduum illis visum fuerit viam inire hæctenus incognitam, longam, valdeque difficilem. Et tamen sine ulla contradictione promptissimè obedierunt.

1. *Per aliam viam.* Scribit Hugo Cardinalis, Reges hosce in navibus quibusdam reditum suum maritimo itinere confecisse, naves autem illas redeuntes ab Herode sæviente fuisse combustas: Idque à Davide prædictum fuisse, dum ait: *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis.* Alii verò opinantur, quòd ad hoc, ut in reditu non deprehenderentur, aliam viam aggressi sint, proficiscendo per loca prærupta & inaccessa, in ærumnarum maximarum perpessione, singulis se noctibus in speluncæ recipiendo. Ita scribit in vita Theodori Cœnobiarchæ Cyrillus Monachus Quia in re optimum documentum suggerunt Iis, qui post vitam sæcularem, spirituali se vitæ dedere volunt, ut perfectionis, Consiliorumque Evangelicorum viam ingredientur strictiorem, austeritatesque sectentur. Unde inquit S. Cyrilianus: *Alio tramite in suam patriam revertuntur; quia necessum est, ut qui credunt ad justitiam, ore etiam confessi sint ad salutem; deinde vias eligant arctiores, & se districtioribus mandatis obligent.* Ut autem quænam hæc arctiores viæ sint, declaret, ulterius descendendo subjungit: *Arcta est castitas, trames strictus humilitas, jejunió affligit & carnem in servitutem redigere, scopulosa sunt semita.* Ad hæc, in quonam hæc viæ immutatio consistat, Eusebius Emislenus melius declaravit, dum ait: *Via immutatio vitæ intelligitur emendatio. Quales autem hæc diversæ viæ sint, quas inire debeamus, ulterius interpretatur dicendo: Quando superbiam suscepta humilitate depouimus, quando ad patientiam ab iracundia mentem deflectimus, quando veteres voluptates & consuetudines pristinas ac desideria antiqua damnamus. S. Fulgentius in Homilia quadam de hodierno festo similiter scribit: *Nec temeamus viam veteris vitæ, sed divinis mandatis humiliter obsequentes, viam mutemus. & in qua præcepit Dominus, ambulemus.* Declaratur demum quænam hæc via sit, subjungit: *Via hominis est vitæ ejus, qui male vivit, viam tenet erroris: qui bene vivit, per viam graditur veritatis; quapropter qui ambulabat viam for-**

Psal. 47 &

De Stella & Magis

Act. Apost. 9, 16.

Homil. 7. in Matth.

Hom. de Epiph.

nica-

nicationis, & iam teneas castitatis: qui ambulabat per viam fictionis, teneat viam puritatis Sanctus quoque Gregorius dum in Homilia de presenti festo, hæc eadem verba moraliter interpretatur, dicit: *Regio nostra Paradisus est, ad quam Iesu cognito, redire per viam, qua venimus, prohibemur, à regione etenim nostra superbiendo, inobediendo, visibilia sequendo, cibum vitium gustando discessimus, sed ad eam necesse est ut flendo, obediendo, visibilia contemnendo, atque appetitum carnis refranando, redeamus. Per aliam ergo viam ad regionem nostram regredimur, quoniam qui à Paradisi gaudio per delectamenta discessimus, ad hæc per lamenta revocamur.* Verum enimvero huic traditæ doctrinæ contrarium hisce præcipuè diebus, vel maximè exercetur, Abhinc enim gaudia, commestationes, choreas, aliasque levitates ordiri consuevimus,

13. *Ne redirent ad Herodem.* Porro ecce tibi propriam mutati in diversam viam itineris causam. Multum namque interest, ne ullus se de novo Herodis, id est, inimici infernalis manibus committat, postquam ab iis semel est liberatus. Magna enim incurrit pericula, qui in pristina denuò recidunt peccata. Unde Glossa ait: *In hac forma datur credentibus, ut devoti ad Deum veniant, & quod jubeat, intendant; scilicet, ne ad Diabolum redeant, sed per semitas virtutum ad patriam redeant.* Et tamen hoc non obstante, sacris hisce diebus elapsis, tanta cum facilitate eadem denuò resumentur occasiones, repetuntur eadem male societates, eadem scandalosa loca frequentantur; Denique per easdem denuò vias redimus in idipsum,

De magnificentia stabuli, in quo Magi quæsitum invenerunt Regem, & qualiter iidem fidem suam in tanta vilitate & paupertate exercuerint.

DISCURSUS NONVS.

Adorate Dominum in aula sancta eius; & pro-
cidentes adoraverunt eum.

Matth. cap. 2.

26. **S**ancta mater Ecclesia, hodierna die, ad debitum Deo nostro præstandum obsequium, in Regiam, sive curiam ejus nos omnes invitat, dicens: *Adorate Dominum in aula sancta ejus.* Verùm quænam est aula ista, cum ipsemet Deus in stabulum quoddam se recipiat? In stabulum? Imo vero; verùm idemmet stabulum antecamera quædam est, cui hodie tres coronati Reges venerabundum præstant obsequium. *Inirantes domum* (Dionysius Carthusianus dicit) *id est, stabulum, seu diversorium, brutis potius quam hominibus aptum.* Ideoque cum comitatu Majestatis sue dignè advenissent: *Venerunt cum magno co-*

mitatu, utpote Reges. Porro verba: *Et ecce Magi insolitorum prodigiorum expressiva existunt; Solemnis etenim Regum mos est, quoddam ad deferendos aliis Regibus honores, eosdem non in propria persona, sed legatis suis intervenientibus convenire soleant; Et tamen hi tres Reges non per alios, sed ipsimet, in persona propria, regna sua deferunt, junctoque singulorum comitatu, & thesauris suis, simul & concorditer Palæstinam versus se recipiunt.* Et quidem minimè dubitandum est, quin hæc tolemissima protus legatio fuerit, quam totus unquam vidit orbis terrarum, tum propter accelerationem, tum ob serenissimorum capitum legationem hanc obsequium pompam, & amicorum

suorum multitudinem, siquidem tres hi Magi magna sapientia in clyti Reges fuerunt. Illis namque temporibus (ait Dionys. Carthuf.) sapientes regnare solebant. Tum quod quilibet ipsorum magnos & regios secum thesauros ad offerendum tulerint, habuerint quoque in suam viam ducem novam quandam & prodigiosam stellam, quæ nusquam in cælo hæcenus comparuerat, denique maxima & solemnissima fuit legatio, quia solemnissimum & maximi ponderis negotium in eadem habuere tractandum, cuius simile terræ cum cælo nunquam intercessit, quale nimirum erat sponsalium Filii Dei cum Ecclesia paciscendum & ineundum: *Hodie cælesti sponso iuncta est Ecclesia.* Quibus omnibus pro majori hujus legationis gloria, addendum est meritò, quod ea ad summum Monarcham fuerit directa, ad eum nimirum, in cuius scemore scriptum est: *Rex regum & Dominus dominantium. Magi videntes stellam dixerunt ad invicem: Hoc signum magni Regis est; Stella ista sicut flamma coruscet, & Regem regum Deum demonstrat.* Ac proinde cum illis perspicuum fuerit, quod ad gloriæ Regem adorandum sese reciperent, ad eum nimirum, qui dicit: *Per me Reges regnant;* qui rotius uniuersi Monarcha erat, facile conicere possumus, quemnam sibi per viam de ejus Majestate & excellentia conceptum formaverint, eumque haud dubiè tanto generosiores, quanto evidentiorem hanc in interiori cordis sinu vocem invitantem audiebant: *Adorate Dominum in aula sancta ejus.* Credibile est utique, eos omnino existimasse, se eum visuros esse, veluti ab aliis Regibus tributariis suis, stipatum. Hinc quoque in Judææ Metropoli de regia Herodis nequaquam interrogant, multò minus de templo, idque, quia se illum in loco quodam longè sublimiori suæque Majestati magis condigno inventuros esse credebant. Porro de stella ducis eorum Scriptura dicit, quod steterit: *Antecedebat, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer.* Circa quæ verba Author operis imperfecti dicit: *Stetit supra caput pueri, quasi dicens: Hic est, ut quia loquendo monstrare non poterat, stando monstraret.* Enimvero quando legati regii, Regi recens nato congratulaturi in Palatio quodam regio appellunt, ii quorum interest Regem illum, licet is tenellus adhuc infans sit, in aula quadam regia, sub augusto Baldachino, in cunis veluti magnifico quodam throno positum Principi-

Hom. 2.

bus seu regni primatibus obsequiosis & venerabundis, atque in signum regalis potestatis & magnificentiæ regia insignia portantibus stipatum publicè exponere solent. Hi autem Reges intrantes domum, id est, stabulum, ecce Regia, invenerunt puerum, ecce Regem infantulum, sed non in magnificis cunis aut throno regio, sed in quodam animalium præsepio positum. Quemnam autem Regum istorum hanc speluncam ingredientium sensum fuisse existimas? Num fortè se à stella hac, veluti stella quadam errante delusos esse crediderunt? aut suos mox è stabulo revocaverit gressus, aut verò loci hujus vilitatem & pauperitatem sunt aspersione quaquam, quin potius gressi sunt gaudio magno valde & precipites adoraverunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei aurum, thus & myrrham. Quis unquam majus vidit prodigium isto, quod scilicet hi Reges, qui subditos suos quotidie ad pedes suos prostratos videre, tributorum thesauros ab iisdem accipere consueverant, modo non super terræ pavimento, sed super stabuli fimo se prosternant, ut adorent, & thesauros suos offerant? *Quid facitis, o Magi, quid facitis?* sic eos interrogat S. Bernardus: *Lactentem puerum adoratis in tugurio vili in vilibus pannis? Ergone Deus est iste? Deus ceriè in templo sancto suo, Deus in cælo sedes ejus; & nos queritis in vili stabulo, in matris gremio? Quid facitis quod & aurum offertis? Ergo Rex est iste? ubi aula regia? ubi thronus? ubi curia regalis frequentia? Quasi sanctus hic Doctor dicere vellet: Vos quidem ad adorandum invitati estis, attamen non alium quàm Deum: *Adorate Dominum.* Sed ubi adorandus est Dominus? nò in stabulo quodam, sed in regia quadam. *In aula.* Nunquid aula est stabulum, thronus præsepium, curia frequentia, ioseph & Maria. Et ubi sunt custodiae regie? num fortè earum loco sunt duo illa stolidi animalia? Augustinus dicit: *Non sub poplite sella regalis, non de mœuria purpura, non de capite diadema fulgebat, non pompa famulantium, non terror exercitus, ja-cebat in præsepio puer ortu recens, exiguus corpore, contemptibilis paupertate.* Credibile insuper est, horum Magorum ministros aulicos, clam inter se de commisso à Regibus suis gravi errore mississe aut murmurasse, dixisseque, Regem quem quærebant, non in stabulo, sed in templi Hierosolymitani sanctis sanctorum quærendum esse, quia *Dominus in templo sancto suo.* Unde Author operis imper-*

Serm. 1. de Epiph.

Serm. 7. de Epiph.

Hom. 2. Imperfecti dicit: Nunquid viderunt palatium marmoribus splendidum? nunquid matrem ejuſ diademate coronatam, aut in lecto aureo recubentem? Nunquid puerum auro & purpura involutum? nunquid aulam regiam diſverſis populis perſonantem? ſed quid? Pandochium tenebroſum & ſordidum, & magis animalibus quam hominibus aptum, matrem ejus vix tunicam unam habentem, non ad ornamentum corporis, ſed ad tegumentum nuditatis proficientem, quam habere poterat uxor Carpentarii: & hoc in peregre conſtituta puerum panno ſordidiſſimis involutum, & in ſordidiori quoque praſepio poſitum. Nunquid hæc vobis egregia quædam regia cujuſdam deſcriptione eſſe videtur? Quenam enim hic regni veſtigia conſpiciuntur? Qua regni, ait

Hom. 6. in Matth. Chryſoſtomus, vidiffe feruntur inſignia? Humile profeſſo tugurium, ſqualidumque praſepium, & parvulum panno vilibus involutum. Sanctus Bernardus interrogat: Quomodo ita inſipientes facti ſunt viri ſapientes, ut adorent parvulum deſpicibilem tam ſua aſtate, quam paupertate ſuorum? Moxque idem ſanctus reſpondet: Inſipientes facti ſunt, ut fierent ſapientes: quia enim per ſapientiam ſuam mundus in ſapientia ſua Deum cognoſcere non poterat, placuit Deo per ſtultitiam prædicationis, ſalvos fieri credentes. Quisnam oblecto, hiſce Magis tantam ſapientiam, quæcum Deum hunc in tanta humilitate agnoſcerent, infundit? ſanctus Maximus ait: Cum parvulus & inſans apud Iudaam vagiret in cunis, lateret in panno, magnificentiam tamen ejus uni verſo orbi, mirabilis ab alto ſtella prædebat. Novo quidem ſydere tunc micabat cælum, ſed Magis novo mundus lumine refulgebat. In hac etenim ſtella Deus ad cor eorum locutus eſt interioribus, eosque edocuit. Unde ſanctus Bernardus dicit: Profeſſo qui illos adduxit, iſe & inſtruxit Chryſoſtomus quoque Deum ex data opera noluiſſe dicit, ut Reges iſti extetnum aliquod in Chriſto recens nato Regni vel Divinitatis ſignum conciperent: Idcirco nihil ibi de ſenſibilibus iſtis grande conſpicitur, ſed anguſtum tugurium & vile praſepium, & inops mater. Quanto autem cum myſterio recondito id factum ſit, velim audire: Vt melius nuda Magorum Philoſophia claſceret, Unde ſanctus Auguſtinus dicit: Sed magnum aliquod late-

Hom. 3. de epiph.

Hom. 8. in Matth.

Serm. 7.

bat in parvo; quod illi homines, primitiæ gentium, non terra portante, ſed cælo narrante, didicerant.

2. Didicerant. Enimvero id, quod Magi cælo narrante didicerant, beatus Laurentius Juſtinianus vehementer obſtupeſcit, dicens: Vnde quaſo tanta fides, unde tam clara divinitatis beatis illis effuſit cognitio? Minime ibidem regius apparatus, non ornatus thronis, non deaurata palatia, non famulantium turba, ſed puerulus vagiens panniculis involutus, ſæcunus aridum, arctum praſepium, ſæcunus ſtabulum, & jumenta irrationabilia adſtantia inſpexere. Quis autem illos edocuit, ut puerum hunc ſupremæ Majestatis Deum eſſe, quem laudant Angeli, adorant Dominaciones tremunt Potestates, vere agnoſcerent? Porro intus (inquit ſanctus) operabatur gratia loquebatur verbum, ſe manifeſtabat Divinitas. præterea cognoverunt, adoraverunt, præcederunt.

3. Didicerant. Quia licet ad Deum in regio palatio adorandum invitati eſſent. Adorare Dominum in aula ſanctæ civitatis, atramien regiam hanc nullam aliam, quam Bethlehemiticam eſſe tugurium, patiter didicerant. In anticamera enim Chriſti, expreſſa ſit ab omnibus humilitatis, paupertatis & mundi contemptus profeſſio, in contrarium ejus, quod fieri ſolet in aulis Regum terrenorum, in quibus mira pompæ & ſtus fit oſtentatio. Et quidem quis Deum filium unquam cognovit, aut tanquam verum Deum adoravit, quamdiu in cælo Emphyreo Angelicorum ſpiricum Hierarchiis ſtipatus, in ſupremæ Majestatis throno eſt commemoratus? Nunquid univerſum ſere genus humanum falſorum Deorum ſimulachris ſua genua ſtecebat? at verò mox, ut de cælo dilapſus, in duorum animalium medio viſus eſt, mox tres coronati Reges ſe coram eo reverenter proſternunt. Unde Chryſoſtomus ait: Dei filius in cælo erat, & non adorabatur, in terram deſcendit & adoratur; Proci dentes adoraverunt, idque adeo viva & generoſa fide, ut ſanctus Auguſtinus dicat, quod Apud ſenſus eorum humilitas Nat. vitæ reverentiam Divinitatis non imminuit. Et ſanctus Cyprianus: in loco humili, inquit, & ſuppelleſtile vili Rex Regum, & Dominus Dominantium invenitur, cognoscitur, & adoratur. Enimvero Deus hoſ ſervos ſuos, in quos donorum, gratia

Serm. de Epi.

Serm. 1. de Epiph.

de ſtella & Magi.

rumque suarum thesauros liberalissimè effuderat, quosque haud secus ac si divini quidpiam in se haberent, mundo venerabiles effecerat, adeo ut velut alter quidam Franciscus Assisias, vel Paulanus, vel sanctus Antonius, aut Romualdus ob miraculorum multitudinem & evidentiam, à potentissimis mundi Monarchis devotionis afficerentur obsequiis, hos inquam servos suos venerabiles esse voluit omnibus, non ut fastu regio median- te relucere, sed ut extrema paupertate, nuditate, sui que ipsius contemptu deinceps viverent. Etenim si Rex aliquis vestiatur cilicio, habeatque pedibus suis substrata sceptrum pariter & diadema, seque totam vitam rigoribus & sui ipsius contemptu dedat, quidnam in illo mundus non solum admiratur, verum insuper adorat? Certè non sceptrum aut Diadema, sed conspicuam ejus paupertatem, sui que ipsius contemptum. Pari quoque ratione parvulus hic recens natus Infantulus, potius tanquam verus L ei filius, ab hisce Magis in pauperrimo MARIÆ sinu, quam in augustissimo æterni Patris sinu, velut throno immensæ majestatis agnosci voluit. *Quem ut mirabilis*, inquit Chrysostomus, *rei dignitas eluceret, pannis avarum infantia colligatum oportebat adorari* Quid enim mirum, quòd Rex quidam Hispaniarum aut Franciæ, regio primatum suorum sodalitio sub opulenti baldachinis stipatus, atque ob regni sui vires summè tremendus, omnibus in veneratione summa sit? Nil prorsus hic latet eximium: at verò, quòd parvulus quidam Infans stellâ quâdam mediante, ab ultimis mundi finibus tres hosce Reges ad sui adorationem, ad vile quoddam & sordidum præsepium trahat, hoc adeo admirandum est prodigium, ut vel inde solum tres hi sapientissimi Reges facillè perdiscere potuerint, hoc neminem aliorum efficere potuisse, præterquam in cuius manu sunt omnia corda Regum.

4. *Didicerant*. Porro Magi isti duos habuere Magistros, à quibus erudiebantur, stellam nimirum & Spiritum sanctum. Et quidem de stella, præter ea, quæ de illa supra in Discursu tertio dicta sunt, Author opetis imperfecti dicit: *Et si nihil rogale videbant in eo, tamen solius stella testimonio contenti gaudebant*; per mysterium stella intelligebant, quoniam dignitas tunc nati Regis excedebat men-

suram omnium mundialium Regum, necesse enim erat, ut gloriosorem putarent Regem illum, quam stella, cui stella sic devotè obsequabatur; aut quomodo non crederent ei subdendos homines, cui etiam cæli ornamenta subdita esse videbant. Eosdem quoque Spiritus sanctus pariter instruxit: atque ideo idemmet Author ait: *Oculi eum contemptibilem puerum aspicere non poterant, quia Spiritus in corde eorum terribilem eum monstrabat.* Ac proinde meliorem utique hi Magi habuere Magistrum quam Pastores, tamen enim hi ab Angelo fuerint commoniti, illos tamen natum puerulum cultu latræ adorasse Evangelista nequaquam dicit: *Videntes cognoverunt de Verbo hoc.* Non verò id ipsum, quod de sanctis Magis, qui procidentes adoraverunt eum, & *aperitis thesauris, &c.* Rupertus Abbas ait: *Non adeo edocti fuerunt, ut procidentes adorarent, isti primitia gentium, neque per hominem docti, neque per Angelum, sed per Spiritum sanctum, procidentes adoraverunt.* Hujus quoque veritatis Dionysium Carthusianum testam habemus dicentem: *In- tus quoque instruxit eos Spiritus sanctus, omnem exteriorum paupertatem & abjectionem, in puero ejusque matre apparentem, non esse humana necessitatis, sed divina dispositionis, ita signum, quòd puer iste non temporalem opulentiam, atque mundanam prosperitatem, sed veram & item cælestem ac sempiternam beatitudinem in se cradentibus impertiretur: ideo moti non sunt ex stabuli vilitate, ex matris inopia, ex pueri solitudine: imo quo exteriora videbantur abjectiora, eo interiora intellexerunt esse diviniora.*

5. *Didicerant*, Regem illum, cujus invisite volebant cunas, licet ab his Rex nominabatur Judæorum, verum esse Messiam & Redemptorem multis antea sæculis promissum, atque ab universo mundo desideratum & expectatum, atque ab Hebræorum populo nasciturum. Porro sanctus Fulgentius opportunè hoc loco quærit, cur Magi, qui Judæi non erant, Regem tamen Judæorum adorationis causa inquisierint? *Uti que non Hero-*

Lib. 2. in
Matth.

Ser. de
Epi.

imperantem. Enitavero inquit præfatus Fulgentius, Herodi, qui in Judæa regnabat, multi erant nati filii, & inter alios Archelaus. Hic in palatio nascitur regio, Christus autem in stabulo: ille lecto impositus est argenteo, Christus vero præsepio: ille pretiosæ involutus est purpuræ; Christus vero pauperulis obtegitur pannis? & tamen ille natus in palatio contemnitur, iste natus in diversorio queritur; ille à Magis nullatenus nominatur, iste inventus suppliciter adoratur; omnino spernitur primogenitus Regis, & muneribus adoratur primogenitus pauperula mulieris. Quis est iste Rex Iudaorum (querit sanctus Fulgentius) pauper & dives, humilis & sublimis, portatur ut parvulus, adoratur ut Deus, parvus in præsepio, immensus in caelo, vilis in pannis, pretiosus in stellis: Audite obsecro, qualiter & beatus Thomas, opinionioni sancti Fulgentii, per omnia consentiat, dum querit: sed quid gentium Reges Iudaorum Regem inquirent? potentiores apud vos Reges sunt, & clariores Principes, quos colati, & quid Reges gentium, exiguum Iudaorum Regem adorabitis? Iudæa jus ortum Regis ignorat, & vis ab Orientis initio ipsum adorare venit: mox ad propositum nostram hanc in modum respondet: agnoscite fratres horum sapientum notissimam fidem, nunquam enim, ut Augustinus ait, tam ardentem adorare cuperent Regem Iudaorum, nisi etiam ipsum crederent Regem esse saeculorum.

6. Didicerant, quod sicut illucescente sole, omnes stellæ lumen suum amittunt, eodem modo conveniat, ut ipsi tamen potentissimi sint Reges, ante tam immensæ Majestatis Deum inclinentur & prosternantur, & seque vilissimos servos & humillimos subditos æstiment. Procidentes adoraverunt eum. Porro hanc quoque reverentiam per regalium tributorum testati sunt oblationem: Apertis thesauris obtulerunt ei, & proidentes (inquit sanctus Joannes) viginti quatuor Seniores antesedentem in throno, & adorabant viventem in sacula saeculorum, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes: dignus es Domine Deus noster, accipere gloriam & honorem. Non tantum sceptræ & diademata sua Deo referabant accepta, verum etiam omnem ei gloriam, omnemque honorem deberi protestabantur. Didicerant & hi Reges

idemmet obsequium, dum se tanta eam reverentia, coram Agno divino prosternant, suæque diademata & sceptræ pedibus illius subiciunt. Enimvero nescio, num aliquando observaveritis, quod Evangelista de Magis hæc scribens, eos neutiquam Reges fuisse dicat, cum tamen illos verè tales fuisse Historiæ passim fateantur & tanquam tales, ipsos quoque in depicto schemate exhibet sancta Mater Ecclesia. Cur igitur Evangelista gloriosum Regis titulum illis non defert; dici forte posset sanctos Evangelistas à Spiritu sancto inspiratos se conformare voluisse humillimæ Magorum de se ipsis opinioni, utpote qui coram Christo velut obedientissimæ servi & subditi comparare voluerunt: vel etiam ideo dici potest illos Regii titulum nullam fecisse mentionem, ut per hoc denotarent, quod sancti Reges & Monarchæ terræ hujus, coram hoc Rege gloriæ ad eum modum dispant, quo stellæ minutæ Sole exoriente dispant solent. Ad hæc altera ex parte Reges isti nullam thesaurorum, quos secum attulerant, mentionem fecisse leguntur, sed solus Evangelista horum thesaurorum meminit. Scitisne hujus rei causam? Didicerant nimirum; quod hic Deus incarnatus nullam habeat thesaurorum illorum, sive munerum adductorum necessitatem, utpote qui dicit: *meum sunt divitiæ & gloria, & opes superba;* de quo proinde scribitur: *sic est ante te orbis terrarum, tanquam gutta rore antelucani* Veruntamen in servitutis suæ evidens testimonium, nec non ad demonstrandam fidem suam, qua eum veluti Deum vivum & verum venerabantur, munera & thesauros eidem offerre non intermiserunt, siquidem in Exodo olim præceperat: *Non apparebis in conspectu meo vacuus.*

7. Didicerant, itidem quanti honoris & gloriæ sit, cuilibet etiam capiti coronato coram hoc Rege, quem tremunt potestates, humiliari, utpote quem eum esse Monarcham sciebant, qui mensus est pugillo aquas, & caelos palmo ponderavit, appendit tribus digitis molem terræ, & libavit in pondere montes. Ad quod propositum in memoriam revocandum est, quod, quando David depositus regniis ornamentis, velut homo quidem plebeus, ante Arcam, ex peculiaris reverentiæ in sanctu saltare cepit, & à Michol Regina

Prov. 8. 26.

Ez. 1. 27.

Exo. 34. 20.

1 S. 4. 11.

*Apol de
David, c. 6*

conjuges sua derisus fuit ipsa perpetua quadam fuerit sterilitate multata remanente, David Rex sanctus non ob id, ab hoc humillimo obsequio deterritus, quin potius hisce verbis protestatus fuerit: *Ante Deum, qui me elegit, ludam, & vilior fiam, plus quam factus sum.* Circa quæ verba sanctus Ambrosius ait: *Salutando docuit contuitum regalis potentia non esse habendum, ubi religioni exhibetur obsequium.* Pro cuius quidam historię allegorico sensu ecce tibi eandem hodie in casu nostro exactè verifientam, Michol enim Synagogam repræsentavit Hebræam, quæ per tres Reges puerum

quendam Josephi cuiusdam fabri existimatum filium adorantes repræsentata fuit, quæ proinde perpetua sterilitate ad finem usque sæculorum multata permansit; in cuius locum hi tres Reges substituti fuere, dum benedictiones illi populo adeo à Deo privilegiato debitas hæreditarunt. Unde populus gentilis ex tunc in veri Dei agnitione magis semper magisque profecit, adeo ut impletum fuerit oraculum istud Psalmistæ dicentis: *Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.*

Pf. 83. 9.

De donis auri, myrrhæ & thuris à tribus Magis oblatis: deque illorum mysteriis, & aliis moralitatibus.

DISCURSUS DECIMVS.

Obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

Matth. cap. 6.

*Lib. de vi-
ua Christ.
c. 9.*

Hisce Regibus minimè visum est sufficere, quod longum & ærumosum quoddam iter, Dei filium adoraturi adorirentur, ideoque obsequium istud opulentis & pretiosis adaugere muneribus voluerunt. Et quidem S. Bonaventura ait: *Quilibet obtulit dona tria in maxima quantitate, præcipuè de auro.* S. Thomas autem quorundam refert opinionem, qui eos hæc dona ad subveniendum præsentibus pueri necessitatibus obtulisse crediderunt. Et dicunt, ait, quod tria invenerunt, domum fordidam, puerum infirmum, & matrem pauperem, & ideo obtulerunt aurum ad sustentationem matris, myrrham ad sustentationem membrorum pueri, thus ad tollendum factorem: cuius etiam opinionis Lyranus exitit. Tandem verò S. Thomas opinionem suam subjungit dicens: *Dicendum quod aliquid mysticè hic prætenditur.* Neque enim verisimile est factorem aliquem in illo stabulo fuisse, in quo flos ille germinavit, de

quo in sacris Canticis dicitur: *Ego flos campi & lilium convallium.* Ad hæc si Evangelista de hoc puero dicat: *Nazarenus vocabitur,* quod idem est, quod *floridus,* & Apostolus de justis pronuntiet: *Christi bonus odor sumus in omni loco,* quanto magis Christi ubique gratissimam Paradisi fragrantiam spirare debuit, juxta axioma illud Philosophicum: *Propter quod unumquodque tale, & illud magis.* Præterea super tugurio Bethlehemitico visi fuerunt numerosi Angelorum exercitus, qui à sancto Ambrosio super illa verba: *Considerate lilia agri, flores nuncupantur,* dum ait: *Angeli verè istius mundi flores sunt; bonum odorem sanctificationis spirant, nimirum is, qui Nazarenus, id est, floridus erat, numerofo florum, id est, Angelorum manipulo circum dari & stipari debebat.* Videri insuper non immerito poterat Jesulum recens natum, pro infantium membrorum suorum debilitate corroboranda, myrrha nequaquam indiguisse, siquidem ejus humanitas à verbo assumpta, atque à naturæ diviæ forti.

Cant. 2. 2.

2. Cor. 2. 15

Fortitudine roborata erat: Neque auro indige-
re videbatur, utpote qui propter nos egenus fa-
ctus fuerat, ut ejus inopia divites essemus; & de
ipso scribitur: In quo sunt omnes thesauri; ideo-
que ad id recurrendum esse videtur, quod ait
Doctor Angelicus, nimirum: *Aliquid mystice*
hic pratenditur: Ac proinde videamus obse-
cro, quanam sint factorum expofitorum circa
hanc rem opiniones.

Serm. 156. 2. Chryfologus Magos hæc tria munera ob-
tulisse ait: *Vi tali munere pietati satisfecerent*
& honori. Quibus verbis mihi secundum Euthy-
mium sensum addere liceat: ut iustitia satisfaca-
cerent. Nam ut optime dicitur Pater observa-
vit, Babylonæ Reges postquam Jerofolymo-
rum urbem expugnassent, omnes ejus depræ-
dati fûere thesauros, factaque in ea maxima
strage, solita sacrificia, ut in ea cessarent, effe-
cerunt: Regnum autem Babylonis (ait Euthy-
mius) una cum suis thesauris ad Persas de volu-
tu erat: ideo offerunt Persæ Babyloniorum ha-
das Domino templi, quod tunc contumelia affe-
ctum fuerat, aurum quidem pro sublatis auri
thesauris, thus autem pro hostiis, myrrham pro
jugulatis. Ut tali munere satisfacerent honori
& pietati.

Serm. 3 de
Epi.

3. S. Leo dicit: *Hic se instruunt donis, ut ado-*
raturi unum, tria se simul credidisse demon-
strent, auro honorantes personam regiam, myr-
rha humanam, thure divinam. Theophyla-
ctus ait: Aurum obtulerunt ut Regibus aurum e-
nim subditi Regibus pendunt: thus autem ut
Deo; thus enim adolemus Deo: myrrham verò
ut degustaturi mortem; nam iudæi cum myrrha
mortuos sepeliunt, ut corpus maneat incorrup-
tu. Unde in tribus hisce donis eum veluti
Deum Regem & hominem honorarunt & ado-
rarunt. Quod cordibus credunt (inquit S. Leo)
muneribus protestantur. S. Ambrosius de fide
scribens, dicit tres hosce Reges in sacrosancto
illo tugurio comparentes fidei professionem e-
mississe, & merito quidem, quia omnium novæ
legis Evangelicæ fidelium primitiæ erant:
Quid igitur voluerunt sibi mystica munera in-
ter abjecta præsepia, nisi ut intelligeremus in
Christo differentiam divinitatis & carnis? ut
homo cernitur, ut Dominus adoratur; latec in
pannis, sed fulget in stellis; cuna nascentem in-
dicant, & stella dominantem; caro est, qua in-
voluitur, divinitas, cui ab Angelo ministran-
tur: ita nec dignitas naturalis majestatis amit-
titur, & assumpta carnis veritas comprobatur,

Serm. 1 de
Epi. l. 1. c. 2

Hæc est fides nostra, sic Deus cognosci voluit ab
hominibus.

4. Verum enimvero cujuslibet horum do-
norum mysteria separatim & in particulati
consideremus Et primò quidem, quæ in auro
latent mysteria videamus. S. Maximus dicit: *Hom. 2. de*
Epiph. *Deferunt autem munera, quæ non tam munera*
quàm mysteria probarentur. De auro verò lo-
quens dicit: In auro ostenditur captivitas nos-
tra pretiosa redemptio. S. Gregorius de eodem
ita loquitur: Aurum offerimus si in conspectu
illius, claritate superna sapientia resplendemus. Hom. de
Epi. *Dionysius Carthusianus dicit: Per aurum sig-*
nificatur donum sapientie, prout etiam in dif-
ferentibus antecedentibus insinuavimus. Erant
etenim hi Reges, inter omnes Regnorum suo-
rum incolas facile sapientissimi, talibus enim
regimen & potestas regia duntaxat committe-
batur, atque ideo tanquam sapientes aurum,
veluti evidens quoddam sapientiæ symbolum
offerunt, eamque, quæ vera & increata sapien-
tia erat, ipsi summet nimirum Dei filium, utpote
sapientiam Patris æternam sibi comparant.
Dicit insuper jam dictus Dionysius quod per
aurum significatur Fides illuminata, quia à
stella duce illuminati, vera fuerunt illustrati
luce, quæ illuminat omnem hominem. Obvule-
runt præterea tributum loco aurum, ut inquit S.
Thomas, ut eum supremum agnoscerent &
profiterentur esse Regem. Unde à Jeremia Pro-
pheta prædictum fuit: Regnabit Rex & sapiens
Serm. 4.
de Epi. *erit, & ideo in tributum obtulerunt aurum,*
Sanctus autem Bonaventura per aurum istud,
charitatem, Deique amorem intelligit; sicut e-
nim metallum istud omnia alia in valore exce-
dit, ita pariter de charitate scribitur: Major au-
tem horum est charitas. Porro sanctus Thomas
dicit: Primum, quod damus est amor, quo volu-
mus alicui bonum; ac proinde advertendum
est, quod aurum quoque inter omnia oblata
à Regibus munera primum locum obtineat.
Scribit quoque Doctor Seraphicus: Triplex est
thesaurus videlicet cordis, oris, & operis;
de primo bonus homo, de bono thesauro cordis
sui profert bona; de isto debemus proferre tria.
Tandem verò de auro loquens dicit: Aurum
dilectionis, hoc est aurum, de quo dicitur: ve-
stivitque eam, scilicet arcam, auro purissimo
intus & foris, arca est cor vel anima, quæ in-
tus in affectu, foris in effectu, auro charitatis
vestitur. Demum verò qualitates nexus hu-
jus

jus aurei declarans subjungit: *Purum est aurum si in operatione purius sit locutione, purissimum si in intentione non sit falsificata dilectio. Filiole non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.* Pientissimus P. Avila in Epistola quadam, quam per hujus festi occasionem, devotæ cuidam Dominæ scripsit, eandem monet, ut nihil parvulo Jesu aliud offerat, præterquam aurum, quia sicut parum auri plus valet, quam ingens quædam massa alterius metalli, ita modicum veri amoris, multo timore aut magno quodam interesse, vel omni eo, quod ex hisce affectibus nasci consuevit, longe est pretiosius. Porro multi sunt qui multis operibus bonis cumulandis impensè student, nõ considerantes, quod Deus non tam opera, quam cor, unde talia opera nascuntur, vel maximè attendat quodque is, qui pauciora opera bona elicit, gratiores sit eo, qui pluribus operibus bonis abundat, dummodo alterum in amore Dei longè antecedit. Enimvero Reges isti aurum hoc utpote primum & præcipuum donum adferebant, id est, divino hoc amore succensè erant, siquidem nec ulla unquam itineris difficultate fatigabantur, nec disparente stella convertebantur retrorsum Ita magnus ille spiritus Magister & director discurret, ac proinde cuilibet Regum istorum applicare possumus, quod scribit S. Gregorius, scilicet: *Amanti semel a se ipse non sufficit, quia vis amoris intensioem multiplicat inquisitionis. Quævis ergo prius, & minime invenit, perseveravit ut quæret. unde & contigit, ut inveniret.* Neque enim solum hunc pretiosum thesaurum secum ferebant, quin potius singularissimam divinæ delectationis & amoris virtutem in auro symbolizatam, atque per hanc adeo sollicitam Christi recens nati inquisitionem eximè demonstratam. Enimvero donum & oblatio ista, ab unoquoque nostrum quantumvis etiam pauper sit & modicus fieri & expediri facillimè potest, nemo enim se excusare valet; quod Deum vel proximum suum propter Deum amare non possit, Pro quo proposito S. Ambrosius exemplum adducit pauperculæ illius viduæ, quæ licet parum admodum daret, tamen ex speciali declaratione Christi, in oblatione sui muneris cunctis aliis liberalior extitit. *Plus omnibus misit; in quo moraliter Dominus instituit universos, ne quis à collatione ministerii pauperatis pu-*

Hom. 25.
 in Evang.

Lib. de
 vid.

dore revocetur; nec sibi divites blandiantur, quod plus videantur conferre quam pauperes. Superior est enim numerus à parvo, quàm thesaurus à maximo; quia non quantum detur, seu quantum resideat expenditur. Nemo plus tribuit, quam qui nihil sibi reliquit. Certum enim est elemosynam illam, quæ eximitur è corde, gratiores esse munere illo, quod eruitur ex bursa. Illa enim est aurum amoris Dei, charitatis, vel compassionis, quod intus residet in corde, hideoque donum quoddam est Deo longè gratiosissimum, utpote qui nihil à nobis aliud præterquam cor nostrum exposcit. *Fili prabo mibi cor tuum.*

5. *Obtulerunt ei thus.* Etenim Reges hi à Prov. 23. Deo interior illustrati optimè cognoscebant, 26. puerum hunc summum illum Sacerdotem esse, de quo David prædixerat: *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech,* ac proinde ei obtulerunt incensum. Agnoscebant Sacerdotii magnitudinem in Christo inquit S. Thomas) & ideo thus in sacrificium offerrebant. Chrysologus existimat incensum istud expressam fuisse divinitatis Christi protestationem, soli namque Deo incensum offerri solet, *Aurum Regi incensum Deo.* Quod vero moralia mysteria attingit, ut inquit Dionysius Carthusianus, *Per thus bona fama suavitatis seu vita exemplaris significatur.* Hi etenim Reges Regna sua gubernantes, eos vel maximè repræsentabant, qui Reipublicæ clavum moderandum & gubernandum obtinent eosque docebant, quod nullum ab eis proficisci valeat donum excellentius, eorumque statui & vocationi conformius, quam vita exemplaris, siquidem ut Poëta cecinit: *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* Summo opere enim Deo placent illi, qui populum sibi subiectum potius bonorum exemplorum suorum rectitudine, quam præceptorum rigore gubernant. Præterea per incensum oratio intelligitur, unde Psalmista ait: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo;* ubi Dionysius Carthusianus dicit: *Affectuosa oratio dirigatur sicut incensum.* Optimè verò B. Laurentius Justinianus considerat, incensum nullos de se odores emittere, nisi à carbonibus concremetur: *Est oratio, inquit, thus valde proficuum si tamen amoris sancti fuerit inflammatum incendio.* Unde & Glossa dicit:

Serm. 157.

Ser. de eph.

Nos

Nos ergo istius offerimus, si cogitationes carnis in corde per studium orationis incendimus.

6. Obsulerunt ei myrrham per myrrham mortificatio carnis intelligitur (inquit Dionysius Carthusianus) nam sicut myrrha corpora defunctorum preseruat à putredine verminum, & à corruptionis dissolutione, sic mortificatio carnis custodit hominem à putredine vitiorum. Porro Glossa optimus nos modum edocet, quo cœlestem hanc myrrham divino huic infanti offerre debemus, dum ait : Myrrham offerimus si carnis vitia per abstinentiam mortificamus. Guericus Abbas autem myrrham amaritudinem considerans, per eandem contritionem intelligendam esse dicit : Myrrham in corde tuo dolor est, myrrham in corpore tuo labor est, si tamen iste & ille penitentialis est. Quod optimè cum eo consonat, quod S.

Serm. de
Epiph.

Ser. 4. de
Epi.

Bonaventura docet, qui per incensum pariter orationem, per myrrham verò contritionem intelligit dicens : Unde sancta anima non solum sicut fumus thuris per devotionem, sed etiam sicut fumus myrrham, per contritionem ascendit per desertum mundi. Mox verò illos quoque deplorat, qui myrrham quidem Christo offerunt, & tamen eundem mox crucifigunt; quoniam autem modo id faciant, protinus ostendit dicens : Sed heu quidam sine ullo Domino myrrham offerunt & crucifigunt; qui timore gehenna etiam quandoque usque ad lachrymas compunguntur, sed tamen Deum offendere non desistunt. Verum enim vero ex quo mortis Christi mentionem fecimus, prætereundum non est id, quod in responso quodam ab Ecclesia expressè dicitur, scilicet in Myrrha Redemptoris sepulturam denotari: In myrrha Dominicam sepulturam. At verò inquires, quid Reges hosce cæteroquin sapientes & illuminatos permovet, ut dum ad divinum hunc infantem vix etiamnum natum adorandum se parant, eidem sepulturam annuntiare non dubitent? More passim ubique receptum est, ut Regibus noviter electis acclametur vivat, vivat. Et hi Reges noviter nato Regi mortis fatum annuntiant? Porro quod Nicodemus magnis sumptibus myrrham sibi comparavit & Aloen, nil mirum erat, quia hæc Christo jam mortuo coniendo destinarat, sed valde mirandum est, quod Reges isti, parvulo Jesu in cunis jacenti mortis feretrum ob oculos ponant, ac proinde quodnam hic putas credere mysterium? Existimo quod Reges illi, à

spiritu superiore illustrati, optimè intellexerint infantem hunc nullum recipere potuisse donum gratius magisque acceptum, quam si in eo excitaretur passio & mortis lux amor & affectus, nam ubi vulgata nostra legit : In laboribus à juventute mea, legunt alii : Agonizans moribundus à puero. Etenim Suarez antiquam traditionem esse dicit, quod natalis dies Christi in Dominica acciderit, ac proinde magno cum mysterio factum esse, quod myrrha eidem hodierna die, quæ eo tempore, post tredecim dies, in diem veneris Passionis Dominicæ consecratum incidebat, oblata fuerit.

7. Apertis thesauris suis obsulerunt ei. Thesauros suos apertuerunt, id est. dona & munera sua pretiosissima, liberalissima manu obtulerunt. Verum ubinam sunt dona & munera nostra? optimum perfectum est, magna que consolatione nostra refertum, quod munera nostra Deo offerantur, qui plus affectum respicit quam effectum, plurisque voluntatem æstimat, quam opera nostra. Unde S. Gregorius ait : Ante Dei oculos nunquam est vacua manus à munere, si fuerit arca cordis repleta bonæ voluntate. Porro ut hanc habeamus, nec argento nobis opus est, nec auro; quales enim divitias Deus à nobis requirit, optimè nobis S. Ambrosius insinuat, dum ait : Thesaurus tuus sapientia, thesaurus tuus castitas atque iustitia est, thesaurus tuus intellectus bonus, qualis ille thesaurus fuit, de quo Majorum viri, aurum, thuris & myrrham, cum adorarent Dominum, protulerunt. Et quidem idemmet sanctus Doctor optimè advertit quemlibet nostrum hosce thesauros habere posse, dum ait : Habes & tu thesaurum hunc si in te requiras, habemus & thesaurum in vasis fidelibus. Habes aurum, quod conferas. Ac protinus subdit minimè nobis opus esse, ut thesaurum hunc è terra visceribus aut ex ærariis eruamus. Non enim renitentis metalli pretium à te exigat Deus, sed illud aurum, quod in Iudicii die nequeat ignis excutere; nec dona pretiosa deposcit, sed odorem fidei, quem altaria tui cordis exhalent & religiosa mentis spiret affectus. Ac tandem concludit : Ex hoc igitur thesauro non solum Majorum tria munera, sed etiam duo vidua arapromuntur, prouti jam diximus; atque ideo ab hisce muneribus, una cum sanctis hisce Regibus, Salvatore nostro offerendis, nemo se valet subducere. Unde & S. Augustinus nos exhortatur dicens : Offeramus

p. 7. 36.

Hom. 5. in
Evan.

Li. de vid.

Serm. 1. de
Epi.

ergo

ergo & nos sincera & sancta munera Deo no-
stro. Quæia autem hæc munera esse debeant,
mox declarat dicens: *Castitatem, fidem, pa-*
tientiam, charitatem, mentes humiles, probos
moros animas Deo in habitatore condignas, hæc
sunt enim placita Deo dona, hæc grata munera,
quæ illi quidem offeruntur; sed offerentibus pro-
sunt: nullo enim illi munere eget, hoc ille mu-
nus optimum est, ut causas habeat remuneran-
di. Eodem namque tempore, quo nos hocce
virtutum actus Christo offerimus, ipsummet
nobis Christum acquiritur. Etenim nul-
quam legimus Reges hocce loco prævii, pro
peracto laborioso itinere, aut exhibita adora-
tione, vel thesauris oblati à Christo quicquam
vel minimum postulasse. Cur ita? Num forte
ideo nihil à Christo petiere, quod postquam
Christum lucrati fuerant, ipsumque totum in
jus suum redegerant, jam nihil illis amplius re-
liquum sit, quod desiderare possint. *Deus meus*
& omnia? Sic quoque nusquam legitur, qui-
busnam verbis Christum adorarent, aut vene-
ratos ardentesque affectus suos expresse-
runt, unde clarè deducitur, quod operibus po-
tius quam verbis locuti fuerint, suamque des-
votionem corde potius quam lingua fuerint
contestati, de illorum etenim hominum nu-
mero erant, qui faciebant multum, & loque-
bantur parum, probeque intelligebant quod
cælestis hic infans scrutabatur renes & corda,
ideoque nulla coram illo esset verborum ne-
cessitas.

Lib. de
idol. c. 19.

3. Porro Tertullianus aliud quoddam ex
tribus Magorum muneribus mysterium rese-
rat, unde utilissima nobis suggeritur moralitas:
dicit enim: *Aurum, thus, & myrrham obtu-*
lerunt, clausulam sacrificiationis & gloria sacu-
laris. Erant etenim hi Reges antea malefici
Magiæ dediti, & Idololatæ superstitioni, at-
que ideo Tertullianus in prædictis verbis in-

nuare vult, Magos per hæc munera finem im-
posuisse suis superstitionibus, in quibus myr-
rhæ adhibebant, finem quoque dedisse ido-
lolatæ, in qua utebantur incenso, quod in
falsorum Deorum suorum cultu adolebant.
Denique finem imposuisse pompis & fastui
mundano per aurum significato. Unde & S.
Maximus ait: *La thure autem & Damoni- Hom. 2. in*
rum superstitio cessatura. & futurus vera re- Epiph.
ligionis cultus aperitur. Id quod nobis calcari-
um loco meritò esse deberet, unde videlicet
moveremur ad desistendum & abstinendum
ab omnibus peccatis præteritis, & ad finem vi-
tæ licentiosæ imponendum ad dandam ope-
ram veræ cuidam & perseveranti penitentiæ.
Magorum itidem exemplo ad sacri cultus in-
vitamur augmentum, unde Chrysologus ait: *Ser. 203.*
Doleo quod lego, Christi cunabula idagos rig-
gasse auro; & video altare corporis Christi
Christianos vacuum rel. quisse. Dic sodes, qua
ratione hodie pauperes qui Redemptorem no-
strum repræsentant, auri nostri reddantur par-
ticipes, auri inquam non illius, quod nos Chri-
sto offerimus, sed quod ipse vobis larga manu
contulit, ut illius sumus dispensatores & optimè
inquit Chrysostomus: *Mos agrum legimus ob-*
tulisse, tu vero panem ipsum vix tribus. Unde *Hom. 6. in*
tale deducit argumentum: *si illi tunc barbari, Matth.*
in honorem tantummodò Domini obtulerunt
libenter aurum, qualis tu eris, si ei non tribuas
indigenti? illi tam longo itinere cucurrerunt,
ut natum viderent, tu vero qua tandem satis-
factione poteris absolvi, qui ne brevis quidem
platea spatium transis, ut visses agri,
tandem afflictum, & vincitum
casens?

* *
* *
* *

DE S. ANTONIO MAGNO ABBATE

Discursus Quinque.

DISCURSUS I. S. Antonius ad omnes eminentiores perfectionis gradus ascendit.

DISCURSUS II. Ex variis è scriptura sacra & sanctis Patribus desumptis solitudinis encomiis, variæ quoque S. Antonii laudes deducuntur.

DISCURSUS III. De victoriis quas S. Antonius in tentationibus reportavit; deque variis documentis, quæ ad detegendas inimici infernalis insidias, & ad insultus ejus superandos, nobis post se reliquit. Ubi multæ pariter sancti hujus Abbatis virtutes in medium adducuntur.

DISCURSUS IV. Virtutes, dona, gratias, & merita in Epistola currenti Missæ hujus sancti descripta excellentius in S. Antonio, quam in Moyse adimpleta fuisse demonstratur.

DISCURSUS V. De eximia gloria & mirificis honoribus, quibus Deus S. Antonium etiamnum viventem exaltavit.

S. Antonius ad omnes eminentiores perfectionis gradus ascendit.

DISCURSUS PRIMVS

Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & veni, & sequere me. Matth. 19. v. 22.

Invitatio illa Salvatoris, ad quam quondam aures & multo magis cor Hebraei illius juvenis, cujus in Evangelio fit mentio, obscuruit, hodie in Ægypto in corde juvenis cujusdam, in florida octodecim annorum ætate consistentis aditum facillimum invenit, qui post parentum suorum mortem, Apostolorum perfectiones, nec non, qui in primis Christianis cernebatur, omnium terrenarum rerum contemptum confide-

Mansi. Sanctuaris Tom. 1.

rans dum templum ingrediens, verba illa præfati thematis in Evangelio prælegi audiret, quasi eadem ad se specialiter à Deo directæ fuissent: *Ad se Dominicum traxit imperium;* ideoque facultates suas pauperibus sine mora distribuit, utque se totum Deo perfectè dedicare posset, in desertum quoddam sese subduxit; in eoque centum, & quinque annis in continuis virtutum, Spiritus & sanctitatis profectibus vitam sanctissimè transegit, adeo ut de ipso in veritate dici possit, quod Euse-

S. Athanasius in vita S. Antonii.

L

buis

bis Emissenus de S. Maximo, post se scriptum reliquit: *Cum à prima etate novis virtutibus usque ad finem quasi semper inceperis, inter ipsa primordia consummatus apparuit: Et quidem ut id ipsum magis perspicue elucescat, examinemus velim in præsentis discursu ad quam sublimem perfectionis gradum sanctus hic Abbas tempore vitæ suæ pertigerit.*

2. *Si vis perfectus esse.* De Sponsæ, quæ quamlibet animam sanctam denotat, in cælos ascensu, tribus distinctis vicibus in sacris Canticis agitur, & quidæ semper ingenti cū admiratione. Prima etenim vice dicitur: *Qua st ista, qua ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha & thuris?* In secunda autem vice: *Qua est ista, qua progreditur quasi aurora confurgens, pulchra ut Luna?* Tertia denique vice dicitur: *Qua est ista, qua ascendit de deserto detritis assidue?* Porro tres hi ascensus tribus spiritualis vitæ statibus aptissimè correspondent, scilicet statibus incipientium, proficientium & profectorum. Et quidem primus ascensus sit de terra, ascendit enim de deserto sicut fumus myrrhæ & thuris, quorum hoc orationis, illa vero mortificationis figura existit, ad significandum nobis; quod anima, quæ ut se Deo totaliter consecrare valet, à terra se divellere cogitat, primo se in solitudinem recipere, ibique austeritati vitæ, mortificationi, & orationis exercitio totam se dare debeat. Secundus autem ascensus est proficientium, sitque in ipsomet cælo, ubi virtutum, operum, sanctorumque exemplorum radii mirè resplendent: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Tertius denique ascensus ad perfectos pertinet, utpote qui donis gratiisque celestibus est repletissimus. *Delituit assidue.* Quibus ascensionis gradibus suppositis videndum nunc est, quàm exactè & generosè omnes tres gradus conscenderit S. Antonius, mirum adeo perfectè, ut in hisce ascensionibus principum, progressus, & complementum perfectionis Antonianæ ad litteram descripta esse videantur. Primo enim *Ascendit de deserto*, quia in solitudinem quandam, imò in plures solitudines se vivum sepelivit, Quod si in hoc deserto orationis incensum desideretis, audite quid vita ejus dicat: *Peracclabatur in oratione, & per hujus incensum fumum longè fe-*

licius, quam olim Tobias junior extricavit eamne genus Damoniorum, siquidem Diabolus orationibus ejus ad Deum se intellexit elidit. Quod si Myrrham, id est, penitentia austeritatem requiritis. *Edebat semel in die post solum occisum, nonnunquam biduo triduoque sic permanens, quarta demum die reficiebatur.* Qualis autem hæc fuerit refectio, confestim exponitur sequentibus verbis: *Sumebat verò panem & Sal, potumque aqua per parvum, vigiliarum in tantum patiens, ut incredulitatem viribus vincere: quieti membra concedens juncos contexto atque cilicio urbebat.* Quod si verò oculos vestros in secundum ascensionem, id est, in proficientium gradum dirigere velitis, invenietis utique in deserto illo ab Antonio inhabitato, cælum quoddam sive Paradisum, variis virtutum splendoribus repletissimum. Etenim solitudinem Paradisi nomine condecorare dubitavi, quia eandem noscitur hoc titulo à S. Hieronymo honoratam fuisse probe novi. Porro S. Antonius in primis spirituali tyrocini sui annis oculos suos in varias mystici hujus cæli stellas, id est, in varios Dei servos in hoc deserto passim dispersos delixit, & singulorum virtutes & perfectiones in speciali imitari assidue studebat: *Proprius singulorum gratias hauriebat; hujus continentiam, jucunditatem illius seclabatur, illius lenitatem, illius vigilantiam, alterius legendi amulabatur industriam; istum jejuniatatem, illum humi quiescentem mirabatur; alterius patientiam, alterius mansuetudinem prædicabat.* Ecce tibi mirum, quem sibi quotidie parabat virtutum profectum. *Omniumque se bona nitebatur exprimere.* At verò ingens virtutum præfatarum cumulus gravem adversus eum excitavit furorē & indignationem Tyranni infernalis: *Impatienter ferens tantas in adolescente virtutes, veteranis eum aggressus est fronsidius.* Verum enim vero quia Spiritu sancto teste: *rustorum semita quasi lux splendens pro edit & crescit usque ad perfectum diem,* sufficiat vobis, si de S. Antonio dixerō, eum tam generosè tertium perfectorum gradum conscendisse, ut S. Athanasius vitæ Antonianæ perfectionem describens attestetur dicens: *Perfecta est siquidem ad virtutem via Antonium seire quis fuerit.* Quod si autem hanc hujus sancti Doctoris exaggeratio-

Tob. 6. 2.

Cap. 6.

Lib. 2.
epist. 17. 6. 11
Ruffic.

Cap. 3.

Cant. 3. 6.

Cant. 6. 9.

Cant. 8. 5.

Mat. 3.
16.

Cap. 6.

rationem, eo quod is ob vehementem, quo eum prosequeretur, affectum, partialis esse videtur nimiam esse existimetis, audite plurima aliorum hujusce veritatis testimonia.

3. Si vis perfectus esse. Nonnulli interpretes, verbum illud, si vis, diligenter observandum esse existimant, utpote quo nobis innuitur, quod resoluta divinae gratiae correspondendi voluntas, sicut & propriae voluntatis abnegatio, praecipua sit radix perfectionis. Sic enim Saulum in unico momento in Paulum conversum esse scimus, quamprimum voluntatem suam in Dei se vocantis manus consignavit, dicens: Domine quid me vis facere? Unde S. Prosper ait: *Quidem prodest, qui facultates proprias abjiciunt, qui proprias voluntates non relinquunt, cum sit longè praestantius voluntatibus propriis renuntiare quàm rebus?* Et quidem quoad hoc, longè majoris meriti & perfectionis S. Antonium fuisse existimo, quàm fuerit S. Paulus primus Eremita. Hic enim metu persecutionis percussus in desertum se recepit, ut mortem à Tyranno Christiaporum inimico, sibi intentatam effugere posset, ibidemque in tanta innocentia vivendi, vitamque adeo asperam continuandi occasionem sumpsit. At verò S. Antonius perfectionis avidè cupidus omnibus substantiis suis ultro citroquè se exiit, seque voluntarium deserti incolam effecit, propriamque à se voluntatem abdicavit, eandem à primis initiis suis Dei manibus sponte consignando. Cujus evidens indicium fuit mira illa, quàm in quovis obvio casu exhibuit, ejus voluntatis cum divina conformitas: *Agnoscebatur Antonius, quia semper eandem faciem inter prospera & adversa reversionis, nec secundis extollebatur, nec frangebatur adversis.* Et in alio quodam loco S. Athanasius de eo dicit, eum fuisse *paratum obedire voluntati ejus.* Porro Doctor Angelicus scribit Apostolicam perfectionem non constituisse in eo, reliquimus omnia, sed in illo, *secessum summo* & S. Ambrosius autem tequelam istam ita interpretatur, ut censetur facta fuisse. *Non corporis gressu sed mentis affectu.* Ecce tibi igitur heroicam S. Antonii perfectionem, qui Deum animam suam ad solitudinem incolendam invitare praesens: *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad*

coram me eo se recepit quidem corporis gressu, multo autem magis mentis affectu, totum se ac totaliter divino obsequio dedicando, prouti in vita ejus decursa latius conspicitur

4. Si vis perfectus esse. S. Bernardus ait: *Epist. 14. Nemo quippe perfectus, qui perfectior esse non appetit. Et in eo quippe perfectiorem se probat, quod ad majorem tendit perfectionem.* Porro Abraham nonaginta novem annorum erat, & tamen licet eodem annos Dei servitio totaliter adhibuerit, sibi à Deo dici audivit: *Ambula coram me* & sic perfectus, S. quoque Antonius centum & quinque annos absolvit, nec tamen diem sibi praeterire permisit, in quo in perfectionis via jugiter non progredereetur ulterius, quotidie ad Christianam perfectionem proficiens. Enimvero quodnam existimatis in eo latere mysterium, quod communiter juxta S. Antonium ignis quidam depictus esse videatur? Nimirum ignis, prouti cuique notum est symbolum est Charitatis, imo ipsiusmet Dei: *Deus ignis consumens est; estque elementum quoddam insatiabile; nunquam dicitur sufficit, ideoque talis animae perfectionem representat, quæ gradui perfectionis de facto acquisitæ non acquiescit, sed continuo ulterius progrediendi magis magisque proficit.* *Qui edunt me* inquit divina sapientia ad huc ejurient & qui bibunt me, adhuc sitient. Porro quam amor ille quo S. Antonius Deum prosequeretur ardens fervidusque fuerit, audite, indeque perfectionis suæ mensuram, & laborum merita pensabat, inquit vita ejus, sed amore & famulatu spontaneo semper tanquam in principis constitutus ad profectum divini motus desiderium concitabat. Semper enim sibi in servitii divini exordio etiamnum hæere videbatur.

5. Si vis perfectus esse. Porro S. Augustinus de perfectione ita scribit: *Verò enim charitatis est cupiditas; perfectio nulla cupiditas.* Quod optimè cum eo consonat, quod Joannes Climacus scribit, qui inter alios perfectionis gradus hunc quoque connumerat: *Montis mundi vanitate emigratio, per ab omni captivitate liberum.* Cor etenim ab omni affectu terreno denudatum evidens est magis perfectionis indicium. Unde egregius quidam

Lib. 2 de
vita con-
templ. c.
17.

Cap. 40.

Cap. 6.
2. 29. 1. 4.
c. 3.
Luc. 5.

Offe. 2. 14.

In Lect.

Ecc. 24.
29.

Cap. 6.

Lib. 8.
quæst.

Gradu 26

Iac. Al-
vater. l. 3.
p. 2. c. 19.

quidam spiritualis vitæ Magister de natura perfectionis ita scribit: *Perfectus, qui vix terrena, & pro sola necessitudine carnis admittit. Quam igitur generosa S. Antonii anima ab omni labe terrena purificata fuerit, aulcitate. Et quidem è quænam passione ipsum majus tormentum sensisse existimatis? Ex eo nimirum, quod ad corporis sui sustentationem quotidianam adstrictus esset: Cum eum siue cibum, siue somnum indulgere corpusculo, aut aliam naturam necessitates cogeret humana conditio, viro afficiebatur pudore, quod tantam animam libertatem modicæ carnis terminari coercerent.*

Cap. 21

Ad hæc quod S. Antonius in corde suo omne illud quicquid in hoc mundo pulchrum aut gratum affirmari posset, nihil fecerit, ex trito illo, quod suis quotidie repetere solebat, axiomate facile potest colligi; dicere etenim solebat: *Nemo cum disprexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingentia, quia omnis terra ad infinitatem comparata cælorum brevis ac parva est. Erat quoque cor ejus purissimum: ille sam anima puritatem servabat. Et alibi in eadem vita dicitur: Talem se præbere cupiebat, quem sciebat dignum Dei esse conspiciendum in corde.*

Cap. 4.

Cap. 6.

6. *Si vis perfectus esse.* Sententia aurea est apud S. Jacobum Apostolum, qua dicitur: *quod patientiam opus perfectum habet.* Qua in virtute insignis prorsus fuit S. Antonius, qui Nunquam ira subita concitatus patientiam rupit. Licet enim in prolixo illo centum & plurium annorum decursu, tormenta innumera & intolerabilia sustinuerit, omnibus tamen illis semper superior evasit.

Cap. 39.

7. *Si vis perfectus esse.* Securissimi certe ad perfectionem pertingendi medium est, si quis in Dei præsentia recolenda assidue se exerceat. Unde Deus Abraham quondam dixit: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Hoc medio assidue usus est S. Antonius, de quo in vita ejus dicitur: *Meminerat quoque Elie Propheta dicentis: vivit Dominus, cui hodie adsto ante ipsum.*

Cap. 6.

8. *Si vis perfectus esse.* S. Augustinus dicit: *Non est magnum inchoare, quod bonum est, sed consummare hoc solum perfectum est.* Porro nonagenaria illa S. Antonii in horridis defectis perleverantia, nec non in quotidiano vir-

Ser. 4. ad fratres.

tutis & sanctitatis profectus producta vita, adeo aultera prorsus est, admirabilis & stupenda. Nec minus celebre est illud monitum, quod suis ad humilem salutaris doctrinæ requiritio-nem suggessit dicens: *Hoc sit primum cunctis in commune mandatum, nullam in arrepti propositi vigore laxasse, sed quasi incipientem augere semper debere, quod cœperit.*

9. *Si vis perfectus esse.* S. Gregorius scribit: *Hac est summa iustitia & sanctitas, si virtutis merito summi, humilitate sumus infimi.* Id quod S. Antonius ideatidem perfectè observabat, quanto enim Deus Antonium miraculorum dono exaltabat, tanto plus ipse ab hominum oculis sese subducere satagebat: *Moriens ne signorum copiosa concessio aut suos animos extolleret, aut alius plus de se, quam videbant in ipso cogeret estimare, ad superiorem Thæbaidem pergere cogitavit, ubi nullus eum agnosceret.* Constantinus itidem Magnus universi tunc mundi Monarcha, ejus huius Constantis & Constantius per scriptas ad eum literas se illi humillimè recommendarunt: *Ille vero ejusmodi manens, qualis & antequam litera ad eum venirent, fuerat, salutatione Principum non movebatur, tanquam non acceptis literis.*

Cap. 24.

10. *Si vis perfectus esse.* Evidens utique & infallibile veræ perfectionis signum est, si quis imperturbabilem in corde suo lætitiæ habeat atque quietem: *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* Unde & P. Alvarez dicit: *Hunc perfectioris spiritum gustans anima clamat: Quam dulcia faucibus meis super mel eloquia tua.* Hæc suavitate, hoc jubilo interno, hæcque pace S. Antonius ad stuporem usque perenniter gaudebat: *Semper hilarem faciem gerens liquido ostendebat se de cælestibus cogitare, sicut scriptura ait: Corde latante vultus floret.*

Lib. c. p. 1.

c. 5.

Cap. 40.

11. *Si vis perfectus esse.* Dicit S. Augustinus: *Profectus noster per tentationem nostram fit, nec sibi quisquam innotescit nisi tentatus.* Unde Apostolus ad Ephesios scribens, postquam illos, ut infernali possent resistere potestati, ad induendum se armis spiritualibus fuisset exhortatus, tandem subjungit: *In omnibus perfecti stete;* Ex quò clare deducitur, quod resistentia, qua tentatio-

In Psal. 60

Eph. 6. 13.

Lib. de la-
cob & vi-
sa beata
68.

tationibus obnitimur, maxima ex parte perfe-
ctioni nostræ cooperetur: atque ideo Ambro-
sius ait: *Perfecti viri est, quasi fortem mili-
tem gravissimorum casuum sustinere incursum,
confictus subire* Hac autem maxima funda-
menti loco stabilita, nequaquam temerarium
erit affirmare, quod cunctos inter Christianos
milites, S. Antonius quemvis alium in perfe-
ctione antecesserit, utpote qui diuturniori tem-
pore, totius inferni insultus in suam penitenti-
am, magis magisque semper conjurantes, præ quo-
vis alio gloriosus sustinuerit & superaverit.

Gradu 26.

In lecte

In Ps 55.

2. 2. q. 84.
a. 1.

enim S. Joannes Climacus inter alios perfe-
ctionis gradus hunc quoque præcipue enume-
rat, si videlicet quis ad instar Dei cujusdam in-
dæmonum imperium obtineat; tanquam Dæ-
monum Deum, id quod in S. Antonio mirè ad-
impletum fuit, utpote qui Dæmones adeo
fortiter superavit, ut multi per Ægyptum ab il-
lo agitati, invocato nomine Antonii, libera-
rentur. S. Augustinus inquit: *Quo provocat i-
nimiticus, ibi perfectio est*, ac proinde cum S.
Antonii cum Dæmone habitus gloriosi confi-
ctus innumerabiles fuerint atque continui,
consequens est, ut eum eminenti quadam perfe-
ctione donatum fuisse dici debeat.

1. Si vis perfectus esse. S. Thomas Doctor
Angelicus ex hoc Apostoli contextu: *super om-
nia charitatem habete, quia est vinculum perfe-
ctionis*; hanc conclusionem subinfert: *Omnis
Christiana virtutis perfectio secundum chari-
tatem attendenda est*. Hæc autem virtus in S.
Antonio in supremo gradu emicuit. In cujus
testimonium sufficit recensere, quod in cap.
2. vitæ ejus sanctus scribit Athanasius. Cum
enim Antonius valde metueret, ne Christi
fideles Alexandrini, imminenti cederent & suc-
cumberent persecutioni: *Exhortabatur ne ter-
rore impiorum subacti Dominum negarent,
jamque sententia toto nato exultans, quasi ip-
se viciisset, usque ad locum felicitatis sanguinis pro-
sequeretur: procedentem judicem suo provoca-
bat aspectu, fragrans cupiditate martyrii; ita
amor ejus non solum erga proximos suos, ver-
tum etiam erga ipsummet Deum adeo in eo ar-
dens erat; ut contristaretur, quia volens pati
pro Dei nomine martyrium non dabatur. In
conspetu namque Tyranni candida indu-
tus veste adstabat (hæc etenim veste Catholici
sive orthodoxi ab aliis internoscebantur) ut se
mortis & palmæ martyrii anxie cupidum esse
palam demonstraret.*

13. Si vis perfectus esse. S. Joannes Climacus
inter alios perfectionis gradus, sequentes quo-
que enumerat: *Illustrationis divina copia, ad-
vocatus & patronus, qui Deum quodammodo
cogere possit, profundissima scientie altitudo,
hominum salus*. Hos autem universos gradus
sanctitas S. Antonii gloriose conscendit; cœle-
stibus namque illustrationibus abunde mens
ejus perfusa fuit, adeo ut reconditissima alieni
cordis secreta ipsi fuerint manifesta, præ dixe-
ritque quæ in remotissimis locis acciderant ac
demum discretionis Spiritum donum habuerit
perfectissimum. Porro Eusebius Emisenus li-
cet ad aliud propositum ad laudem tamen S.
Antonii opportunissime dicit: *Locuples in donis
Dei, sic in se excoluit gratiam, unamque quasi
solam pauci sic tenuerunt singulas, quomodo il-
le in se implevit universas. Quoties in extasi
raptus permanit? Raptum se sensit in spiritu,
& ab Angelis in sublime deferri. In mente re-
motissimo sedens, corde per vigili curata procul
posita Domino judicante cognovit Mundi quo-
que advocatus exitit, dum periclitantem fi-
dem orationibus suis solus sustentavit, dum-
que sibi devotos, ad eum ex omnibus mundi
partibus in deserto, ut se suis intercessionibus
recommendarent, concurrentes, consolatione
perfusus donum quosque suam remisit. Dixi-
mus insuper quod alius quidam perfectionis
gradus sit *Profundissima scientie altitudo*. Quid
autem S. Augustinus quoad hoc punctum de
S. Antonio senserit, lib. 1. de Doctrina Chri-
stiana in Prologo aperte satis testatur, dum ait:
*Sine ulla scientia literarum scripturas divinas
& memoriter audiendo tenuisse. & prudenter
cogitando intellexisse prædicatur. Sanctus quo-
que Athanasius de ipso pariter ita concludit:*
*Verè ipsum esse Dei famulum, nec in rustico ho-
mine potuisse tantam aliquando misse sapien-
tiam, nisi de ino amore regeretur. Denique Ho-
minum salus alter est perfectionis gradus; cu-
jus egregia specimina S. Antonius edidit, si-
quidem innumera sunt, quæ pro multorum sa-
nitate operatus est miracula, nec minus admi-
rabilis est, quam multis in magno numero at-
tulit, spiritualis animarum salus, utpote quos
non solum ad veri Dei agnitionem, verum etiam
ad veram penitentiam reduxit: *Plurimos
ab immundis spiritibus & infirmitatibus viri
Dei gratia per Antonium liberavit. Quod
verò spirituales infirmitates attinet: *Quis non
tristitiam apud Antonium mutavit in gau-
dium?****

Gradu. 26.

Hom. de S.
Maximo.

cap. 37.

cap. 31.

cap. 55.

cap. 16.

cap. 55.

diuini? Quis non iram vertit in pacem? Quis orbis lucum non, ad ejus temperavit aspectum? Quis non morore paupertatis, quo premebatur abjecto statim & diuitum despexit opulentiis. & in sua latatus est paupertate? Quis adolescens succensus a doribus, non ex ejus admonitu pudicitie amator fuit? Quis vexatus à Diabolo sine medulla rediit?

*supra loc.
cit. a. 2.*

cap. 39.

14. Si quis perfectus esse. S. Thomas adhibito Aristotelis lib. 7. Physicorum testimonio dicit: *Perfectum scilicet nihil deest.* Quod si ita est, verè perfectus fuit S. Antonius, utpote cui nihil unquam defuit. Ipse namque consortio gavisus est Angelorum: *se sensit ad Angelis in suol me deferr.* ut supra diximus, in suo quoque ex hac vita ad immortalitatem transitu; Angelorum sanctorum, qui ad perferendam animam ejus ascenderant presentia noscebatur. Sanctorum quoque Patriarcharum meritis effulsit, siquidem cum innumerabiles sui instituti imitatores haberet, vita Eremitica & monachismi restitutor extitit. Atque ideo nihil illi deest, quippe qui Prophetiæ dono emicuit, dum multos Ecclesiam respicientes aliosque innumeros successus prædixit. Apostolorum quoque merita habuisse noscitur, dum eos, omnia deferendo, extremam paupertatem profitendo, multos ad orthodoxam fidem convertendo, strenuè imitatus fuit: *Quot simulachris crepta sunt spolia?*

cap. 42.

*quantis viam ad errore gentilium retracti, nostrò juncti sunt gregi? Martyrium quoque meritis præclarus evasit. Et enim Amors quidem jam Martyr erat, martyrium enim ipsi, non verò ipse Martyrio defuit. Unde idemmet sanctus Athanasius dicit: Ad pristinum monasterium regressus, quotid. annuo fidei ac conscientia Martyrium merebatur. Antonius igitur vere is fuit, cui nihil deest, siquidem ei minimè defuerunt insignissimæ Confessorum virtutes & merita, adeo ut jure merito ei applicari possint latini Pacati verba, quæ quondam Patri Theodosii adulando declamabat: *sufficiat unum illum divinitus extitisse, in quo virtutes simul omnes vigerent, quæ singula in omnibus prædicantur.* Puritas in eo enituit Virginitas, solitudo Eremitarum, disciplina Monachorum. Donum quoque in eo effulsit miraculorum, discretio spirituum, profunditas sapientiæ & scientiarum, omnesque aliæ præclaræ dotes in eo emicuerunt adeo ut de eo in veritate dici possint verba Epistolæ, in missa hodierni Festi*

cap. 28.

lectæ nimirum: Similem illum

fecit in gloria San-

ctorum.



Ex variis è Scriptura sacra & sanctis Patribus desumptis solitudinis encomiis, variæ quoque S. Antonii laudes deducuntur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Sedebit solitarius & tacebit, quia levavit se super se.

Threnorum cap. 3. v. 28.

DUm reclusum in desertis plus minus nonaginta annis, Antonium attentamente considero, verba thematis propositi eidem jure merito adaptari posse video, idque tanto magis

quod Ly solitarius secundum Græci sermonis proprietatem, idem significet quod *Monachus*. Ex quo enim loco putas animam illam celestibus delitiis, id est, gratiarum, donorum, meritorumque supernaturalium thesauris locupletatam ad cœlos ascendisse. In promptu responso est *Ascendis de deserto delitiis effluens*. Deus enim animæ hominis in solitudinis teccellu specialiter communicatur & adstringitur: *Ducam eam in solitudinem. & ibi loquar ad cor ejus. Quid sibi querit Hugo a S. Victore) quod semper loquitur in secreto Deus nisi quod nos ad secretum vocat?* Porro S. Joanni revelata fuere secretissima cœlestis Palatii mysteria, innumeræque ei visiones & revelationes manifestatae fuere, sed ubi id factum esse existimas? *Absulis me in desertum*. Sic quoque alia quædam anima sancta, cujus in Osea fit mentio, se Spiritum & Lumen Dei in deserto recepisse profiteretur. *Cognovi te* (inquit ad Deum conversam) *in deserto, in terra solitudinis*. S. Augustinus de solitariis disserens ait: *Desertissimas terras incolunt, perscrutantes colloquio Dei, cui puris mentibus inhaerunt*. Neque enim ulli dubium esse potest quin puritas & mandantia cordis, quæ unicuique est se cum Deo uniendo medium, in solitudinis recessibus commodius & copiosius acquiri possit. Ac proinde eminentem Antonii sanctitatem non solum ex solitudine ejus & deserto, verum etiam ex encomiis, quæ à sanctis

Patribus solitudini attribuuntur facillimo negotio arguere possumus.

2 *Sedebit solitarius, & levabit se super se*. S. Bernardus in hæc verba ita scribit: *Levavit se super se, quia cum esset adolescens, & lubrica ætatis sentiret ardores semem admittit Et quidem sanctus & mellifluus hic Doctor, aliam huic textui interpretationem proposito nostro magis accommo datam dare vix poterat, siquidem S. Antonius, postquam decimum octavam ætatis suæ annum attingisset, mundum deserendo, licet adhuc juvenilis sanguinis sentiret ardores, senilis tamen ætatis in se prudentiam & judicium exhibuit vitamque exortus est adeo perfectam quod ubi alii spartam suam finire & terminare solent, ibi ipse sanctitatis suæ initium duxerit: *Tanta suorum nutritus cura ut nihil aliud præter parentes, demumq; cognosceret*. Hancque innocentiam, quam in desertum secum duxit, mirum in modum in eodem adduxit, adeo ut Athanasius ob id subjungat: *Cum omnes infatigabilem adolescentis mirarentur instantiam*. Ubi specialiter notandum est verbum illud *adolecentis*, conjunctum cum verbo *instantia*, quod ex Apostolo desumptum fuit, dicente: *Instantia mea quotidiana*, per hoc enim continua quædam, quotidiana & nunquam intermissa industria significatur, qua S. Antonius in ætate sua maxime lubrica, atque ab aliis in prædam delitiis dari solita, perfectioni comparandæ incubuit.*

3 *Sedebit solitarius*. S. Thomas Doctor Angelicus, solitudinem puritati cordis conservandæ singulariter cooperari scribit: *Pro puritate cordis solitudo sectanda*. Ac proinde cogitatis obsecro, quantum S. Antonius in nonagenaria sua solitudine cor suum purificaverit, adeo mirum

De S. Petro & Paulo.

cap. 1.

cap. 5.

2. Cor. 12.

2. 2. 7 188, a. S.

Lib. 4. de
arca Noe
cap. 4.

Apoc. 17. 3

Ose. 13. 5

Lib. 2. de
moribus
Eccl.

mirum ut mirum non sit, quod ad fruendum Paradisi gloria illi usq; in hac vita prægustandū præludium in extasi cōtinuo raptus fuerit, scriptum est enim: *Beati mundo corde. quoniam ipsi Deum videbunt; illam animam puritatem servabat. Levavit se super se* ita legit Hugo Cardinalis, Lyranus, Rabanus, Rupertus Abbas, scilicet à terrenis ad cælestia. Unde S. Basilius Tract de laude vite solitaria, dicit: *Se elevat supra se. quia Deum esuriens anima à terre vis se rerum obtutibus erigit, & in divina contēplationis arce suspendit.* Porro hæc divinorum mysteriorum altissima contēplatio perfectissima hæc cordis humani ab omnibus terrenis rebus avulso in desertis solitariisq; locis quæ ab omnibus mundi hujus lenociniis procul remota & dissita sunt vel maxime adaugetur atque perficitur. Unde S. Bernardus qui inter Claravallis fagos condensas vitam duxit, & per experientiā id, quod scripsit, prius edidicit, ad propositum ita loquitur: *Levavit se super se. quia non respicit ad se, sed ad illum qui est super se.* De S. Antonio quoque à parentibus, amicis, patria, atque divitiis procul absente ita scribitur: *Quibus solutus impedimenti, cælestis vite genus in terris colere instituit: id quod omnes in tanta rapiebat admirationem ut pagani quoq; & ipsi Idolorū Sacerdotes, ad Dominici imperium convolarēt, dicentes: Precamur ut videamus hominem Dei.* Ipsemet quoque Idololatræ eū plus quam hominem esse existimabant. Et quidem fit tritum illud adagium veritati consonat, quo dicitur: *Homo solitarius, aut Deus, aut bestia.* certè in S. Antonio primum verè adimpletum fuit, siquidem omnes ipsum veluti hominem talem suspiciebant, qui nescio quid divinitatis in anima sua circumferret. Unde & Monachi circumvicini tam heroicam omnium rerum terrenarum contēptum in eo videntes haud secus, ac si mortali carne amictus minimè esset: *Antonium Deicolam nuncupabant*

4. *Sedebit solitarius.* Philo Hebræus Henochum ab hac vita, seu potius ab humano confortio quondam translātū commendans, solitudinem impensè laudat, dicens: *Nam apud externos præsto sunt laquei, in quos necesse est incidere. In quibus si improvidus, & delectetur multorum consuetudine.* Id quod vel maxime experientiā didicit S. Antonius, nam postquam prius laqueos, qui ipsi hic in terris ad eum irretiendū partim in divitiis, quibus abundabat, partim in libertate, qua post parentum suorum mortem frui poterat, partim denique per jucundissimū

juvenilis ætatis suæ florem protensi & præparati erant, evasisset & superasset, mox quoque aëra laqueis cætera conspiceret quidem cœpit, sed omne prudentissimè solitudine mediante præterire potuit. *Nudos amat eremus,* inquit S. Hieronymus ad Heliodorum, atq; ideo S. Antonius audiens Evangelium, in quo scribitur: *Si vis perfectus esse, vade venae qua habes, & da pauperibus; tanquam ea sibi dicta essent, sic Christo Domino obtemperandum existimavit; itaq; vendita re familiari, pecuniam omnem pauperibus distribuit. Sibi quoque ipsi nullum aliud patrimonium retinuit, præterquā illud, de quo S. Petrus Damianus ita scribit: *Viticum peregrinationis nostra spes est ad Deum.* Verū quidem est quod catapultæ sive tormentum bellicum globo gravi onustum, quod turres optime munitas demoliri prævaleret, parvulo quodam claviculo inutile reddi possit, ac proinde eodem stratagemate circa Antonium sæpe usus est inimicus infernalis, sed irritò proflus conatu. Unde apud Athanasium in ejus vita S. Antonius ita loqui reperitur: *Auri decipulam mihi in deserto frequenter tendis quod idem offerebat, ut aut visu irretiret me, aut tactu commacularet.* Alia quoque vice idem aërialis hostis ad juvenem hunc à suis fervoribus retrahendum, difscum quendam argenteum in medium deserti viam exposuit, sed sanctus vir Dei, dolo & æstus Dæmonis cognito probeque sciens, quod *nudos amat eremus,* adversus astutum serpentem exclamavit dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem, ad quæ verba ad instar fumi subito evanuit. Infatigabilis adversarius impedire ejus propositum volens (quo scilicet viam ad vitam Eremiticam & monasticam in solitudine transigendam aperire nitebatur) argenteum discum in vinere projecit. Sanctus autem stans intrepidus, discum torvis intuitus est oculis.* Alia quoque vice veram quandam & magno pretio constantem auri massam conspiciens; magnitudinem admiratus radiantis metalli rapido cursu, quasi quoddam vitaret incendium ad montem usq; perrexit ad idem forte propositum servit, quod S. Propheta Job quadam vice protestatus fuisse legitur, nihil sibi adeo in votis esse, quam ut cum Regibus & Consulibus illis requiescere posset, qui sibi ædificat solitudines: *Requiescere cū Regibus & consulibus terra, qui ædificat sibi solitudines.* Quis autem mihi hic exponet, de quibusnam solitudinibus sanctus Job hoc loco loquatur? S. Gregorius existimat illos proprie tales*

Lib. 3. op. 6

Leff.

cap. 20.

Tob. 3. 14

Lib. 4. mo. r. 18

tales

cap. 4.

in lect.

cap. 42.

cap. 3.

tales sibi solitudines fabricare, qui à cunctis creaturis adeo sunt abstracti, & in quibus omnis rerum terrenarum amor adeo est extinctus, ut licet in medio recreationum & deliciarum hujus mundi sint constituti, ea tamen ratione vitam suam instituunt, ac si in medijs desertis solitarii viverent; siquidem nihil ex cunctis subluaribus recreationem aliquam illis adsciscere valeat, qui cor suum totaliter Deo consecravere. Tales igitur solitudines S. Antonius in medijs desertis sibi fabricavit, nam licet innumeri homines, ex omni habitabilis terræ partibus, ad eum conspiciendum & venerandum concurrerent, licet etiam ipsimet Imperatores honori magno sibi ducerent, si aliquid illi exhibere possent obsequium, ipse tamen nullam, in omnibus hisce sibi exhibitis honoribus, habebat complacentiam. *At ille ejusmodi manens qualis & ante fuerat.* Licet desertum suum hominibus eum venerari volentibus videret refertissimum, nihilominus de suo interiori recessu & solitudine, altissimaque sua contemplatione nihil remittebat. At verò Hugo Cardinalis per hosce Reges & consules, de quibus Job loquitur, intelligit: *Qui consules dicuntur, quia nobis voluntatem Dei nuntiando consulunt.* Hoc felicissimo Angelorum consortio, prout in discursu antecedente diximus, frequenter perfruitus est S. Antonius, utpote qui unus ex iis erat, de quibus idem Eminentissimus Cardinalis dicit: *Ædificant solitudines, id est, de corde suo terrena desideria expellunt. & seipos à tumultu mundi quantum possunt, elongant, ut solisint & idonei loqui cum Deo.* In tam frequenti enim innumerosum hominum concursu, quibus benefaciebat sive per verbum Dei, aut monita salutaria, sive quos à lethiferis infirmitatibus sanabat, aut quos eoque convincebat, ut suas detestarentur hæreses atque errores, vel quos reducebat ad fidem vel penitentiam, vel à Dæmonibus eos obsidentibus liberabat, inter omnes inquam hosce certatim ad eum venerandum confluentes, de suis vitæ rigoribus, de sua interiori solitudine, altissimaque contemplatione sua nihil penitus remittebat.

5 *Sedebit solitarius.* S. Basilius ad Nazianzenum de laudibus Eremitæ scribit: *O Eremita, ubi victor Dæmonum socius efficitur Angelorum.* Porro sapientissimus Magister noster Christus Dominus, cunctas actiones suas ad nostram directionem ordinavit. Atque ideo

Mansi Sanctuarum Tom. I.

advertendum est, quod quando cum tenebrarum Principe prælium inire statuit, eidem quidem ut arma pro libitu suo ad certamen invidiam eligeret libenter permisit: ipse verò tanquam expertissimus Archistrategus commodum sibi loci, in quo conficturus erat, sicut deligere voluit, nimirum desertum; ut ex hoc intelligeremus, quod cunctos Dæmonis insultus, quibus nos aggredi parat, in solitudine facilius superate valeamus. In libro Geneleos similiter arduum illud, quod novem inter se Reges commiserant prælium, describitur; è quibus quinque fortiores & generosiores, à quatuor alijs minus fortibus fuere devicti, idque ea solùm de causa, quia vallis, in qua inter se dimicabant, bitumine & luto, in quo equi facile lubricari & cadere poterant, referta erat. Etenim hæc quoque est serpentis infernalis astutia; dum enim per tentationem nobiscum præliari satagit, locum certaminis sibi ad nos vincendos commodum cautè eligit, efficitque ut certamen nobiscum ineat in loco bitumine pleno, id est, voluptatibus, delitijs, divitijs, cunctisque alijs terrenis bonis, quibus libenter adhærescimus, redundante, sic enim securam sibi de nobis pollicetur victoriam. Id quod sanctus Antonius optimè intellexit, atque ideo invictus semper remansit & insuperabilis, utpote in sylvis horridis semper sepultus atque ab omni terreno contagio procul remotus.

6 *Sedebit solitarius.* Nullus unquam locus hic in terris dignus reputatus fuit, in quem Deus manna illud, panem scilicet Angelorum manibus præparatum, quem populo suo in deserto tot annis est impertitus, deplueret, præterquam sola solitudo: *Apparuit in solitudine* Exod. 16. *minutum.* Unde Philo optimè collegit consolationes spirituales in manna figuratas, pariter nulli animæ communicari præterquam animabus ab omni mundi strepitu procul degentibus: *Non ubique apparuit, sed ubi desertum est, vacuum vitium & affectibus.* Porro in Isaia scribitur: *Latabitur deserta & in via, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium, germinans germinabit, & exultabit latibunda & laudans,* Isa. 35. *Gloria Libani data est ei, decor Carmeli.* Cùm igitur cœlestium gratiarum manna, in hoc deserto ab Antonio inhabitato, tam copiose depluerit, non est quod invidiam sive Eliæ Carmelo, sive Monti Libano, siquidem ab illis solitudinibus tanti Anachoretæ, sancti Antonii nimirum, præsentia nobilitatis, torcedi exel-

M

sc

læ, tot homines in sanctitate & perfectione insignes prodire. Ejus namque desertum innumeris implebatur Monachorum exercitiis, qui sub ejus directione diu noctuque psallere non desinebant. Unde verificatum est oraculum illud propheticum: *Ponet desertum ejus quasi hortum Domini; gaudium & lætitia invenietur in ea gratiarum actio, & vox laudis.* Omnes sylvæ laudibus Domini resonabant. Porro S. Hieronymus in vita S. Hilationis locum, in quo moratus est S. Antonius, describit, dicens: *Dignum videtur brevi sermone habitaculum tanti viri describere.* Et S. Chrysostr. de Ægypti solitudinibus tractans, ita scribit: *si habitacula illa nondum novit, consideret virum per cunctorum usque hodie ora volitantem, quem Apostolus proximum Ægyptus producit, beatum dico & magnum illum, de quo jape audistis Antonium, visione Dei dignus est habitus.* Etenim quod si manna populum illum tot annis in deserto ab omni procul infirmitate conservavit, quis robur & vigorem S. Antonii in ætate etiam decrepita optimè sani non demirabitur? de quo proinde dici potest, quod de Concordiensi centenariis olim scripsit D. Hieronymus, dum ait: *Futura nobis resurrectionis virorem in te Dominus ostendit, ut peccati sciamus esse, quod ceteri adhuc viventes promoriuntur in carne justitia, quod tu adolescentiam in aliena ætate mentiris.* Verum enimvero quis manna illius cœlestis, quod S. Antonius in desertis illis degustavit, suavitatem incredibilem dignè fati exprimere poterit: sanctus quidem Ambrosius oculos suos in illam turbam desectēs, quam in deserto sctavit Salvator noster, inquit: *Cœlestis gratia impertitur alimentum non otiosis, non in civitate residentibus, sed in eis deserta quarentibus Christum:* at verò si Salvator noster ita beneficus fuit in turbam hanc, se tribus tantum diebus infrequentem, quam putatis hujus cœlestis gratiæ partem habuisse sanctum Patrem nostrum Antonium, qui post Christum in desertum abiit, non solo triduo, ut turbæ illæ, sed paulominus nonaginta annis. Hugo Cardinalis super illa sapius citata Osee verba: *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus,* ita interpretatur, *id est, consolationes dabo in anima ejus.* Et quidem unicum duntaxat hujus mannae saporem in eo, quoad conversationis suæ benignitatem & suavitatem, velim degustemus. Nullus se frustra illuc venisse conquestus est, o-

mnibus delectabile atq; jucundum laboris commercium fuit; erga omnes etenim miram affabilitatem & charitatem exercens, mirè se omnibus reddebat amabilem: *Neque enim ut in solitudine & montibus versatus, atque omnem ibidem exigens vitam, agrestis & rigidus erat, sed jucundus atque affabilis: sermonem secundum Apostoli præceptum divino conditum sale proferebat ita ut invidia careret, & amore omnium potiretur.*

7. *Sedebit solitarius. Solitaria vita cœlestis doctrina schola est, ac divinarum artium disciplina, illic enim Deus est totum, quod discitur.* Et quidem quid S. Bernardus in silvis inter fagos non didicisti ibi namque scholam suam sive Gymnasium invenit; unde & scribit: *Experio credi, aliquid plus invenies in sylvis quam in læbris.* Quis itidem non admiretur S. Antonii mirram sapientiam atque doctrinam, utpote qui argumentis è Philosophia naturali, Theologia, cunctisque aliis scientiis humanis desumptis obstinatos Philosophos illos, qui ad eum deridendum advenerant, palam confundit; unde vel invitati fateri debuerunt, se altissimam hujus vitæ Dei sapientiam profus obstupescere. *Vna cum expulsis Dæmonibus vna presentium Philosophorum confutata sapientia est; expaverunt stupentes hominem, cui post tantum ingenium afflueret signorum divina largitio. Erat valde sapiens (& hoc quidem de sancto viro Dei magnus ille faretur Ecclesiæ Doctor S. Athanasius) & hoc in se mirabile habebat, quia cum literas non didicisset, ingeniosissimus & prudentissimus erat.*

8. *Sedebit solitarius. S. Basilus ad Nazianzenum scribit: Eremitus est Paradisus deliciarum, ubi spirant ornamenta virtutum.* Verissimum id est de deserto Antonii, hujus namque solitudo commutata est in Paradisum deliciarum, siquidem ibi multa plantata fuere Monachorum monasteria, quæ quovis tempore virtutum sanctissimorumque exemplorum spirant fragrantiam, prouti videre est in vitis Patrum. Et quidem ad hoc alludere S. Hieronymus voluit quando scripsit: *O desertum Christi floribus vernans! solitudo in qua illi nascuntur lapides, de quibus civitas magni Regis constructur.* Quot sunt, qui in desertis illis sub directione S. Antonii habitantes angelicas in cœlo reparavere ruinas Author Annalium de his Monachis scribens dicit: *Quis tantum Monachos.*

Cap. 45.

Opusc. 1.
c. 9.

Cap. 49.

Cap. 43.

Tom. 3. an.
64.
Cap. 1.

Isa. c. 51.

Hom. 2. in
Matth.

Eib. 2. ep. 8.

In Luc. 9.

Cap. 55.

*nachorum agmen aspiciens, quis virilem illum
 concordia castrum cernens, in quo nullus nocens,
 nulla detractio, sed multitudo abstinentium, &
 certamen officiorum erat; non in hanc statim
 etumperet vocem: quam bona domus tua Iacob,
 & tabernacula tua Israel, tanquam nemora ob-
 umbrantia, tanquam Paradisus sub fluxio, tan-
 quam tabernacula, qua fixa sunt à Domino,
 tanquam Cedri circa aquas. Idemmet sanctus
 glorioso hoc Paradisi titulo solitudinem exor-
 tibat, quando plurimos, ut in hanc se solitu-
 dinem reciperent, exhortabatur, ut remotioris
 vite beatitudinem appeterent. O Eremita ubi vi-
 stor Daemonum, inquit Basilius ubi supra socius
 efficitur Angelorum. Et mox subdit: *xul mun-
 di hares est Paradisi*; cujus dicti veritas mirè in
 S. Antonio emicuit. Cum enim per viginti an-
 norum decursum speluncæ cuidam solitudinis
 suæ inclusus fuisset, multi erga ipsum devoti,
 eum videre & venerari, vitæque & disciplinæ
 monasticæ sub eius directione se consecrare
 volentes, alii verò per benedictionem & præ-
 sentiam à suis liberari infirmitatibus cupien-
 tes, portis speluncæ suæ contractis, & de cardine
 evulsis, ad eum ingressi, eum velut verum Para-
 disum Angelum in eadem spelunca confidentem
 repererunt: *Per vim foribus evulsis, quasi ex ali-
 quo caelesti aditu consecratus apparuit; obstu-
 puerunt universi & oris gratiam & corporis
 dignitatem.* Fuit porro nonaemo vir eruditus,*

qui Emblematis loco cælum depinxit sole, lu-
 na, & stellis adornatum, cum hac eidem sub-
 nexa Epigraphæ: *Pulchriora latent*, alludens
 ad infinitam cœli Empyreï pulchritudinem ab
 oculis nostris absconditam. Unde & cælum à
 celando dicitur, eo quod ea, quæ intus pulcherr-
 rima & elegantissima delitescunt, nobis celet
 & occultet. Verè tale cælum est S. Antonius.
 Tamen enim multa præclara de sancto Anto-
 nio scripta sunt, ea tamen in comparatione eo-
 rum, quæ nos latent veluti nihil sunt. Quas e-
 nim in illa solitudine, in paradiso & cœlo isto
 passus est extases, raptus, visiones, revelatio-
 nes, favores, & quibus per tot annorum decur-
 sum honoratus est, divina colloquia, omnino
 ignoramus. Latent nos tot tantæque austerita-
 tes, tot orationes, mortificationes, tot divini
 amoris repetiti actus, in quibus sese quotidie
 sine intermissione exercebat: *Pulchriora la-
 tent.* Proprium namque est cuilibet animæ san-
 ctæ pro mensura sanctitatis in humilitate cre-
 scere, seque ab aliorum oculis abscondere, id-
 que sancto Antonio tanto magis accidit, quia
 sedit solitarius & tacuit. *Et levavit super se.*
 Ubi Hugo Cardinalis dicit: *Levavit*
se super se; hæc levatio fit per
humilitatem.



De victoriis, quas S. Antonius in tentationibus reportavit, deque variis documentis, quæ ad detegendas inimici infernalis insidias, & ad insultus ejus superandos nobis post se relinquit. Vbi multæ pariter sancti hujus Abbatis virtutes in medium adducuntur.

DISCURSUS TERTIVS.

Qui non est tentatus, quid scit? Ecclesiast. 6. 34. v. 9.

2. **V**itam nostram continuam quandam esse tentationem, in dubium revocari neutiquam potest, id namque liquet clarè satis ex hisce scripturæ verbis: *Tentatio est vita hominis.* At verò tentationem veram quandam scholam & Academiam esse quis crederet, nisi id Spiritus sanctus perspicuè ediceret? *Qui non est tentatus, quid scit?* omnis etenim profectus noster, quem in schola Dei facimus, dummodo uni ex primis Ecclesiæ Doctoribus sancto videlicet Augusti no fidem adhibere volumus, soli tentationi in acceptis referendus est. *Profectus noster per tentationem nostram fit.* Ac proinde cum S. Antonius præ omnibus aliis sanctis tentationibus variè infestatus fuerit, nil mirum si tantam sibi scientiam acquisierit, per quam Ecclesiam Dei deinceps omnibus futuris sæculis erudire possit. Cujus rei fidem documenta plurima, quæ hoc hinc post se scripta reliquit, abunde præstant. *Effectus n est ut post ejus doctrinam omnes Diaboli pandarentur insidie.*

2. Porro hac nocte in lectis de hoc sancto lectionibus, veluti in compendio quodam sancti hujus victorias audivimus pariter & admirati sumus: Post quarum enumeratione sancta mater Ecclesia tandem subjungit: *Cum talis tatusq; Dei miles fuisset Antonius.* Ac proinde ob crebras à Dæmone gloriose reportatas victorias, huic sancto merito applicari possunt, prout in præsentis discursu latius videbimus, verba illa, quæ Apostolus de Christo pronuntiavit: *Tentatum per omnia absque peccato, diabols etenim nunquam in omnium aliorum*

hominum simul conjunctorum perniciem ita atrociter conjuravit, sicut in unius duntaxat Antonii excidium. Porro S. Hieronymus, uti præcedenti discursu insinuavimus, hujus sancti viri Eremitorium, seu potius Capitolium ejus describens, inter cætera dicit: *Ex utraque ripa palma innumerabiles; nec mirum, hæ enim palmæ veluti prædicabant frequentes numerosasque victorias & triumphos, quos de infestantibus eum inimicis semper generosissime reportavit.* S. etiam Athanasius eandem ob causam eum gloriofissimo isthoc epitheto decoravit: *Tantum victoriarum homo.* Unde & toti universo tantæ admirationi fuit, ut multi ab ultimis mundi finibus ad hunc generosum atletam, qui non jam terram, sed infernum toties debellaverat, videndum accesserint: *Totius orbis homines ad eum confluxerant, & universarum gentium varietas, bellicosissimum contra Dæmones virum conspiceret gestibant.*

3. *Tentatum per omnia* Hugo Cardinalis hæc verbâ: *Turris fortitudinis à jaso inimici, interpretans, acute observavit Psalmistam non dixisse: à machinis sed à facie; & rationem mox reddit; quia Diabols plures decipit blanditiis, quam terroribus.* Non tamen sic Antonio accidit, utpote in quo dictum illud apostoli adimpletum fuit: *tentatum per omnia nam terrores pariter & blanditiis illi intentavit; Aggressus est eum blanditiis & terroribus.* Quoties in eam ejusque totalem perniciem totus solutus fuit infernus? *Rugiebat leo occidere volens, taurus mugitu & cornibus minabatur, serpens sibilo personabat, luporum impetus ingerebatur, pardus discoloriter auctoris sui calliditates varias indicabat, cruce omnium vulnus, & vocis hor-*

rida

lib. 2. f. 60.

Cap. 55.

lib. 4. c.

Cap. 27.

Cap. 55.

Cap. 8.

vide dirus auditus. Veruntamen quæ ratione
diabolica hæc spectra fuganda fuerint perfe-
ctissime tentatus scivit, flagellatus, confectus,
sentiebat asperiores corporis dolores, sed imper-
territus durabat mente per vigilis; & licet gemitum
vulnera carnis exprimerent; sensu tamen
idem permanens, quasi de inimicis luderet, lo-
quebatur si virum aliquid haberetis, sufficeret
unus ad prælium; sed quoniam Domino vos
nervante frangimini, multitudine tentatis in-
ferre terrores. Si quid valetis, ecce præsto sum,
deboratus; si vero non potestis, cur frustra niti-
mini? Dæmon quidem illum ut plurimum ag-
gressus est non solum per minas, sed etiam per
atroces acerbissimorum verberum ictus, adeo
ut sæpe numero semimortuum reliquerit: Ag-
gregatis satellitibus suis varia cade laciravit,
ut doloris magnitudo & motum auferret &
vocem; nam & ipse postea sepe referebat vul-
nera fuisse tam gravia, ut univèrsa hominum
s tormenta superarent. At verò sanctus optimè
sancti Cypriani monitum scivit, scilicet, quod
maior est Dominus ad protegendum quam Dia-
bolus ad impugnandum: Et ita psallebat, di-
cens: seconsistant adversum me castra, non ti-
mebit cor meum; Dominus mihi adiutor & ego
exultabo super inimicos meos.

Cap. 7.

Tract. de
exh. mart.
Cap. 16.
Cap. 8.
Cap. 4.

Lib. de u-
nit. Eccl.

Cap. 4.

4. Tentatum per omnia. Admodum salutare
est illud sancti Cypriani monitum: Plus cavend-
us est inimicus cum latenter obrepit; cum per
paucis imaginem fallens: occultis accessibus serpit.
Atque ideo nonnulli existimant primam ma-
trem nostram Evam non fuisse tentatam à ser-
pente, horribilem præ se vultum ferente, in
quali hodie conspici & depingi solet, ed vul-
tum representante blandum atque femi-
neum. Unde & in tali specie congressus est cum
S. Antonio: In pulchra muliere vertebatur or-
natum, nulla omittens signum a lascivis; at verò
optimè novit, qualiter huic lenocinio debuerit
resistere: Vtrices gehenna flammis, & dolorem
vermium recordans, ingesta sibi libidini oppone-
bat.

Serm. 27.

5. Tentatum per omnia. Serpens erat calli-
dior cunctis animantibus terra. Audite proin-
de dolosa ejus stratagemata. Stridens enim
dentibus & plangens, nigri cujusdam pueri
formam induit, seque ad sancti viri pedes pro-
sternens dixit: Multos seduxi, plurimos decepi;
nunc autem ut à carceris sanctis, ita & tuo Labo-
re sum superatus. Quo in casu dici potuit, quod

Chrysológus de Salvatore nostro scripsit
quando à patre mandaciorum hinc verbis:
Quid nobis & tibi fili David? Filius Dei
proclamatus fuit; nimirum: Crediat infelix, Matth. 6:
29.
ut eum quem tentatione vincere, muneribus ne-
quirit inflectere posset adulatione pulsare: at
verò tentatus scivit optimè illud sancti Gre-
gorii monitum: Valde cavendum est vitium,
quod de victoria surgit vitiorum; id est nimia
de nobismetipsis complacentia: unde devo-
tissimus Pater Magister Avila hoc Dæmonis
artificium optimè detexit, dum ait illum po-
tentissimos magisque validos ictus suos ad cor-
dirigere, quod enim quis oculos habeat humi-
les, aut silentium observet, vel multas recitet
orationes, id ipsum Dæmon minimi facit. Ip-
se enim venenum suum, id est vanam gloriam,
aut sublimem de semetipso opinionem cordi
instillare didicit. Ad hoc propositum de san-
cto Marcello Abbate legitur, quod cum hic
Dæmoniacos quosdam adjuvare inciperet,
spiritus, qui corpus Energumeni obsidebant,
sanctum hunc hominem hoc sine Dei auxi-
lium invocare audientes, eisdem Abbati dixe-
runt: Tu ipse, cui plena data est in nos po-
testas, nobis præcipito, & obediemus tibi:
Abbas autem cum oblatam sibi à Dæmoni-
bus obedientiam acceptare nollet, cur id ab-
nueret interrogatus responderit: quod Dæ-
mones meam in illos potestatem agnoscant &
sateantur me illis posse præcipere, id aliò ne-
quaquam spectat, quam ut me vanæ gloria
laqueo irretiant; hæc enim talis natura vi-
tium est, ut dum Dæmon se victum esse si-
mular, per illam se victorem facere prætendat.
Veruntamen sanctus Antonius utpote expet-
tus & prudens optimè novit sententiam illam
sancti Fulgentii, dicentis: Ad hoc se victum
demonstrat, ut vincat: ad hoc fugam simu-
lat, ut persequentem missis post tergum sagi-
tus occidat. Alia quadam vice cum sanctus
Antonius Dæmonem interrogasset quis esset,
confestim ille se fornicationis spiritum esse re-
spondit, ac demum tubjuxit: Quantos pu-
dicè vivere disponentes fessilli? quot tenuiter
incipientes ad sordes pristinas redire persuasi? ego
sum qui te ipsum sæpe tentavi, & semper re-
pulsus sum: sanctus verò se nequaquam se-
duci permisit, sed id quod dicebat verum esse
non ignorans, Gratias agens Deo, & largio-
ri,

Epist. 3. ad
prop.

Cap. 4.

ri, erga inimicum confortatus audacia ait: Multum ergo despiciabilis, multumque contemptibilis es: nam & obscuritas tua & ætas infirmarum signa sunt rerum: nulla mihi jam de te cura est; Dominus mihi adiutor, & ego exultabo super inimicos meos. Et hoc dicto protinus disparuit.

6. *Tentatum per omnia.* Sanctus Antonius aliquando universam terram laqueis plenam esse conspexit: Omnes laqueos inimici super universam terram extensos! Quid autem hi tam multiplices significabant laquei? Sanctus Ambrosius dicit: Quid tibi, o homo cum delictis & voluptatibus? non capis laqueos, nisi ante esca te caperis; dum prædam petis laqueo ipse te necis. Esca laquei avaritia est; esca Diaboli luxuria est, quibus nos vult inescare, non pascere. Laqueus non accipit prædam, nisi prius sub laqueo abscondita te capiat esca. Antonius autem tentatus servit, quid faciendo laqueum exuere posset; siquidem omnem voluptatum terrenarum, cupiditatis, gloriæ mundanæ escam pro viribus vehementer semper abhorruit, in solitudinem se subducendo, ut in operibus sylvarum horroribus, cum scorpionibus & feris habitaret, aurum quoque veluti ignem fugiendo, tamen id quaquersum per viam stratum sæpe offenderet Strabo de Frinone & Pittaco factum quoddam refert admodum curiosum. Cum enim inter hosce duos immortalis quædam intercederet inimicitia, utrimque inter eos conventum, & ab aliis permillum, controversiam hanc duello mediante dirimere, ita tamen ut cuiuslibet integrum esset arma pro genio & libitu suo eligere. Pittacus itaque dextra ensem, sinistra vero laqueum quandam apprehendit, atque ideo ab inimico suo delusus fuit. Dum vero Pittacus Frinonis caput ferire, velle fingit, is sinistram versus qua Pittacus laqueum ferebat, sese inclinando ex improviso, à semetipso illaqueatus & strangulatus fuit. Ecce tibi in hac Historia propriè descriptam Dæmonis astutiam. Ferro enim se nos adoriti velle simulat, quando ex principali intentione nos laqueis suis iretore parat. Unde merito David dolebat dicens: Absconderunt superbi laqueum mihi, Et Ecclesiasticus similiter ait: In medio laqueorum ingredieris. Porro laquei, quos sancto Antonio, ut ab iis ultro citroque stringeretur, Dæmon tetendit, fuerunt delicta, libertas, divitiæ domus & familiæ suæ. Sæpe numero eidem lenocinantia ob oculos objecta

representavit eumque toti mundo veluti hominem divinum summæ venerationi exposuit, adeo ut ipsimet etiam Augusti Imperatores summa cum reverentia prosequerentur. Hanc autem tantam sui æstimationem eo potissimè sine ei procuravit, ut eum ad vanam gloriam provocaret: at verò ipse tentatus servit peroptimè id, quod scribit S. Cyprianus: Nec evadere Diabolum servus Dei poterit, qui se Diaboli laqueis implicaverit, atque ideo omnes laqueos sibi præparatos facile evasit; pecuniamque omnem pauperibus distribuit: libertate autem ad id præcipue usus est, ut se vivum in solitudinis suæ spelunca sepeliret: mundi denique obsequia sibi exhibita eo præcipue adhibuit, ut sibi magis magisque vilesceret, & in humilitate exerceeret: siquidem magna & rara virtus humilitas honorata, ut inquit Bernardus, adeoque Diabolus ipsemet in suismet laqueis ab eo feliciter captus fuit. Unde sanctus hic vir dicere potuit: Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos. Cor etenim ejus, omniaque illius desideria & operationes ad Deum purè directæ erant. Unde perspicuè videtur, quam vera sit illa sententia: Frustra jacitur rete ante oculos spennatorum. Quorum verborum loco Interlinearis legit: Laqueum in terra facile evadit, qui oculos habet in caelis. Sic enim S. Antonius cunctas inimici insidias feliciter declinavit, quia cor & mentem suam in cælo semper defixam habuit. ab ipsis namque primis annis vitæ suæ, cælestis vita genus in terris colere instituit.

7. *Tentatum per omnia.* De multis quidem aliis inelytis Dei militibus legitur, quod ardua illis ab Inferno intentata certamina sustinuerint; nullus tamen tam frequentia, tamque atrocia passus est, ac S. Antonius in toto centenariæ vitæ suæ decursu sustinuisse legitur. Neque enim S. Antonius Diabolum sine mysterio *Infatigabilem* denominavit, utpote qui eum majori semper cum violentia aggrediendo, nunquam defatigatus fuit: Nec Diabolo semel fracto defecere vires; sed neque Antonio securitatem dedit hic unus triumphus. Optime enim sibi persuasam habebat illam sancti Gregorii sententiã: Quo valentius vincitur, eo adhuc ad insidias ardentius instigatur, quod omnino cum eo consentit, quod pariter Tertullianus scribit: Tunc maximè servis, cum hominem planè sentit liberatum, cum plurimum accen-

Lib 3. in
vis. p. n.
129.

In Ps. 118.
14.

Lib. 13.

Ecc. 9. 20.

Lib. 1. c. 11.

Ps. 24. 15.

Prov. 1. 27

Lev. 2.

Cap. 10.

Cap. 8.

Lib. 3. mor.
c. 8.

Lib. de pe-
nit. c. 7.

occenditur, cum extinguitur. Unde S. Athanasius in cap. 8. vitæ suæ cum post multos alios sibi intentatos insultus, ferocissimum quoddam prælium à Dæmone sustinuisse refert. Ipse autem recenti memoria in omnibus hæc certaminibus id ipsum tenebat, quod S. Jacobus olim docuit: *Resistite Diabolo & fugiet à vobis* Verum dices fortasse, unde hominitantum potest robur & fortitudo advenire adeo debili, ut tam horrendo & feroci leoni obsistere præsumat, illi nimirum de quo S. Petrus ait, quod *sanguinem Leo rugiens circumquærens quem devoret*. Respondeo quod nisi felicem de hoc truculento Leone victoriam sperare possemus, sanctus Petrus utique non diceret, quod sequitur: *Cui resistite fortes* Porro Seneca de Crocodilo scribit, quod sit *fugax animal, audacissimum timido*: id quod de Dæmone pariter verè dicere possumus qui adversus illos duntaxat prævalet, qui eum formidant, non verò adversus illos qui adversus illū Leones se esse probant, ab his etenim miraculose lepuleculi instar fugit. Enimverò Dæmones die quadā sanctum hunc tanta cum truculentia & barbarie diris verberibus percusserant, ut eum mortuum esse credentes ad locū quendam viciniam sepeliendum deportarint. Nocte verò sequenti, dum circumstantes, qui ad ejus corpus vigiliis agebant, gravati obdormissent, ipse sanctus, recuperatis non nihil viribus, unum ipsorum rogavit, ut se denuo ad priorem certaminis tolerati locum deportarent, quo eum pervenisset, hec semivivus, univertum provocare coepit infernum, dicens: *Ecce hic sum ego Antonius, non fugio vestra certamina, etiamsi majora faciatis*; & quidem ejus vitæ Historia dicit: *Ista omnia ad confusionem Diaboli fiebant, qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescente, ut miserimus deludebatur*. Et hæc quidem fuit ex primis adversus Dæmonem obtentis victoriis una. Ac proinde cogitate, quantum S. Antonius per centum annos continuos tentatus habuerit tempus, ut per experientiam & scientiam, in magna hac tentationis schola erudiretur? dicit Ecclesiasticus: *homo sanctus in sapientiam manet sicut Sol* Quamnam obsecro sapientiam Sol in se continet, quod sermo Dei in disciplina sapientiæ acquirenda deservite dicatur? Pulchram quandam & huic proposito valde accommodam, in authore quodam ob-

servationem legisse me memini, scilicet, quod dum Sol zodiaci signa transit, occurrit illi cōfestim nunc aries, nunc taurus, nunc Capricornus, mox Leo, qui omnes cōminabundi soli se opponere velle videntur, ut iter ejus, quo ad fieri potest, retardent. Sol autē liberè progreditur, nec hæc bestiarum monstra quidquam moratur, imo ne latū quidem unguem à solita orbita sua recedit. Atque hæc eadē est illa tam admirabilis & obstupescenda S. Antonii virtus; siquidem nulla ei obviare potuit contradictio, quæ illum ab inchoata perfectionis semita vel latum unguem retrahere, aut retardare potuisset, neque enim id efficere potuit aries austeritatis deserti, speluncæ, ferarum, solitudinis, jejuniorum, ciliciorum silentiū vigiliarum, nec sensualis concupiscentiæ Leo, quantumvis hic illi sæpe nemeto admodum fuerit molestus. Vel etiam ad literam dicere possumus, quod Dæmones ex inferni abyssi soluti, varias sibi assumperint taurorum, ursorum, leonum, aspidum effigies, eum à cœpta stricta perfectionis semita dimovere aut divertere prætententes; at verò S. Antonius in sapientia mansit sicut Sol. Audiatis velim, quid venerabilis Thomas de Kempis de instabili corde scripserit: *Cor instabile & à bonis cogitationibus vacuum, nidus est Diaboli. A contrarso sensu autem quanto cor aliquod in divino servitio solidius, sanctisque cogitationibus magis fuerit intentum, tanto magis à se Dæmonem rejiciet, adeo ut illi aliq̄ in illud aditum invenire impossibile sit. Quis autem majorem eo stabilitatem exhibuit? Immobilem & tranquillam retinens animi firmitatem Dæmones fugabat. Nullum quoque habuit omnium illarum bestiarum infernalium, multo minus desertorum illorum, in quibus degebat, metum aut fastidium. Admiratione plane dignum est in tam immani solitudine unum hominem nec Dæmonum quotidianas expavisse congressiones, nec tantarum bestiarum quadrupedū, vel reptilium diversa cessisse feritatis. Atque ideo hæc ejus stabilitas atque perseverantia, limatissima fuit ejus adversus inimicū armatura. Nec potest firmum Deo pectus, cogitationum & caritarum fraudū arte pervertere.*

8. Tentatum per omnia Bonus nunquam (inquit S. Bernardus) nisi boni simulatione deceptus est. Et ratio est, quia difficile est, ut quis eos, qui in virtute habitati sunt, in peccata gravia

Luc. 4. 7.

I. Pet. 5. 18

I. Sib. 4. quæst. 11.

Cap. 3.

Cap. 4.

Eccl. 27. 11.

P. P. ser. 7

Cap. 250

Cap. 16.

Serm. 66. in Cant.

gravia labi faciat; atque ideo spiritus malignus transfiguratur se in Angelum lucis; prout fecit circa S. Antonium, quem saepenumero tali effigie aggressus, ut eum à bonis suis propolis averteret, sed frustra & incassum, unde & in posteris in cautelam hoc post se monitum scriptum reliquit: *Familiares nobis species assumunt, ut affinitate virtutum nocentes, facilius virum interserant, & innocentes quoque per speciem honestatis elidant.*

Cap. 16.

9. *Tentatus servit*, quod ad vincendum Dæmonem, per magni referat loci vel sitas, è quo dimicandum est, opportunitas. Unde S. Ambrosius ait: *Diabolus in deserto tentationis solida arma non invenit.* In Paradiso quidem prothoparentes nostros haud difficulter devicit, quia ibidem medias inter delicias habebant, & Adam in mulieris constitutus erat contubernio: In deserto autem miserè superatus & devictus est, eo quod præter dumeta, stirpes, spinas, &c. nihil ibi aderat, nec alia ibi præterquam Scorpium & ferarum societates haberi poterat, atque ideo nullum suggestiones ejus habere aditum potuerunt. Unde mirum non est, quod Antonius faventem certamini suo spirituali prælegerit locum: *Sedit solitarius* Curiosa equidem est quæstio illa, qua quæri solet, cur Dæmon Evam tentare volens, Serpentis speciem assumpserit, & non potius interna usus fuerit suggestione, prout ut plurimum ab ipso fieri solet, cui communiter responderetur, internam hanc mali suggestionem nullum in illo statu habere potuisse locum, eo quod tunc sensus rationi totaliter subjectus fuerit, unde nullus in appetitu excitari poterat motus inordinatus; atque ideo Albertus Magnus ait: *suggestio Dæmonis interior competit sensuualitati corrupta* Ex quo fundamento innocentiam & puritatem quandantem originalem S. Antonii deducere possumus, cum in eo omnes passionis rationi adeo plenè subjectæ fuerint, ut vix capax extiterit alicujus in se inordinationis & sensuales rebellionis experiundæ, atque ideo Dæmon illum ut plurimum aggressus est per insultus exteriores quasi impossibile, vel saltem arduum censuerit esse, & valde difficile, eum per internam suggestionem efficaciter tentare. Hanc autem innocentiam à primis pueritiæ annis possedisse noscitur: *Cum jam puer esset, innocenter habitabat domi.* Porro de sancto præcurfore scribitur: *Antra deserti, tene-*

Sor. 36. de jejun. Domini.

Cap. 1.

ris sub annis circum turmas fugiens, petisti, ne levis saltem maculare vitam fame posses id quod etiam magna ex parte de sancto verificatur Antonio, tamen hic circa ætatis annum decimum octavum cremo se includere cepit. Veruntamen sciendum est, quod ne S. Antonio cum quopiam hominum tractare aut conversari opus esset, is tantam terræ partem propria manu cultivavit & seminavit, quanta ad subministrandam sustentationis necessitatem, eidem sufficeret poterat. Exinde annuum sibi panem laborans gauderet, quod sine cujusquam molestia, ex propriis manibus viveret in deserto. Quo eodem tempore illud Hieronymi ad Rufinum transcriptum monitum, ad obliandas tentationibus vias utile adeo & proficuum executioni mandabat, nimirum: *Facito semper aliquid operis, ut te semper Diabolus inveniat occupatum.*

Cap. 25.

10. *Tentatus scivit*, nosque omnes ad vincendum inimicum nostrum salutaria monita, quæ variis in locis vitæ ejus recentur, edocuit: *Cura Christianorum insit, ne per eorum inertiam, vires Dæmonibus præbeantur.* Atque ideo per renovatos semper fervores in spirituali vita progredi satagebat: *Vna est ratio vincendi inimicum (dicere solebat) lætitia spiritualis & anime Domini semper cogitantis jugis recordatio.* Unde hæc interior lætitia, tanquam manifestum bonæ conscientie indicium in ejus semper læta & Joviali facie agnoscebatur, adeo ut inter mille homines facile, quosnam Antonius esset, dignosci potuerit.

Cap. 20.

11. *Scribit*, atque ne infernalis inimici insultus formidaremus, hunc in modum nos instruxit: *Nihil vobis in hoc terroris incutiant; fidelium enim orationibus atque jejuniiis ad Dominum statim corruunt; Nec tamen, si paululum cessa verint, prorsus plenam putetis esse victoriam; solent enim saucii gravius assurgere.* Verum enim vero utilissimū quoddam punctum ab eo discendum superest, nimirum quod ad hoc ut orationes & alia opera bona inimicum vincere valeant, opus sit, ut bonæ conscientie semper associetur: *Magna adversus Dæmones arma sunt, vita sincera, & intemerata ad Deum fides.* Credite mihi experto, pertimescit Sathanas rectè viventium vigilias, orationes, jejunia, mansuetudinem, voluntariam paupertatem, vanam gloriam contemptum, humilitatem, misericordiam, iram dominatam, præcipue purum cor erga Christi amorem.

Cap. 17.

Virtutes,

Virtutes, dona, gr̄atias, & merita, in Epistola Missæ hujus sancti descripta, excellentius in S. Antonio, quam in Moyse adimpleta fuisse demonstratur.

DISCURSUS QVARTVS.

Dilectus Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Ecclesiast. Cap. 45. v. 1.

EPISTOLA, quam sancta Mater Ecclesia hoc mane in honorem S. Antonii in Missa legit, haud dubiè magno cum mysterio ex libro Ecclesiastici delecta fuit, licet enim Sapientia in eam Moysis laudes laudè diffundatur, quæcunquetamen in eà de Moyse dicuntur, magna cum proprietate S. Antonio applicari possunt. Quisquis enim heroica, tum hujus Anachoretæ, tum Moysis Prophetæ facinora altius considerat, illa ex majori parte sibi valde conformia esse depræhendet, Quod quidem prolixius ostendere mihi haudquaquam difficile foret, attamen quia omnes inter utrumque hunc sanctum reperibiles Analogias & similitudines recensendo, discursum hunc vix unquam finiendum esse prævideo, ideo sermonem hunc ad ejusdem Epistolæ verba limitare operæ pretium esse duxi. Porro in Martyrologio Romano de hoc Anachoreta ita legimus: *In Thebaide S. Antonii.* Sciendum est autem S. Hieronymum in ea opinione esse, hanc Thebaidem eandem metillam terram Gessen esse, quæ Hebræorum populo in Ægypto quondam assignata fuerat, & consequenter in qua magnus ille Propheta Moyses, nativitatæ suæ cunas & crepundia accepit. Ac proinde quid mirum, si Deus providentia sua disposuerit, ut post tot sæculorum revolutos gyros suos ibi natales haberet ille, qui a deo perfectus ejusdemmet Moysis futurus erat imitator?

2. *Dilectus Deo.* Moyses Deo adeo intimus & familiaris extitit, ut Spiritus sanctus de eo dicat: *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum Mansi Sanctuarius Tom. I.*

sum. Cumque ut communi proverbio dicitur *Amicus sit alter EGO*, ideo amor Dei erga Moysen eousque ascendit, ut præcipuum Divinitatis attributum certo quodam modo ei communicaverit: *Constitui te Deum.* Unde S. Ambrosius ait: *Qui omnem istam secundum corpus habitationem cælestis puritate conversationis obduxerat, nomine Dei vocatus est.* Præterea quodnam in hoc latere existimatis mysterium, quod Moyses modo & more aliorum non sit mortuus? *Non legimus de eo sicut de cæteris, quia deficiens mortuus est, sed per verbum Dei; unde & addi dicitur: S. riptura, quia nemo scit sepulcrum ejus.* Cujus idem Doctor hanc rationem assignat: *Vt translationem magis quam interitum intelligat.* S. Epiphanius eum à S. Angelis sepultum fuisse existimat. S. Augustinus *de mirabilibus sacra Scriptura*, corpus Moysis nusquam inveniri potuisse dicit, *ne sepulcrum ejus populus Israel sic ignorasset, ubi esset, adoraret.* Nunc quàm bene & appositè hæc omnia S. Antonio adoptari possint, diligenter auscultare.

3. *Dilectus Deo.* Enimverò quod si amoris proprium est, eos qui mutuo amore prosequuntur, inter sese unire, consequens certè est, quòd Deus sanctum hunc virum Dei intensissimè dilexerit, siquidem ut affirmat S. Athanasius, nosque paulò supra terigimus eum sibi similem effecerit, unde plusquam homo, id est, *Homo Dei*, & veluti unusidemque cum Deo existimatus fuit; & veluti talem, eum ipsi quoque Pagani & omnes alii circumvicini venerabantur. *Antonium videntes Deicolam nuncupabant.* Ejusque sanctitas ad eum usque apicem pertingebat, ut de ipso idem dici potuerit, quod de Moyse Philo scripsit: *Tanquam*

N

novum

Lib. de Pa
rad. c. 20

Lib. 1. con
har. c. 25.
c. 25.

Cap. 6.

Lib. 1. de
vita Moys.

Lib. de he
br. quæst.

Exod. 33.

21.

novum natura miraculum incertum efficiebat, qualis mens habitaret in ejus corpore humane an divina. Sepulchrum quoque ejus multo tempore omnino absconditum permansit; & quidem licet hoc, ab ipso met etiamnum vivente, ex instinctu & dictamine profundæ humilitatis à Deo postulatum fuerit, credibile tamen est, quòd ad hoc divina quoque concurrerit providentia, ne scilicet corpori suo ab hominibus divini honores exhiberentur. Ad hæc transitus ejus, Moyfis mortem multum fuit conformis & similis, cum enim illum præviderit & prædixerit, translationem magis quàm interitum esse demonstravit. Vix enim cum suis discurrrens verba finerat, & osculantibus se discipulis extendens paululum pedes, mortem latus aspexit. Denique ad instar Moyfis, Angelorum comitatu dissipatus fuit: Ita ut ex hilaritate vultus ejus Angelorum sanctorum, qui ad perseverandam animam ejus descenderant, præsentia nosceretur; hos intuens tanquam amicos videret, animam exhalavit.

4. Dilectus hominibus Moyfes fuit, idque, ut ait Glossa, quia suavis & mitis fuit, mira enim Moyfis dulcedo & benignitas, eum super omnes alios homines singulariter dilectum reddebat. In mansuetudine opera tua perfice (inquit Ecclesiasticus) & super hominum gloriam diligeris. Benevolentia Dei, Deum amando acquiritur; benevolam autem hominum affectum lucratur, iisdem hominibus benefaciendo, eosque amando. Moyles autem utrumque operatus est, atque ideo factus est dilectus Deo & hominibus; In quo ipsum quoque imitatus est S. Antonius; ac proinde de ipso specialissimè dici meretur: Dilectus hominibus, quia suavis: magna cum advenientibus affabilitas omnium in se studium convertebat. Habebat in vultu magnam gratiam, erat in vultu amabilis. Ab universis fratribus puro diligebatur affectu. Et quidem de ipso adhuc in primis progressuum suorum initiis constitutus esset, dicit vitæ ejus Historia, quod eum adhuc juvenem quidam ut filium, alii ut fratrem diligebant, nam omnium in se provocabat aspectum. Proximis quoque continuo benefaciendo, eorum sibi miram conciliabat benevolentiam: Si qui majori potestate premebantur, nec poterant obtinere justitiam, ita eos obmixtè defendebat, ut ipse pro illis pati videretur injuriam. Quot diabolica obsidione & variis infirmitatibus liberavit? Demum verò vi-

ta ejus multa enumerat miracula, variaque beneficia in aliorum commodum collata, ac tandem subjungit: Et ut insinuat brevi sermone comprehendam, bonum Ægypto medicum Christus indulserat. Quis non iram vertit in pacem? Quis orbitatis luctum non ad ejus temperavit aspectum? Quis non mœrore paupertatis, quo premebatur, abjecto, statim & divitum despexit opulentias, & in sua letatus est paupertate? Demum verò concludit: Nullus se frustra illuc venisse conquestus est: Illi verò, quibus beneficium se exhibuit, fuerunt innumeri; siquidè totius orbis homines ad eum confluebant.

5. Cujus memoria in benedictione est Vatablus legit: Fauisti omnis est. Cum enim Moyfes, populo Dei, tot modis benefecisset, sola nominis ejus memoria omnis adferebat benedictionis augurium. Idem quoque de S. Antonio dici potuit: Nam ut in lectionibus matutinalis officii audivimus: Sic demonibus erat formidolosus, ut multi per Ægyptum ab eis agitati, invocato nomine Antonii liberarentur. Doctor quidam sanctæ Ecclesiæ adeo insignis & solemnis, tantasque pro orthodoxa fide facta relictæque conservanda persecutiones perpessus, qualis fuit Auctor vitæ ejus S. Athanasius dicit: Mibi ingens lucrum est atque utilitas, hoc ipsum, quod recordeo Antonii. Adeo denique erat benedictionibus cumulatus, ut post resolutionem ejus, quasi communi vulnere orbitatis excepto, proprium singuli parentem luxerint.

6. Similem illum fecit in gloria Sanctorum. Similem fecit Sanctis in operatione miraculorum & signorum. In gloria, id est, in claritate vultus, qua ita resplenduit, ut non possent intendere in eum filii Israel. Facies Moyfis cornuta esse videbatur, idem namque Auctor dicit: Cornua faciei dicuntur radii præclari, qui exibant à facie ejus. Porro si de miraculis à S. Antonio patris agere velimus, illum in multis Moyfi per similem inveniemus, prout in pluribus locis videre licet, & præcipue quando in deserto aquam vivam scaturire fecit: A primas rogantibus lachrymas, in orationis loco sensu ebulliens erupit, itaque exierunt stigmata. Pro omnibus autem hoc unicum scire sufficiat, quod Historia post relata multa patrata prodigia, subjungat: Innumera & alia istiusmodi signa sunt, qua monachorum concordis sæpe relatione cognovimus. Porro quoad vultus sui splendorem sciendum est, hunc in ipso singularem fuisse; & quidem credibile est, hunc ex continuis

Cap. 55.

Cap. 55.

Cap. 39.

Eccles. 3. 19.

In præfati.

Cap. 56.

Hugo
Card.

Cap. 50.

C. 40.

C. 3.

C. 4.

C. 55.

Cap. 27.

C. 42.

Cap. 37.

Cap. 40. tenuis cura Deo colloquii processisse : *Si quis ignarus ejus inter multitudinem monachorum, cum eum videre desiderasset, nullo judicante, ceteris prætermissis ad Antonium currebat, & anima puritatem agnoscebat ex vultu, & per speculum corporis, gratiam sancta mentis inzebatur. Similem fecit Sanctis. dum virtutes, quæ in omnibus aliis ingenti cum perfectione & sanctitate tunc viventibus dispersæ erant, in se uno collectas uniebat : Hujus continentiam, illius jucunditatem, istius lenitatem. illius vigilantiam, alterius mansuetudinem sectabatur. Similem fecit in gloria Sanctorum, siquidem dona & merita habuit omnium aliorum Sanctorum, Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Eremitarum, Virginum, prouti aliàs in primo discursu diximus.*

7. *Magnificavit eum in timore inimicorum. Quibus verbis Ecclesiasticus innuere vult, quod Deus Moysen Pharaoni, omnibusque Aegyptiis inimicis suis & populi sui formidabilem reddiderit, eique animum addiderit, ut impio huic persecutori suo, imperterrito se posset pectore opponere. Inimicos vocat Pharaonem & socios ejus (inquit Hugo Cardinalis) eorum quibus magnificatus est per opera, quæ fecit. Syriaca legit: Corroboravit eum ad terrores, Tigurina vertit: Effecit eum magnum terrendum hostibus. Quæ laus sancto quoque Antonio, jure merito adaptari potest. In illo namque tam diuturno centum & plurium annorum decursu, non semel tantum sed vicibus innumeris totus quasi infernus in eum irruit, neque enim in Historiis sacris de ullo aliorum Sanctorum legitur, quæspiam illorum atrociora sustinuisse certamina, siquidem irremissibiliter nullisque ei indultis induciis infestatus fuit, & tamen gloriosissimas de omnibus retulit victorias, ut merito de ipso dici possit, quod effecerit eum magnum terrendum hostibus, & corroboraverit, quia nunquam in certamine lassabatur. Imo dum adhuc juvenilem ætatem ageret, generositatem istam mirum in modum probavit, adeo quod omnes infatigabilem adolescentis mirabantur instantiam; unde Dæmon victum se videns, totus rabidus videbatur dirumpi, proprio se furore dilanians. Verum enimvero quodnam desiderari potest, ad comprobendam hanc Antonii adversum inimicos infernales tortitudinem, testimonium effica-*

Cap. 12.

Cap. 5.

Cap. 9.

cius eo, quod ipsemet Salvator noster Christus in hanc rem edidit, dum ita ait : *Quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari. His auditis exurgens in tantum roboratus orabat, ut intelligeret, se nunc recepisse tantum virium, quàm ante perdidit.*

8. *Et in verbis suis monstra placavit, id est, ut Hugo Cardinalis exponit, serpentes Magorum, hi enim à Moyse virga fuere devorati; aut verò intercessionibus suis mediantibus, plagas monstruosas cessare fecit. Simile quid de S. Antonio itidem scribitur, nimirum eum Dæmones in monstruosa luporum, urforum, leonum, aspidum specie sibi apparentes protinus orationibus suis effugasse & dissipasse. Feras quoque ferocissimas, maximè verò leones placavit, suisque nutibus obediens effecit; dum enim cadaver sancti Pauli primi Eremitæ Christianæ sepulturæ tradere vellet, nec lignonem, quo terram excavare, præsto ad manum habere posset, confestim è sylvis duo prodire leones, qui postquam aduncis pedum suorum unguibus fossam cadaveri adaptantem præparassent, petita summa cum reverentia benedictione à S. Antonio, ab eodem mox recesserunt. Monstra placavit, quia dum in via esset, petendi desertum suum, monstrum quoddam ad instar satyri cujusdam sibi obvium interrogavit, quid esset? à quo hoc responsum retulit, se nimirum esse quendam è numero deorum illorum, quos Gentiles sub Faunorum nomine olim adorassent, seque orationibus ejus impense recommendavit. Monstra placavit, quia universa animalia, cunctæque solitudinis illius bestię prompta ei præstabant obsequia, eique parebant. Unde cum illis, ne fementem suam damno ullo afficerent, præcepisset, ad eum deinceps locum appropinquare minimè præsumpserunt. Quis non credat post hanc denunciationem quasi rementes nunquam illuc bestias appropinquasse? Similiter cum Dæmones alia quadam vice monasterium sub variarum ferarum specie replevisent, dixit eis : *Abite, quia Christi famulus sum; ita factum est, & cum jubentis voce, omnis hac bestiarum multitudo, quasi majestatis verberare caderetur, ausugit.**

9. *Glorificavit eum in conspectu Regum, Deus enim Moysen in conspectu Pharaonis gloriosum reddidit, aliasque ei non solum*

Cap. 25.

adversus illum obstinatum Regem, verum etiam adversum alios, id est, contra Og Regem Basan, & Seon Regem Amorrhæorum, nec non contra Agag Amalecitarum Regem victorias contulit. Quantulum autem Deus Antonium pariter coram hoc mundo honoravit, in sequenti discursu fusius videre licebit.

10. *Et iussit illi coram populo suo; id est, se creti sui participem fecit, ait Hugo Cardinalis, Deus etenim cum Moyse haud secus ac amicus cum amico colloquebatur. Græca autem versio ita legit: Mandata dedit illi ad populum suum; id est, usus est eo, ad docendum & instruendum populum suum. Idem quoque donum S. Antonius habuit, prout ex multis visionibus & revelationibus à Deo sibi manifestatis videti potest Chrysofomus de libro vitæ ipsius scribens dicit: In quo Prophetiam lucentem videbit: de his enim, quos Arriana pestis invasis, manifestissime prophetavit. Porro cum divina providentia vitam solitariam & Eremiticam, quæ à tempore S. Marci in Ægypto exordium suum duxit, renovare disposuisset, hunc servum suum elegit, eique regulas Monachismo salutares præscripsit, quam porro vivendi rationem & institutum ipse adeo copiosè adauxit, ut S. Athanasius dicat: Infinitam regionem quandam, & oppidum à mundana conversatione sejunctum, plenum pietatis & justitiæ videbantur incolere.*

11. *Et ostendit illi gloriam suam. Theologi asserunt, Deum hoc honore & privilegio Moysen dignatum fuisse, ut oculos suos in divinam essentiam defigere potuerit, veruntamen solum per modum transeuntis uti scholæ distinguunt. Unde Hugo Cardinalis ait: Ostendit illi gloriam suam in rubo, vel in monte Sinai; vel gloriam suam, id est, faciem suam gloriosam. Porro tamen ignotum n. bis sit, an S. Antonius hoc privilegio pariter donatus fuerit, ut vel modicum de beatitudine delibare potuerit, etiamnum hic in terra vivens, hoc tamen scimus, quod dum per viginti annorum spatium non in petra Horeb, sed in spelunca quadam commemoratus, solusque cum solo Deo conversatus fuisset, tandem inde velut ex Paradiso, vultum præferens Angelicum, fuerit egressus. Cum ergo multorum & propositum imitari cupientium, & totorum multitudo ad eum concurreret, nec non & patientium infinita se cætera conglomeraret, tandem pene-*

jam per vim foribus evulsis, quasi ex aliquo cœlesti aditu consecratus apparuit, obstupuerunt universi & oris gratiam, & corporis dignitatem. Quales autè fuerint cœlestis illius torrentis, civitatem Dei inundantis rivuli, quos ipse in hoc deserto prælibando gustavit, ex eo facillè colligitur, quod ipse gustum hunc beatitudinis titulo appellare non dubiter. Ceteros ad se venientes mira cum modestia Antonius admonebat, ut oblita sæculi dignitate, remotioris vitæ beatitudinem appeterent. Ipse autè nonagenarius propemodum beatitudine hac perfruitus fuit.

12. *In fide sanctum fecit illum. Circa quæ verba Hugo Cardinalis dicit: Pro fide Theologica potest intelligi, quam firmissimam habuit. Pro quo confirmando illo Pauli textu utitur: Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium filia Pharaonis, magis diligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem: majores divitias estimans thesauro Ægyptiorum, impropertium Christi. De eodem Moysè S. Ambrosius dicit, quod nec ullis captus fuerit sæculi illecebris. Porro quantum in hac fidei virtute radicans fuerit S. Antonius, sufficiens id Alexandriæ contestatus est, ubi in confessione ejusdem fidei confirmavit & stabilivit, & ad martyrium animavit tot Christianos, ubi etiam ut se pro Religione catholica tunc atrociter infestata, in sacrificium offerre posset, ipsummet Tyrannum conveiens acriter adversum se data opera iritavit. In fide sanctum fecit, quia multos paganos ad veræ fidei agnitionem produxit, deque suis erroribus multos hæreticos convicit. Nullis captus sæculi illecebris quia ut jam diximus innocentiam suam ab ipsa usque infantia illibatam conservavit. De Alexandro Magno scribitur, quod, dum Indiarum regna suo subjungere impetio decrevisset, metuens, ne militum suorum divitiis iisdem in proposito sui executione impedimento essent, eadem igni succendi fecerit, quidem à suis met divitiis duxerit initium. Porro S. Antonius, cui jure merito Magni titulus attributus fuit, Paradisi Indias sibi acquirere decreverat; cumque id apud se firmiter statuisset, & in Ecclesia hæc verba proclamari audiret: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & veni, & sequere me, & habebis thesaurum in celo; idipsum, ne unico quidem momento, exequi distulit.*

Cap. 55.

Eib. de Parad. cap. 2.

Rom. 8. in Matth.

Cap. 21.

Cap. 13.

Ad.

Admoto enim ad omnes divitias suas, divini amoris igne, easdem pauperibus distribuit, & ad perfectam Christi sequelam se recepit. Verum eheu quotnam eidem propter hoc ipsum humani generis inimicus certamina movit? Immittebat ei memoriam possessionum, sororis defensionem, generis nobilitatem, amorem rerum, fluxam seculi gloriam, & a variam delectationem, & reliqua vitæ remissioris blandimenta. Veruntamen licet totus mundus suis lenociniis se illi opponeret, ipse tamen ad imitationem Moyſis constans permansit: *Majores divitias aestimans thesauro Ægyptiorum improprium Christi.*

13. In lenitate sanctum fecit illum; quia fuit Moyſes mitissimus super omnes homines; Porro quinam illi sint, qui verè dicendi sunt mansueti, S. Basilius optimè declaravit, dicens: *Qui nullum in manibus suis perturbationi reliquerunt locum, hi mansueti appellantur.* S. Ambrosius de Moyſe ait: *Victor passionum omnium mentem regens, carnem subjiciens, & regia quadam auctoritate castigans.* Etenim ad hunc usque gradum S. Antonius pariter pervenit, utpote qui super omnes sensus & passiones suas, perfectissimum sibi dominium acquisierat: *Nunquam ira subita concitatus. Quæ in illo animi puritas fuit, nunquam hilaritate nimia resolutus in risum est; nunquam recollectione peccati, tristitiâ ora contraxit; non magni stupentium se elatus est laudibus; temperata mens aequali ad cuncta ferebatur examine; semper eandem faciem inter adversa & prospera retinens.*

14. Audivit enim vocem ipsius. Id est, orationem Moyſis, pro populo suo, quem divina justitia ob idololatriam morte delere decreverat, te interponentis exaudivit De S. Antonio quoque scribitur, quòd, dum ipsi damna Ecclesiæ ob heresin Arianam imminuentia revelata fuissent: *Fixerit oculos in cælum gemens atque suspirans; & post al. quantum spatium rev. latius incepta nimio dolore contremuit, & statim fixis genibus ante Dei vultum provolutus ora-*

vit, ut clementia sua futurum scelus averteret. Et confestim pro majori parte exauditus fuit, quia paulo post, serenitatem subsecuturam esse prædixit: *Ut enim iratus est Dominus, sic rursus miserebitur: & suum cito Ecclesiâ recuperabit ornatum.*

15. Et induxit illum in nubem Quibus verbis Ecclesiasticus ad Deum alludit, qui ut Moyſi servo suo supra montem Sina loqueretur, eum subductum à populo, in monte nube contexit. Id quod S. Dionysio motivum fuit, ut diceret: *Mereberis Deum, si homines fugeris.* Quid igitur mirum, si S. Antonius adeo foriter sibi Deum adstrinxit, qui ab omni humano confortio se adeo procul submovit? *Sedit solitarius & tacuit, atque ideo, levavit se super se.*

16. Et dedit illi cor am præcepta & legem vitæ & disciplina. Moyſi etenim legis tabulas, nec non omnia præcepta moralia, legalia, judicialia & cæremonialia promulganda communicavit, eumque in reconditissimum divinæ sapientiæ suæ cubiculum introduxit; adeo ut præcipua quædam pars Scripturæ sacræ, opus Moyſis fuerit. Ad hæc S. Stephanus de eodem Propheta insuper dixit, quòd fuerit *eruditus omni sapientia Ægyptiorum;* cui consonat Clemens Alexandrinus, qui eundem dicit *primum fuisse sapientem.* Et Theodoretus eum *Oceanum Theologiæ* denominavit Pari quoque ratione, sapientia Antonii valde admirabilis fuit, utpote qui nunquam studuerat, sed orationibus semper vacarat, & tamen per conciones, quas ex tempore pronuntiabat, nec non per disputationes, quas cum doctissimis & literatissimis illius sæculi hominibus habebat, quemlibet auscultantem in stuporem rapuit, omnesque convicit; idque ut de eo scribitur: *Pro tanta hominis sapientia.*

* *

*

Cap. 4.

In Ps. 33.

loc. cit.

Cap. 49.

Cap. 13.

Cap. 40.

Cap. 52.

De divini
nomin.

Act. 3. 22.

Lib. de
strom. li. 2.
de princ.

Cap. 53.

De eximia gloria & mirificis honoribus, quibus Deus S. Antonium etiamnum viventem exaltavit.

DISCURSUS QUINTVS.

Glorificavit illum in conspectu Regum.

Ecclesiast. cap. 45. v. 3.

1. **Q**uando citata thematis verba hoc mane in Epistola publicè in Ecclesia prælegi audivi, subito mihi in mentem venit, eadè aptissimum administrare posse thema ad discurrendum, de præclaris S. Antonii

laudibus, in cuius honorem, sancta mater Ecclesia, divinis officiis hodie intenta existit. Porro S. Athanasius, qui vitam S. Antonii scripsit, omnibus ut eam assidue pervolvendo legant, persuadere nititur, considerabile nimirum hoc motivum adducens: *Vt sciant, quod Salvator noster Iesus Christus glorificantes se glorificat.* Dicite sodes, quonam mysterio factum fuisse putatis, quod Deus ille, cui summa veritate dici potest: *Omnia in sapientia fecisti*, eundem S. Doctorem Athanasium, Arrianorum persecutionibus divexatum huc Romam dirigens, voluerit, ut is vitam S. Antonii etiamnum tunc viventis secum portaret, illustrioresque magis præcipue nobilitatis Romanæ proceres, ad se divino servitio dedicandum excitaret? Porro Cardinalis Baronius hac de re ita scribit: *Primus omnium acta ejus adhuc viventis S. Athanasius ab Arrianis pulsus Romam profugus attulit. Quantum autem nobiles Romani ex illis profecerint, declarat Hieronymus; qui scribit, quod licet eo tempore, omnes personæ nobiles ignominiosum sibi esse duxerint institutum amplecti monasticum: Nulla eo tempore nobilium fœminarum noverat Roma propositum Monachorum: Lectio tamen vitæ S. Antonii pluribus nobilissimis Matronis, aliisque præcellentibus personis viam straverit, ut ultro ci-*

troque ad vitam religiosam & solitariam se subducerent. Quonam inquam mysterio factum est, quod vita hæc à quodam S. Athanasio, Ecclesiæ Doctore adeo sapiente & circumsperto, præ omnibus aliis locis Romam asportaretur? Negari equidem non potest, quin in hac urbe, quovis sæculo, supremus semper resederit apex honorum & dignitatum mundi hujus. Huc enim ex quovis remotissimo climate mundus accurrit, ut suum ad augere & extollere statum valeat. ac proinde increata illa sapientia omnes Evangelii sequaces docere voluit, quisnam ad obtinendam non tantum apud Deum, sed etiam penes mundum sui exaltationem verior sit & securior modus, nimirum aula Regis gloriæ æternum se dedicare, qui glorificantes se glorificat; atque ideo veritatem hanc toti universo manifestare voluit, Romæ eandem vitam sancti Antonii mediante publicando: *Cujus enim nationis homines in hac tunc urbe non essent; aut que usquam gentes ignorarent, quod Roma didicisset?*

2. *Glorificavit illum.* Porro S. Athanasius in fine Historiæ hujus Sancti, optime confiderat, Sanctum hunc non fuisse coram mundo factum celebrem, per viam doctrinæ aut compositorum voluminum, multo minus per illustri nobilitatis aut divitiarum evasione: *Quod per omnes Provincias amor ejus famaque volitavit, quem nec librorum disseminatorum oratio luculenta, nec mundana sapientiæ disputatio, nec nobilitas generis, nec opum infinita congestio commendavit; cui omnium ore est adscribendum, nisi Christo, cuius hoc donum est? Cui proprium est glorificare glorificantes se. Glorificavit enim.* E nimvero Deus multis ad meliora ad-

Cap. 62.

In annot.
Martyr.

Ad Principiam.

Ser. I. de
S. Apostolo
Petro.

Cap. 62.

ra ad-

Cap. 61.

ra addere calcaria disposuerat, illis verò præcipuè, qui gloriæ avidi erant, ut nimirum per mundi contemptum, & spem æternæ retributionis divino servitio sese dedicarent, gloriamque & exaltationem in præsentī vitā sibi acquirerent. Et quid facit? *Hominem alio pene orbe calatum, & inter tantas positum solitudines, Africa, Hispania, Gallia, Italia, Illyrico, ipsæ etiam, quæ urbium caput est, Roma demonstravit;* scribit S. Hieronymus ad Pammachium eum in morte Paulinæ confortis suæ consolando Unde S. Antonii gloriam vel maximè emicuisse existimatis, num ex thesauris & dignitatibus faventis mundi; an verò ex vitæ, quoad sæculi apparentiam abjectæ, at verò coram oculis Dei & sapientum illustris & gloriosæ, rudibus abjectisque pannis? *Antequam Christo tota mente servires, notus erat in senatu; at nunc omnes Christi Ecclesiæ Pammachium loquuntur, miratur orbis pauperem, quem hucusque divitem nesciebat.* Etenim si S. Antonius suis ustus fuisset divitiis, atque in aula Imperatoris, ad magna & sublimia fuisset evehctus, quis hodie de ipso esset locuturus? Nunc verò quia omne suum studium in eo posuit, ut se ab hominum oculis subducere, & pauper & incognitus vivere, omniaque, quæ mundus ambit & æstimat, contemnere & abjicere posset, ideo Deus illum exaltavit, evehct, & celeberrimum reddidit. *Glorificavit illum.* Ille quidem in reconditissimis sylvarum antris & speluncis se abscondit, per annos plus minus nonaginta scorpionum ferarumque socius factus: Deus autem ut illum omnibus manifestum redderet, omnibus civitatum populis, ut venerationis causa certatim ad desertum illius accurrerent, inspirabat: *Populos Crœvitatum.* Sunt verba S. Hieronymi in vita S. Hilarionis. Et S. Athanasius ait: *Quid plurartotius orbis homines ad eum confluebant.* Et quidem ad præsens propositum nostrum, verba illa S. Nili sanctum præcursorem admirandis verificari video, quibus ait: *In solitudine versabatur, & civitates ipsæ & cum hominibus ad eum confluebant, qui sericis vestibus induebantur ad zona pellicea spectaculum concurrerant, sub dio incommode manere non recusant, qui domos auratis incolebant.* Et paulò post rationem subiungit, quæ eadem est cum illa quæ reperitur in multis, qui venerationis causa per maximas incommoditates Antonii desertum frequentabant: nam

Cap. 55.

Cap. 34.

videndi viri cupiditas omnem sensum molestia abstergebat, virtutisq; spectaculum labores & incommoda leniebat. De S. Antonio historia pariter refert: *Nemo unquam vexationem aut detrimentum laboriositineris conquestus est.* Atque ideo quoties in solitudine illa, speluncas & antra sua commutavit, ut se ab hominum oculis subduceret, ne ab ullo cognosci aut honorari posset? Verum haud immerito dicere quis potuisset ipsi id, quod in alia quadam occasione scribit Eusebius Emislenus: *Quid diffugis gloriam, quæ plus additur, dum timetur?* dum nimirum innumera, in multis beneficiorum ab eo accipiendorum causa, ad eum concurrentibus mirabilia operabatur: *Hæc illi multitudo venientium desideratam solitudinem auferens tadio fuit.* Metuens igitur, ne signorum copiosa concessio alios plus de se quam videbant, cogere æstimare, ad superiorem Thebaidem erigere cogitavit ubi nullus eum agnosceret. At verò nos eum cum eodem Emisleno insequi possumus, eique dicere: *Quanto plus te subtraxeris oculis tantò magis ingerebis desideris.* Hoc namque illum videndi & venerandi desiderium seu potius passio adeo vehemens fuit, ut summa eum violentia speluncæ ostia & feras è cardinibus avullerint & ruperint. S. Hieronymus de S. Paula scribit: *Quam Romæ habitantem, nullus extra Romam noverat, latentem in Bethlehem & Barbara, & Romana terra miratur.* simili ratione ad S. Antonium non solum homines, virtuti & perfectioni acquirenda dediti, concurrebant, ut ejus se obedientiæ dedicarent. verum & ipsimet Pagani in magna eum veneratione habebant. Arriani quoque, ut aliquam erroribus suis auctoritatem conciliarent, mendaciter divulgabant, Antonium quoque eorum partibus accessisse, ut necesseum proinde fuerit, ut S. Antonius fidei suæ puritatem protestaturus in propria persona Alexandriam concederet. Enimverò vitam Scipionis Africani hunc in modum terminat Plutarchus: *Ea erat rerum gestarum gloria, ut quocumque profisceretur, concursus omnis generis hominum commoveret.* Tradidit fama, cum in Linternum secessisset, prædones quosdam eum salutatum venisse, ut tantum virum intuerentur, dextramque illius fide & victoriis contingerent: *Magna est enim virtutis vis, & magna apud omnes gentes, cum non solum bonos, sed etiam improbos ad se amandum alliciat.* Audite

Hom. de
S. Max.

Cap. 24.

in epitaph.
Paula.

Cap. 62.

dite autem qualiter hæc omnia S. Antonio applicentur: *Latentem & Barbara & Romana terra miratur, Pagani & ipsi idolorum sacerdotes convolabant dicentes, precamur, ut videamus hominem Dei, quia hoc apud universos conspicuum erat nomen Antonii; ambiebant quoque saltem simbriam & sistenti ejus attingere.* Enim vero illa sancti Athanasii consideratio ponderatione dignissima est, quæ dicit, quod Deus illis, qui, ut eiserviant ab hominibus recedunt, & contemni volunt, non solum in cælis, sed in terris gloriam donet, idque exemplo sancti Antonii egregie probat: *servientibus sibi met non tantum regna cælorum, sed etiam hic in ipsis montium secretis, latere cupientibus, fama tribuit nobilitatem.* Vult etenim ut honorentur, licet intra speluncæ obscuritates sepulti esse velint, Chrystallimontium, in abditissimis semper rupibus, & inter inaccessibleibus alpes generantur, quo videlicet nulla porest lux solis pertingere Pretiosissima quævis metalla in profundissimis terræ visceribus recluduntur: Lapidis pretiosi & monilia in fundo maris absconduntur: mox verò, ut per manû industrias hæc omnia ad oculorum nostrorum lucem tubeundam eruta sunt, mirè in valore & æstimatione sua accrescunt, templa enim & altaria locupletant, illustant coronas & diademata, & ut uno verbo dicam, nil inter nos pulchrius videri aut reperiri potest elegantius. Eodem profus modo ad propositum nostrum discurrere possumus, quod videlicet prudens ille negotiator, de quo in Evangelio dicitur: *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, qui veniti bonas margaritas* postquam hujus servi sui certamina, victorias, dona, virtutes, merita, cunctaque facinora heroica è spelunca illius ad sancti Athanasii notitiam contraxisset, isque ea omnia mundo manifestasset, spirituales Ecclesiæ thesauros ineffabiliter locupletavit, necnon Ecclesiam suam per eadem mirè exaltavit *Quantum præterea cæteris attulerint* (inquit circa acta vitæ ejusdem sancti Cardinalis Baronius) *adjumentis locuples testis est sanctus Augustinus.* Denique quidnam in ordine ad hoc probandum amplius requirere potestis, quàm luculentum S. Athanasii testimonium in præfatione vitæ ejus dicentis: *Perfecta est ad virtutem via, Antonium scire quis fuerit.*

3. *Glorificavit illum.* Multi etenim ex sibi de-

votis, eum è spelunca sua violenter extrahentes, in Patrem suum eum elegerunt. Quin & Deus illum exaltare voluit, ut Monachismi jam collapsi Patriarcha & restaurator fieret, quo in munere brevi eoque pervenit, prout testantur Annales Ecclesiastici, ut *Brevi tempore factum sit, ut replerent (hæc plantæ per irrogationem, id est, directionem in immensum excrecentes) terrarum orbem tam sancta propagine nimirum Palestinam, Syriam, Asiam minorem, Cappadociam, Pontium, Armeniam, Mesopotamiam & Boreales regiones.*

4. *Glorificavit illum.* S. Chrysostomus, de Hom. s. de carcere, cui inclusus fuit S. Paulus Apostolus, ita scribit: *Ipsi etiam Regis illustrior erat carcer, ipso etiam cæle; Idem autem de antro prius à feris inhabitato, nunc autem à vivo S. Antonii Sanctuario honorato dici potuit, siquidem ex uno antro, quod præter multa alia viginti annis continuis incoluit haud secus ac ex Paradiso quodam egressus est Quasi ex aliquo cælesti aditu consecratus apparuit.* Et quidem quanto majori cum veneratione honorata fuerunt à S. Antonio inhabitata antra præ omnibus Palatiis aut regis imperialibus? *Dignum In vita S. Hilariion, v. detur* (scribit S. Ecclesiæ Doctor Hieronymus) *habituaculum tanti viri describere, ubi notandum, quod sanctus hic Doctor calamo delineare non dignetur obeliscos, nec Mausolæa, nec Capitolium, bene tamen inhabitata à S. Antonio antra & deserta*

5. *Glorificavit illum.* Postquam in primis vitæ suæ annis omnes divitias suas distribuisset pauperibus, tandem nonaginta solidis annis in extrema paupertate vixit; nec tamen ullius rei passus est defectum; imo verò hæc ejus mendicitas in tanta æstimatione fuit, ut Patriarcha quidam Alexandrinus permagni faciat, quod post ejus mortem opulentum quoddam & pretiosum legatum acceperit: *Ecquodnam verò istud fuit? Legatarius autem Antonii* (inquit Historicus de semetipso) *benedicti, qui tritum pallium cum molle, imperio ejus meruerat accipere, Antonium in Antonii muneribus amplectitur; & tanquam magna hereditate ditatus, lætante per vestimentum, recordatur imaginem sanctitatis.* Quis unquam in superiorum sæculorum historiis inveniet, Constantinum quandam, ejusque filios Constantem & Constantium, non tanti æstimasse ingentes suos thesauros, quanta

In annot.
ad Mart.

Cap. 58.

Cap. 50.

quanti fecerunt literas S. Antonii, quibus hic ad suas responderat: *His principis inceptis vehementissime letabantur*

6. *Glorificavit illum*. Legatis licet famosissima praelia à nominatissimis belli ducibus, quos mundus unquam vidit habita, nec tamen in ulla ætate, vel ullo in loco habita fuerint certamina a deo celebrata, sicut fuit famosus ille & frequentissimus Antonii cum dæmone conflictus, utpote qui ad perpetuam ejus memoriam & gloriam, in annalibus describitur Ecclesiasticis, totique mundo & quovis tempore stuporem intulit. Ideoque ipsemet Deus exercituum ejus conflictibus assistebat: *Antoni hic eram, expectabam videre certamen tuum: nunc autem qui dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in orbe nominari*: unde *Tantarum* victoriarum homo ab Athanasio appellatur. Imo ipsamet Ecclesia, se ab eo, modum infernalis inimici evadendi didicisse gloriatur: *Effectum est, ut post ejus doctrinam, omnes diaboli panderentur insidia. Quis majorem hoc homine desiderare posset? Totius orbis homines ad eum confluebant. & univrsarum gentium varietas, bellicosissimum contra dæmones virum conspiciere gestiebant.*

Cap. 27.

Cap. 58.

7. *Glorificavit illum*. Sanctus vir Dei Antonius, quibusdam è fidentioribus discipulis, quo ad ea, quæ corpori post mortem fieri debeant, præcepit his verbis: *Nullus ad Ægyptum meos perferat reliquias, ne raro corpus honore servetur. Nemo, præter vestram dilectionem, locum tumuli mei noverit.* Et tamen suo illum tempore Deus glorificavit. quia ut constat ex annotationibus ad Martyrologium Romanum: ejus sacrum corpus, sub Justiniano imperatore, divina revelatione repertum, atque Alexandriam delatum, in Ecclesia S. Joannis Baptistæ, utpote cui se in vita adeo conformem reddiderat.

Mat. 13. 6.

Lib. 16. in Mat.

8. *Glorificavit illum in conspectu Regum*. Quinam autem sunt hi Reges, apud quos Deus servum suum glorificavit? In sancto matthæo Redemptor noster dixisse fertur: *Multi Prophetæ & justi cupierunt videre*; Id quod etiam sanctus Lucas refert, qui tamen loco *justi*, legit *Reges*: quo encomio spiritus sanctus sanctiores homines honoravit. Unde Beda: *Sunt Reges magni, qui tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere. sed regendo præesse noverunt*. Quibus Deus idem vult deferri

Mansi. Sanctuaris Tom. 1.

consuevit. Imo experientia teste videmus, ipsosmet Monarchas, ut servis Dei sanctitate insignibus, etiamnum viventibus obsequium & reverentiam exhibeant, sese coram illis in terram prosternere, cujus clarum in Ludovi. XI. Rege Franciæ habemus exemplum, erga sanctum Franciscum de Paula exhibitum. Perro in horum Regum conspectu Deus Antonium glorificavit, quia multi viri sancti eum tantquam prodigium sanctitatis fuere venerati. S. Athanasius magnæ sibi fortunæ loco esse censebat. quod laceram Antonii tunicam, quam, ut diximus, thesauri loco semper habuit, dono sibi ab eodem datam acceperit, quodque ejus vitam scribere meruerit, de quo proinde idem dici potuit, quod sanctus Thomas de sancto Bonaventura dixit, quando vitam sancti Francisci scribebat: *Sanctus pro sancto laboravit.* Sanctus Hilarion, au: *iens celebre nomen Antonii* (inquit S. Hieronymus) *quod per omnes Ægyptii populos ferebatur, necensus visendi studio perrexit ad eum; & statim ut eum vidit, mutato pristino habitu, duobus fere mensibus, juxta eum mansit, contemplans ordinem vite ejus.* S. Paulus primus Eremita, nec non S. Paulus simplex, & multi eum magnopere sunt venerati, atque in hoc vel maxime gloriati fuere, quod S. Antonii fuerint discipuli, prout in *visis Patrum* videre licet.

9. *Glorificavit illum in conspectu Regum*. Enimvero verba hæc etiam literaliter de eo intelligi possunt: siquidem; *Hoc in eo viro mirabile est, ut hominem in extremo mundi limite conditum & favor Principum, & omnis celebraret aula Regalis.* S. Gregorius Nazianzenus de fratre suo, qui aulam adierat, scribit: *Gloria cupiditate ductus in aulam se consulit: non illa sanè rem admodum gratam nobis faciens; quoniam inter postremos haberi apud Deum suavius & sublimius est, quam apud terrenum Imperatorem primas sedes ferre.* Quod si S. Antonius, multis apud Imperatorem favoribus & gratia fuisset inclutus, nunquam in tanta fuisset veneratione & existimatione habitus, qua honoratus fuit à Magno Constantino & filiis ejus, licet pauper & à mundo contemptus Eremita esset. *Constantinus Augustus, & ejus filii Constantinus atque Constantinus, crebro ad eum, quasi ad Patrem, missis literis obsecrabant, ut reciprocis eos scriptis exhiberent.* Sanctus autem salutaria eis documenta, summa cum libertate Christiana, ministrans,

Cap. 50.

Orat. 20.

Cap. 50.

eisdem

eisdem scripsit: Ne magnam putarent regiam majestatem, ne presentis carnis imperio tumentes, & se homines esse nescirent, & juvandos à Christo obliv. scerentur; ad postremum clementia circa subjectos & justitia: cura quoque inopum admonuit; atque unum sempiternum esse Regem omnium saeculorum, Christum Iesum, Epistolis testatus est. Conceptus autem & veneratio, qua Cæsar ejusque filii virum Dei proferebantur, adeo ingens erat, ut non obstante quod eos tanta cum libertate argueret & moneret, his tamen principes susceptis vehementissime lætabantur.

10. Glorificavit illū in cælo, in terra, & in inferno. In cælo quidem, quia consortio fruebatur Angelorum, immensis quoque donorum, gratiarumque thesauris, & specialissimis prophetiæ, discretionis spirituum, extasum, raptuum, visionum, revelationum, apparitionum, miraculorum privilegiis fuit locupletatus: Gloriosus etiam factus est coram mundo, quando intallibilis D. Petri Cathedra tanti eum æstimavit, ut ad nudum & solum ejus verbum S. Paulum primum Eremitam canonizavit. Inferno denique factus est venerabilis, pariter & formidabilis, quando sic demonibus formidolosus erat, ut multi per Ægyptum ab illis agitati, in vocato nomine Antonii liberarentur.

11. Porro abs te futurum non esse hoc loco existimo, si ad memoriam revocemus, quod Potitianus quondam S. Augustino de illis Imperatoris aulicis retulit, qui vitam hujus sancti legentes, & gloriam illam considerantes, qua etiam in hac vita presentis passim sublimatur, hunc inter se disceptum habuerunt: Quonam tandem per tot in aula perpeffos sudores & fastidia nos perveurros esse arbitramur? Num forte sublimius quid sperare possumus, quam ut familiaritatem & favorem nobis adsciscamus Imperatoris? Sed ibi quid non fragile, plenumque periculis, & per quot pericula pervenitur ad majus periculum? Et quidem quousque favor iste Cæsaris durabit? Quod si verò amici Dei esse velimus, en protinus esse aut fieri possumus Tandem verò dignitatem, ad quam suprema Dei Majestas S. Antonium evererat, considerantes, ab illa solitudine nequaquam se discessuros esse, sed divinum servitio se totaliter consecrare velle decreverunt. Quod factum efficacissimum quoque fuit conversionis S. Augustini motivum, S. Hieronymus de

S. Paula scribit: *Qua unius orbis contemptis gloriam, totius orbis opinione celebratur.* Quot sunt Reges, qui antea sæculariter viventes, in solis regnis propriis, in honore & reverentia habebantur: postea verò se Christi jugo submit-tendo, vitæque docendo poenitentem, perfectionisque studiosam & seceptis suis renuntiano, hic & ubique in veneratione summa habiti fuere, viventes etiamnum & mortui, in cælo pariter & in terra! B. Franciscus Borgia, quando cadaver Imperatricis Granatam, Cæsaris jussu, deducturus, venies cadaver illud regium devorantes vidit, cogitavit intra semetipsum: Ergone tanto tempore, tali majestati regis deservisti, quæ tandem morte extincta & in putredinem redacta est. Juro, quod talem stultitiam deinceps amplius non sum commis-surus, sed in futurum tali Domino servitia mea consecrabo. qui nunquam deficiet aut interibit. Hisque cogitationibus persuasus Societatem Jesu ingressus est, in eaque sanctissime vixit & mortuus est. Certum equidem est & indubitatum, quod si mundo deinceps servire perrexisset, tantum sibi imo mundo gloriam nunquam comparaturus fuisset, quantam jam nactus est & per mundi generosum contemptum & fervens Dei servitium. Quos dolos & stratagemata Fratres S. Thomæ de Aquino non tentarunt, ut eum à Religione S. Domini retraherent existimantes, in magnum fami-liæ suæ probum, vitam illam adeo corâ mundo contemptibilem, cessuram esse; unde per divitias & sanguinis nobilitatem, ei viam ad primas Ecclesiæ dignitates aperire sategerunt, Quas quidem si per vias jam dictas consecutus fuisset, quis illum hodie vel minimi æstimaret? aut quis ex nomine eum nosset? Nunc verò quia dignitates illas recusavit, ad quas summi eum Pontifices promovere nitentur, quia obedientiam & paupertatem sponte profellus fuit, gloriosus est, & per omnia retro sæcula deinceps erit in cælo & in terra, suamque domum ac familiam, per hanc paupertatem religiosam, & vitam contemptibilem, vel maxime nobilitavit. Porro S. Antonius, ut ad Dei servitium se animaret, maximi ponderis motivum menti suæ impressit; nimirum: *In presenti hac vita, aequalia sunt procerum commutatione commercia, nec majora recipit ab emente, qui vendit: promissio autem vite sempiterna vili pretio comparatur: quando octoginta aut centum an-*

In Epis.
Paula.

In lect.

Lib. 8. con-
fess. c. 10.

nos laborantes in Dei opere, vixerimas, nō pari tēpore regnaturi sumus in futuro, sed pro annis prædictis, omnium nobis sæculorum regna tribuentur; non terram hæreditabimus, sed cœlū.

DE S. SEBASTIANO MARTYRE.

Discursus Sex.

DISCURSUS I. De perfectione S. Sebastiani, quam in aula Imperatoris illius, qui Fidei Christianæ persecutor erat, exercuit. Et qualiter perfectionem istam in tam periculoso militis statu tanto tempore occultaverit.

DISCURSUS II. In laudem S. Sebastiani multæ veri cuiusdam servi Dei conditiones examinantur, talem enim ipsemet se esse probavit.

DISCURSUS III. In laudem S. Sebastiani textus quidam Isaiaë exponitur.

DISCURSUS IV. Quibus armis, invictus hic Christi miles, spiritualiter munitus fuerit, exponitur.

DISCURSUS V. Variæ traduntur expositiones Sagittarum, quibus S. Sebastianus transfixus fuit.

DISCURSUS VI. Per varios sensus spirituales declaratur, quale fuerit signum vel scopus, ad quem S. Sebastianus expositus fuit. Insuper docetur, qualiter unusquisque exemplo S. Sebastiani, in quacunque demum fuerit vocatione, in Christiana innocentia vivere possit.

De Perfectione S. Sebastiani, quam in aula Imperatoris illius, qui Fidei Christianæ persecutor erat, exercuit. Et qualiter perfectionem istam, in tam periculoso militis statu tanto tempore occultaverit.

DISCURSUS PRIMVS.

Ambulavit cum Deo, & non apparuit. Gen. 3. v. 24.

QUOD si quis S. Sebastianum in aula Imperatoris, tanta auctoritate & Cæsaris familiaritate conspicuum erat enim custodia Cæsareæ Dux sive Centurio) necnon, in vocatione & professione aulici & militis, adeo ut plurimum dissoluta & licentiosa, constitutum vidisset, quis ipsum Principis cui serviebat, partibus firmiter adhærere non credidisset? Et tamen hæc est ingens Dei gloria, quod relicta Imperatoris sui sacrilega impietate, *ambularis*

cum Deo. In illo omnis sacrilegii & impietatis pestilentissimo nido, altissimam maximeque eminentem perfectionem Christianam sibi adscivit, licet ab oculis humanis illam semper absconderit. Atque ideo sicut de Enoch dicitur: *Ambulavit cum Deo.* ita quoque de hoc Martyre affirmare possumus, licet in diverso sensu, *Ambulavit cum Deo, & non apparuit.*

2. Verbum istud *ambulare* in Scriptura facta idem significat, quod ad perfectionem progredi: unde Deus Abraham dixit: *Anoula coram me & esto perfectus;* atque ideo, licet ipse sanctitatem suam omni conatu stultuerit abscondere & occultare, multas tamen ex hoc verbo, eminentis sanctitatis suae conjecturas elicere possumus. Perfectissimum illud patientiae speculum Jobus Propheta, ab ipsissima prima veritate, hoc testimonium accepit, quod in univ. sa. terra nullus esset homo similis illi; *Quod non sit similis ei in terra.* Verum, inquires, undenam hæc perfectionis suae eximia singularitatis colligitur? Audite ipsummet forte non extra propositum ad hoc respondentem:

Job. 1.

Job. 30. 29.

Frater sui Draconum & socius Struthionum. Quod utique non ideo dicit, quasi Dracones inter & Struthiones habitaverit, sed per Dracones & Struthiones, societatem intelligit impiorum hominum, inimicorum veri Dei. Unde Interlinearis ait: *Bonus inter malos fuit quod est perfectio bonitatis.* Atque hoc idem est cum eo, quod eadem Interlinearis in principio ejusdem libri circa illa verba: *Vir erat in terra Hus nomine* 10^o, dixit, illa etenim verba hunc in modum glossat: *Quasi dicat: Erat bonus inter malos.* Ecce igitur, unde virtus Martyris nostri mirum in modum eluceat: *Bonus, nimirum inter malos fuit:* siquidem inter impiissimos Religionis nostrae inimicos, & in aula quadam, quæ omnis vitii & sceleris turpe quoddam receptaculum erat, ad summum perfectionis apicem pervenit, quod est: *perfectio bonitatis.* Quidam Ptolomæi junioris Aegyptiorum Regis consiliarius, principem illum ad mortem Pompeii qui fugitivus in illis littoribus appulerat inferendam extimulans, Luciano referente dixit: *Exeat aula qui vult esse pius.* Ecce igitur tibi mirum quoddam in sancto Sebastiano prodigium; nam tot annis in Diocletiani adeo impii & vitiosi Principis aula habitans, pietatem nihilominus sibi adeo ra-

ram & eximiam acquisivit; ut de eo dici poterit, quod in Ezechiele scribitur: *Increduli & sui versores sunt tecum, & cum scorionibus habitas.* Porro sanctus Bernardus in libris de Consideratione scribit (& quidem ibi solum de aulis Principum, Christianam fidem profitentium loquitur) *Claustrium quoddam malos recipit, quos ut plurimum bonos efficit; ac vitia bonos facilius recipere magis quam facere cor suum.* Aula etenim non solum non solet esse schola Christianæ virtutis, sed ut plurimum esse consuevit mare quoddam, syrbus & scopulis plenissimum, ad procurandum in profundum usque inferni naufragium. Unde ab ipsis usque temporibus suis Jeremias Propheta nos monet: *Fugite de medio Babylonis.* Sed quo fine? *Et salvet unusquisque animam suam.* Verum cur Propheta *de medio fugiendum esse dicit?* Nimirum hoc inde innuitur mysterium, antiquitus enim Reges Palatia & Regias suas, in medio civitatis fabricare solebant. Quis autem in aulis innocentem aliquem invenire poterit, nisi is forte sit Daniel aliquis, vel Moses, vel Joseph, aut David? Hæc igitur specialis est sancti Sebastiani gloria, ut proinde ad literam ei adaptare possimus encomium, illud adeo nobile Davidis, dicendo: *Beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit.* Chaldaus legit: *In societate pestilentium non habitavit.* Sed dices fortasse: nunquid ipse tot annis in pestilentium hominum societate habitavit, qui in aula adeo impia demoratus fuisse noscitur? Ita quidem est, sed in hoc præcipue consistit prodigium, quod nunquam vitij vel impietatis, quæ in illa pestilentia cathedra regnabat, contraxerit contagium. Porro ut perspicue quantum ab omni aula vitio alienus vixerit, intelligere valeatis, unicum duntaxat argumentum sufficere existimo, cum enim adulatio illius climatis, sit veluti quantum elementum eam semper veluti pestem abominando, declinavit. Primasius illa verba: *Sepulchrum patens est guttur eorum,* ita interpretatur, id est, sepulchrum sunt verba pestifera & adulatoria, quæ interficiunt audientes: ideo enim sepulchra clauduntur, ne in vita possint, exhalatione sui generant pestem. S. Sebastianus autem, non obstante, quod à Diocletiano tantopere amaretur, tantisque in delictis illi esset, hanc tamen à se pestem procul ab-

Cap. 2. 6.

Lib. 2. de consid. ad Eug.

Cap. 51. 6.

git.

git. Unde in Historia vitæ ipsius, hæc ei laus attribuitur: *Fuit in sermone verax*. Et forte haud modicum in eo latet mysterium, scilicet quod cum se non solum ab hoc, verum etiam ab omni alio aula vitio illæsum atque immu- nem conservavit (licet in societate Pestilentium habitaret) Deus ipsum, super omnes alios ser- vos suos, hoc privilegio donavit, ut per divi- nam revelationem, coram toto Christianismo, advocatus declararetur contra epidimiam Pestem. Certum etenim est, quod Romæ & in pluribus aliis locis, variis temporibus per experientiam efficacia comprobata fuerint patrocini sui e- jus subsidia & auxilia, ad flagellum istud quan- socius à nobis removendum.

Lib. 7. ad
Salvi-
nam.

3. Bonus inter malos fuit, quod est perfectio bonitatis. Unde verba S. Hieronymi ad Ne- bridium, facile ei adaptari possunt, dicens: *Inter fulgorem palatii, & honorum culmina sic vixit, ut se ad Christum crederet profectu- rum*. Porro S. Sebastianus dum favore frue- retur Imperatoris, adeo conspicuo munere fungeretur eo solum respexit, ut Christianos, qui metu persecutionis illius temporis truc- lentissimæ vacillabant, tanto firmiter atque validius in Christi fide posset stabilire. Unde eo duntaxat sine serviebat Tyranno, ut tanto melius & fidelius servire posset Christo. Quan- do S. Carmeli Patriarcha Elias in prociectu erat, ut curram igneam conscenderet, Eliseus eum togavit, dicens: *Oro ut fiat in me duplex Spiritus tuus*. Etenim prima facie petitio ist- hæc non temini nimis audax & temeraria vi- deri posset, quia non est discipulus supra Ma- gistrum: at vero S. Augustinus Elisei sibi ven- dicat tutelam & patrocinium, dicens: *Cum*

4. Reg. 2.
9.

Lib. 2. de
mirab. sac.
script. 6. 26

magno honore & saculi dignitate, virtutum & prophetia donum habuit, quod Elias profu- gus & persecutus, in montibus degens & spe- lunis, & ejectus ab hominibus retinebat. Elias à Jezabele & Achab Rege gravissimis infesta- batur persecutionibus, ideoquè in speluncis fugitivus delitescere, in quibus ejus solitudo, & continua cum Deo unio & animi recolle- ctio magis magisque adaugebatur: Eliseus au- tem honorari debebat in magnatum Regum- que aulis, ideoque fortiori Spiritus robore o- pus habebat. Idemmet Augustinus alibi dicit: *Magna virtutis est cum felicitate luctari; ma- gna felicitatis à felicitate non vinci. Non est, quod tot aliorum Sanctorum Ecclesiæ Spiri-*

Tract. 13.
de verb.
Domini.

tum admiremur, qui in media solitudine, in claustrorum recessibus, in persecutionibus ty- rannorum, in suppliciorum carnificina, Deo inservierunt, hæc enim omnia auxiliantur & cooperantur Spiritui ad perfectionem & exer- citium virtutum. At vero in aula vivere, à po- tentissimo mundi Monarcha favoribus sufful- citi constitutum esse in officio honoratissimo, in culmine delictiarum, obsequiorum, thesau- rorum plenissimo versari, in professione qua- dam, de qua Poeta cecinit: *Nulla fides pietas- que viris, qui castra sequuntur* aliis impera- re; Imo quod plus est, inter medios implaca- biles Christi inimicos vivere, degere in ipso- met Idololatriæ, superstitionum, impietatum, & vitiorum centro, & tamen hæc omnibus ad Christianam perfectionem acquirendam uti, hoc vere inauditum quoddam est, nec un- quam superioribus sæculis lectum sanctitatis prodigium. *Conjunctionem sanguinis regalis* (inquit Hieronymus de Nebridio) *& afflu- entiam divitiarum, atque insignia potestatis materiam habuisse virtutum*. S. Sebastianus Casaris favore utebatur, non ut aliis super- emineret, sed ut sublevaret Christianos op- pressos; divitias adhibebat non ad volupta- tes, vel ad personæ aut domus suæ quodcum- que commodum, sed inter pauperes eandem distribuere. *Quicquid Imperatoris largi- tio, & honoris insula dederant, in usus paupe- rum conferebat*. Idemmet autem quod S. Hieronymus de Nebridio dixit, nos quoque de S. Sebastiano dicere possumus, utpote de quo Historia scribit: *Quotidie sedulum Christo ex- hibebat officium*; id est, ut paulo post expres- sius declarat, visitando carceres & catacum- bas, in quibus Fideles vel incarcerati vel recon- diti delitescerant, subveniendi eorum neces- sitatibus, eosdemque ut in confessione fidei constantes persisterent, exhortando, & ani- mando. S. Hieronymus in eodem loco men- tionem quoque facit invidiæ, odii, & æmula- tionis aulicorum, & qualiter idemmet Nebri- dius hæc omnia evitare, omnesque aulicos si- bi benevolos facere notuerit, pluribus de- clarat dicens: *Ministros eorum, & univer- sum ordinem palatii, quo regalis frequentatur ambitio, sic sibi charitate sociarat, ut qui merito inferiores erant officii, se pares arbi- trarentur: difficile factum est, gloriâ virtute su- perare, & ab his diligi, quos precedas*. Admiran- dus

Sur.

dus quoque est modus ille, quorum S. Sebastiano in aula versabatur Diocletiani, in quator erant homines perversi atque sacrilegi. Tyrannus erat adeo venerandus, quod viaceretur in omnibus vir spectatus. & probatus, ut connumeraretur inter amicos fidelissimos. Quod verò alios spectat aulicos, & cohortis suæ milites, quibuscumque verbabatur quotidie, sic Historia ulterius loquitur: *Hunc milites quasi Patrem venerabantur, hunc universi, qui præerant palatio, summo amoris studio complectebantur atque colebant. Neque id mirum videri debet; siquidem: Erat vir totius prudentia, in sermone verax, in iudicio iustus, in consilio providus, in commisso fidelis in bonitate conspicuus, & in universa morum honestate præclarus.* Verum quidem est, quod malevolentia, odia, malevolentia, calumnia, detractiones, invidiæ suam plerumque nidum in aulis habeant: Veruntamen de S. Sebastiano, cum S. Hieronymo dicere possumus: *Beatus est qui tam sancte, tamque graviter disposuit vitam suam, ut de eo sinistra aliqui d'ne fingi quidem possit, dum adversus obtrektorum libidinem pugnat meriti magnitudo, nec fingere quisquam ausus est, quod à nullo putat esse credendum.*

Lib. 2.
 epist. 10

4. Verum enimvero admittatio haud parum adaugebitur, si consideretur, quod inclytus hic Christi miles, licet fuerit cultus & religionis Christianæ zelantissimus, eandem pro viribus conservando & defendendo, fueritque omnium virtutum Christianarum exercitio tantopere deditus, attamen per tot annos, à tot Argorum oculis, tam cautè se abscondere & occultare noverit, adeo ut nunquam vel minimam appareret, quis aut qualis secundum Religionem esset. Mirandum quidem est, quod in illo statu aulico, gladio accinctus, à Diocletiano in delitiis, summisque amoribus habitus, ambula verit cum Deo: at verò admirationem longè majorem excitat, quod non apparuerit. Imò omnibus de eo persuasum erat, ipsū quoque sensus & mentis Imperatoriæ participem atque consortem esse; adeo ut connumeraretur inter amicos fidelissimos, & primas partes teneret. Et tamen erat vir per omnia Christianissimus, quem occultabat militaris habitus, & chlamydis usus calabat. *Divi ille (verba hæc superius ab Eusebio Emiseno de S. Maximo dicta retulimus) sub habitu seculari Christi militem gessit. Ex terius quidem se custodiæ Imperato-*

Metaphra
 ses.
 Sur.

Hom. de S.
 Maximo.

riæ invigilare monstrabat in veritate autem Deus illum elegerat, ut gregis sui haberet custodiam à rapacis Lupi ira defenderet. S. Chrysostomus dicit, quod id, quod nos de virtutibus & meritis sanctorum in eorundem Historiis legimus, minima sit pars eorum, quæ fecerunt; rationem illius hanc esse dicit: *Quia quod peperam fecerunt, omnibus ob oculos ponunt, quod autem eximium abscondunt, & oblivioni tradunt. Quod cum verum sit, uti est vetustissimum, consequens est, quod de gratiis, donis, virtutibus aliisque actibus heroicis ante suum Martyrium patris, pauca admodum scire possimus, siquidem is hæc omnia summo studio cælarit, & à cujusvis hominis oculis absconderit. Non apparuit. Verisimile proinde est, quod omnibus Christianis, in quos beneficium te exhibebat, servet ne id cuiquam dicerent, interdixit: Martyribus quoque, quorum vulnera clam & occultè curabat, prohibuit pariter, ne vitam immaculatam & innocentem, quam cum austeritate & corporis sui macerationibus, vigilis item, orationibus, aliisque omnibus virtutum insignibus conjunctam ducebat. cuiquam manifestarent; quia nolènt apparere. Etenim Redemptor noster salutare hoc monitum omnibus nobis reliquit: *Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Sed ecce totum oppositum à S. Sebastiano factum est: In exteriori namque specie, lupus quidam, ad gregem Christi dilacerandum, cum Diocletiano conjunctus esse videbatur, seque alium quandam Saulum esse simulabat, & tamen intrinsecus, id est, in operibus, quæ abscondebatur innocentissima ovis erat: Lupina pelle extrinsecus vestitus erat ut oviculas Christi à rapacitate Lupi tanta posset securius tueri atque defendere. S. Hieronymus in Epitaphio Nepotiani ait: *Referret alius, quod in palatii militia, sub chlamyde & candenti lino, corpus ejus cilicio trinitum sit, quod stans ante sæculi potestates: lurida sejunis ora portaverit, quod adhuc sub alterius indumentis, alteri militaverit; & ad hoc habuerit cingulum, ut viduis, pupillis, Orphanis miserisque subveniret. Enimvero opera illa misericordiæ & pietatis Christianæ, quibus S. hic Martyr se totum impendebat, vivacioribus coloribus describi, quàm hisce verbis, non poterant; ipse autem eadem in summo secre-**

Hom. 2. in
 2. ad Cor.

Mat. 7. 15.

Epist. 2 ad
 Eliod.

3. Reg. 18. to occultabat. *Ambulabat cum Deo, & non apparebat.* Porro in Regum factis accuratam quandam S. Sebastiani effigiem, tot ante sæculis delineatam, inuenimus. Achab namque Samariæ Idola adorans, Eliam omnesque ejus sequaces, qui veri Dei fidem profitebantur, atrocissimè persequēbatur. Supremus autem aulæ hujus sacrilegi Regis præfectus, Abdias Propheta sanctissimus erat, qui diræ famis, & tam atrocis persecutionis tempore, centum Prophetis, in diversis speluncis delitescētibus, alimenta clam administrabat: *Abdias timebat Dominum valde.* Hunc igitur Aulæ suæ præfectum Achab ad procurandam castris suis annonam à se dimisit, qui procedens Eliam foruito obvium habuit, protinus quisnam & qualis esset ingenue se manifestavit, exponendo quicquid ad obsequium servorū hactenus,

quorum omnium Elias nequaquam conscius erat, eo quod ab Abdia occultissimè fierent: *Servus tuus* (ajebat ad Eliam) *timet Dominum ab infantia sua.* De quo proinde S. Hieronymus ita scribit: *De duce exercitus, fit Dux Ecclesie; tunc in Samaria parvū gregē parverat, nunc in toto orbe Christi pascit Ecclesiam.* Totum hoc in S. Sebastiano ad unguem verificatur, qui ex persecutoris intimo & familiari aulico, existimato fidei inimico; *De duce exercitus* (erat enim Cæsareæ cohortis sive custodiæ tribunus seu Capitaneus) *fit Dux Ecclesie;* unde & Cajus Pontifex gloriosum hunc titulum ei imposuit, ut dicatur defensor Ecclesie, utpote qui ad gregem Christianum, tantæ necessitatis tempore defendendum & alendum, singulariter electus fuit.

Præfat. in Abdiam.

In laudem S. Sebastiani, multæ veri servi Dei conditiones examinantur, talem enim ipsemet se esse probavit.

DISCURSUS SECVNDVS.

Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

1. **M**PRUM quidem vobis prima facie esse videbitur, quod in laudem cujusdam Martyris a deo insignis, Antiphonam quandam adhibeam, quam S. Mater Ecclesia de Confessoribus legit & canit: veruntamen judicium vestrum ad finem usque discursus, si placet, suspendite; tunc enim videbitis, quam proprium in ea contineatur S. Sebastiani encomium. Dicere quidem possem, quod cum S. Cajus Papa ipsum ex divino utique instinctu, glorioso hoc titulo defensoris Ecclesie, honoraverit, ipse titulum hunc in se vere adimpleverit, utpote servus prudens & fidelis, ad directionem familie suæ, Congregationis nimirum fidelium provide constitutus. Verum enimvero ad epithetum istud ei adaptandum, nullo alio testimonio opus habemus, siqui-

dem Deus ipsemet illum verum Jesu Christi servum esse fuerit contestatus; Dum enim uxor Necostrati muta, sermonem sibi, per sanctum hanc Martyrem, restitui desideraret, eumque servum Christi appellaret, Martyr ad hanc gratiam à Deo impetrandam, hunc in modum fari cœpit: *Si ego versus Jesu Christi servus sum, jubeat Dominus ut redeant ad eam officia labiorum.* Et confestim confirmationem gloriosi hujus tituli, quod scilicet verus servus Christi esset, patratum est immediate petium miraculum. Porro quantum hic titulus in se gloriam contineat, nulla potest lingua sufficienter exprimere. Dydonus Alexandrinus scribit: *Sicuti mortalem gloriam homines appetentes in suis conscriptionibus, dignitates, quas putantur habere, praponunt; ita sancti viri in Epistolis, quas scribunt ad Ecclesias, principaliter proferunt se esse servos Domini non*

In Bib. vet. P. tom. 6.

str;

Hom. 8.
ad Eph.

stri Iesu Christi, existimantes hanc appellationem, supra regna totius mundi consistere. Unde S. Iacobus Epistolam suam sic inscribit: *Iacobus Dei & Domini nostri Iesu Christi servus*. S. Paulus item: *Paulus servus Iesu Christi*. Id quod Chrysostronus ponderans notavit, quod hoc præcipue titulo usus fuerit, dum Romam, quæ caput mundi, magnorumque ac speciosorum titulorum est ambitiosa, Epistolam suam exaravit: *Orbis Dominum gerenti, & de magnis dignitatibus glorianti & superbienti, tanquam quid ad illius dignitatem responderet, imo quod multo esset majus incomparabiliter & consularum excederet & Regnum, & orbis principatum, hoc posuit: nempe Paulus SERVUS IESU CHRISTI*. S. Chrysostronus dicit, quod quando Rex ille facile gus, tres illos Hebræos pueros servos Deo appellavit: non ita gravis fuissent, sive Reges eos, vel orbis Dominos vocasset, atque quod dixit *servi Dei*; Omnes quoque excellentissimi, Deoque acceptissimi sancti, veteris Testamenti, nomen istud permagni æstimarunt. Unde Abraham dicit: *Invenit servus tuus gratiam coram te*. Iacob quoque: *Servus meus Iacob*. Similiter Moyses, *Moses servus Domini*. David etiam ait: *Servus tuus sum ego*; Denique Daniel: *Daniel servus Dei*. Deus itidem motus facere volens, quod nullus in toto mundo, Jobo in sanctitate similis esset, nobilissimum istud ei dedit epithetum: *Nunquid considerasti servum meum Job*? Adeoque dum gloriosus hic titulus, servus Dei, cœlesti oraculo, per miraculum confirmatus, S. Sebastiano attribuitur, idem eminentis suæ sanctitatis, gloriæ, & honoris irrefragabile testimonium esse dici potest, idque ab eo pronuntiatum, qui Spirituum ponderator est. Veruntamen tituli huius meritum crescit, si qualiter se ad eum qualificaverit, penitus consideremus.

Luc. 17.
10.

2. *Vorus servus Iesu Christi*. Omnibus passim notum est & manifestum, quantum in obsequium Dei & Ecclesiæ ejus fecerit Apostoli. Et tamen Salvator noster, qui hæc omnia perspicue cognita erant, siquidem copiosa illa messis, quam ipsi messurierant, eidem ab æterno præsens erat, ad eos dixit: *Cum hæc omnia feceritis dicite servi inutilis sumus*. Qualia igitur sanctus hic Martyr, apud Ecclesiam merita habere debuit, qui non solum à Vicario

Christi Cajo Papa defensor Ecclesiæ, sed etiam ab ipso met Deo servus suus, servus inquam verus, non inutilis fuit appellatus, siquidem Ecclesiam, per tot annos a duobus Imperatoribus dira crudelitate convulsam & dilaceratam S. Sebastianus salvum conservavit. In Regum factis, tres Reges cum exercitibus valde numerosis surrexerunt leguntur, ut junctis viribus adversus Moabitarum Regem dimicarent. Dum autem de victoria periclitarentur, ad Eusebium confugerunt. Quid sit? Num forte hic Propheta militiæ bene gerendæ gnarus aut peritus erat? aut verò aliquod sive in milite, sive in pecunia subsidium ministrare poterat? vel expectabatur ab eo, ad inimicum superandum consilium aliquod opportunum? Nequaquam: quin potius Chrysostronus auscultare libeat dicentem: *At qui bello erumpente Palæstina instantum, adducta periculum ut funditus exscindenda esset, Iudæorum Reges misso exercitu, missis perditibus, sedit aris, equitibus, ducibus, centurionibus ad Elisei preces se receperunt*. Quanti autem huius viri Dei preces illos existimasse putatis? existimabant enim Deo servum suum: multarum myriadam instar esse. Certum est patiter, sanctam Dei Ecclesiam, illo sæculo, à duobus Imperatoribus Maximiano & Diocletiano, ex omni parte gravissimè fuisse infestatam, adeo ut ultimum ei exterminium comminari non dubitarent, sed quo modo defensa fuit? Num forte per submissas de cœlo Angelorum legiones: aut magnatum corda in ejus favorem convertendo: Minimè gentium: unicus ad hoc præstantum sufficiebat S. Sebastianus. qui ut piè credi potest, intetius à Deo permotus, sub habitu & chlamyde militari, in servitium persecutoris se addixit, ut Christianos hæc ratione securè posset defendere, Tyranni terrendo insidias & persecutiones. Divina etenim providentia, quæ dixit: *Porta inferi non prævalent adversus eam*; existimavit Deo servum multarum myriadam instar esse. Hunc adversus omnes Ecclesiæ suæ inimicos, veluti baculum seu fulcrum quoddam inexpugnabile esse voluit.

4. Reg. 3.

Hom. 27.
ad Hebr.

3. *Servus Iesu Christi*. In pluribus Sacræ Scripturæ locis, gloria, qua Moyses à Deo exaltatus fuit, sub hoc nomine *servus Dei* exprimitur. *Post mortem Moysi servi Domini*. Et

Iob. 1. 1.

paulo

Hebr. 11.
24

paulò post: *Moyſes ſervus meus mortuus eſt*; Eundem Moyſis titulum S. Sebaſtiano aptè pariter communicare poſſumus, utpote qui illi valde ſuit conformis, præcipuè in illa ſeparatione, quam in Moyſe admiratur Apoſtolus dicens: *Grandis factus negavit ſe eſſe filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo ſuo, quàm temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias æſtimans, theſauro Ægyptiorum improprium Chriſti.* Ubi Theodozetus per *ly temporalis peccati* aulam intelligendam eſſe cenſet. Hoc idem Martyr tanquam verus ſervus Dei adimplevit, cum enim apud Imperatorem in honore & ſumma authoritate eſſet, in medio dignitatum & theſaurorum tanti Imperii, quale Romanum eſt, tanquam illius præcipuus & nobiliſſimus Miniſter conſtitutus, odium Pharaonis, id eſt, Imperatoris Diocletiani ſibi conciliare, & ſagittarum iplius ſignum vel ſcopus fieri, ſeque paupertati Chriſtianiæ adſtringere maluit, quàm in Cæſareis favoribus perſeverare. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem. Ad hæc ſicut Moyſes in aula Ægyptiaca exiſtens, populum ſuum occultè defendebat; ita quoque S. Sebaſtianus, quando de obſequio fidei agebatur, larvam, ſub qua occultabatur, ſibi detraxit, ſeque quis verè eſſet, palam coram omnibus manifeſtavit: *Servus Jeſu Chriſti.* Porro ſervi antiquitus nomen Domini ſui, cui ſerviebant, ſibi inſculptum vel inſcriptum deferre ſolebant. Unde Seneca ad hoc alludere, & oſtendere volens, quòd non profiteretur ſectam alterius, ſed liber eſſet, ſcripſit: *Non enim me cuiquam mancipavi, nullius nomen ſero.* Imò & in iis, qui veri ſervi Dei exiſtunt, videre licet in Apocalypſi, quòd nomen Dei in fronte referant: *Habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis*; atque ideo S. Sebaſtianus nomen Chriſti, non in corde tantùm, ſed & in fronte portavit. Unde non ſine myſterio in Hiſtoria ſua appellatur: *Vir per omnia Chriſtiſſimus.* Enimvero quantum hic frontis character olim æſtimatus fuerit, ex textu quodam Epistolæ S. Petri perſpicuè colligitur; Dicit enim hic Apoſtolus: *autem ut Chriſtianus non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine.* Unde cum S. Sebaſtianus dicatur *Chriſtiſſimus*, facile licet conjicere quanti hunc titulum ſervi Chriſti fecerit; ut autem o-

Epist. 35.

Apoc. 4. 1.

2. Pet. 4. 16

Manſi Sanctuarii Tom. 1.

mnibus palam fieret, ſe hunc titulum nequam temerè ſibi uſurpaſſe, ſed jure promeritum eſſe per manifeſtum miraculum ſuperacceſſit juris hujus divinum teſtimonium. Mundus quidem, qui aliud, quàm quòd ſub ſenſum cadit, videre non poteſt, S. Sebaſtiano Diocletiani inimici Chriſti ſervum exiſtimare poterat, talis etenim extrinſecus eſſe videbatur; ſed nequaquam ita erat; voluit enim Martyr, ut omnibus palam fieret, quòd in tantum Tyranni illius ſervus eſſet, ejuſque ſervitutum profiteretur, in quantum hoc ipſum ordinaret ad hoc, ut verus eſſet ſervus Jeſu Chriſti; id eſt, ut Eccleſiam Dei tantò potentius & efficacius defendere, divinumque cultum ejus tanto ardentius promovere poſſet. Unde S. Sebaſtiano adaptari commodè poſſunt illa S. Leonis verba, quæ de S. Laurentio ſcribit: *In hoc nomine tranſierunt triumphi, etiam inſtrumenta ſupplicii*, nam quando alligatus eſt, ut eſſet ſignum ad ſagittas, ad obſcurandam ejus gloriam, Tyrannus præcepit, ut Lamella ei appenderetur, in qua eum Chriſtianum eſſe exprimeretur; id quòd ad maximam ejus gloriam ceſſit. *Si autem ut Chriſtianus non erubescat, glorificet autem Deum in isto nomine*, quòd ſanctus hic Martyr adeo heroicè fecit, ut merito dici meruerit *Chriſtiſſimus*.

4. *Servus Jeſu Chriſti.* In Martyrio S. Lucie legitur, quòd cum Tyrannus ſanctæ huic Virgini dixiſſet. *Cessabunt verba, cum ventum erit ad verbera*; illa reſponderit: *Dei ſervus verba deſſe non poſſunt, quibus à Chriſto Domino dictum eſt: Cum ſcervus ante Reges & Praefides nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini, non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus ſanctus qui loquitur in vobis.* Audite igitur, qualiter etiam ex hoc capite titulum ſervi Dei jure meruerit; neque enim ſolum in conſpectu Principis loquebatur *ſapientiam*; verùm etiam tametsi tanquam inclytus belli dux & miles nil præter gladium vibrare & tractare didiciſſet at tamen quando valdiſſimi iactus, quibus duo fratres Marcus & Marcellianus, ab amicis, parentibus, uxoribus, patribus, cunctisque aliis, qui eos à vera fide remotos eſſe cupiebant, graviter pulſabantur; retundendi erant, ehem quam generoſè inclytus hic Chriſti miles, alium quoque en-

Ad Eph.
6 v 17.

P

quod

quod est verbum Dei, stringere & vibrare no-
verat; Hos namque præfatos fratres per elo-
quentiam supernaturalem efficacissima argu-
menta, perque energiam veluti miraculosam
in confessione fidei & Martyrii sufferentia ta-
liter confirmavit, ut clarè & perspicuè factis
dignosci potuerit, concionem istam à Spiritu
sancto ei dictatam fuisse. Unde Baronius: O-
ratione, videlicet spiritus sibi administrata,
eosdem pene desertores effectos revocavit ad
castra Cujusindicium fuit, inquit Historia
vitæ ejus, lux quædam miraculosa, super ip-
sum de cælo dilapsa: Cum hæc ex suo ore pro-
ferret, ubi per unam serè horam, splendore
nimio de cælo veniente perfusus est

P. 5. Servus Iesu Christi. Impius ille Babylo-
niæ Rex, quondam tres pueros illos ligatis
manibus & pedibus, in fornacem conjici præ-
ceperat, & tamen postquam patratum circa
illos audisset prodigium, quod scilicet ignis
non tetigit eos nec contraxit, oti fornacis
appropinquans, eos ad se accersivit. Verùm
qua ratione illos manibus pedibusque vinc-
tos ambulare potuisse existimas? Memorandum
est igitur, quòd, uti alibi quoque insinuavi-
mus, servos Dei denominaverit: *servi*
altissimi, inquit Chrysostomus Licet enim il-
los duris vinculis fortiter adstrictos esse non
ignoraret, insuper tamen etiam sciebat, quòd
namquam servi Dei illa rumpere possent. *Servus*
enim Dei omnia possible sunt. Enim vero nunc
in tot, à S. Sebastiano patrata miracula o-
culos vestros defigere, & præcipuè in illud, quò
postquam sagittis transfixus, & veluti mortuus
relictus fuerat, totaliter iterum revixit &
sanitati pristina, toto corpore restitutus fuit;
nec non & in alia diu ante operatus fuit & illa
mirari desinite, quia *Servus Dei omnia possible*
sunt.

6. Servus Iesu Christi. Deus adversus Esi-
phaz, alioque duos amicos ipsius, graviter in-
dignatus, modum quo illis placari posset, eos
pauca docuit, dicens: *Ite ad servum meum*
Iob, & offerre holocaustum pro vobis; Iob au-
tem servus meus orabit pro vobis, faciem ejus
suscipiam. Atque hinc licet evidentem quan-
dam demonstrationem eruere, per quam ma-
nifestum fiat, quam hic servus Dei S. Sebastia-
nus, suæ Divinæ Majestati gratus & acceptus
fuerit, siquidem eo tempore, quo Divinæ justi-
tiæ furor, adversus populos, Provincias, &
regna vel maxime exardesceret, fulmina iræ

suæ vibrando, id est, immittendo quaqu-
versum epidimiam pestem, tamen ad eam pla-
candam nonnunquam offerrentur sacrificia,
orationes, elemosynæ, aliaque penitentia
opera, omnia tamen hæc bona opera, manus
hujus veri servi sui oblata esse, cumque pro
malorum illorum ablatione, intercessionem
suam interponere voluit, prouti postea re ipsa
factum est, hic Romæ & Mediolani tempore
S. Caroli, nec non & in aliis locis, prouti te-
statur Baronius: *Ite ad servum meum Seba-*
stianum faciem ejus suscipiam Baronius eti-
am postquam Altaris in Ecclesia S. Petri ad
vincula ad honorem hujus Martyris erectio-
nem, prævia divina revelatione factam narra-
set, simulque promissionem, qua post altaris
illius erecti- nem, pestem illam cessaturam esse
asserabatur, recensisset, in Annalibus suis
subjungit. *Ex hoc propagata ad posteris religio,*
ut post tempore, voti causa, imago ejusdem
diversis in locis pingi solet, & in ejus memo-
riam altaria erigi, imo etiam Ecclesiam fabri-
cari.

7. Servus Iesu Christi fidelis & prudens, uti
à principio in proposito themate diximus,
quem constituit Dominus super familiam suam.
Enimverò in præsentis discursu sanctum Seba-
stianum Moyse comparavimus, idque in non-
nullis prærogativis, cur igitur non etiam hanc
ei laudem adscribere poterimus, nimirum, *Fide-*
lis erat in tota domo ejus tanquam famulus?
Sux etenim servituti erga Deum fidelitas tan-
tò erat admirabilior, quantè magis servituti
ejus, qui maximus Dei & Ecclesiæ inimicus
erat, ireritus hærebat. *prudens* vocari me-
retur, ut qui in Historia vitæ suæ prudentissi-
mus nominatur: *Erat proutus prudentia.*
Hanc autem prudentiam in eo vel maxime
probabat, quòd super se tot annos adeo cautè
nosset abscondere & occultare, quòdque uno
eodemque tempore in eo, quòd munus suum
civile & politicum spectabat, suam erga Im-
peratorem fideitatem, in aliis quoque ad cul-
tum & servitium divinum spectantibus fidei-
tatem, qua Deo obstringebatur, miro artificio
exequeretur. Dixerat quidem, cælestis Magi-
ster noster Christus: *Non oportet duobus Do-*
minis servire; ejusque hanc rationem reddit:
Aut enim unum odio habebit, & alterum dili-
get; aut unum sustinebit, & alterum contem-
net. Sanctus autem Sebastianus per suam pru-
dentiam, utrumque servitium, adeo exactè hu-
mul-

An. 284.

Dan. 50

Rom. cit.

An. 280.

Hebr. 3. 5.

Sur,

Iob. cap. ult.

enul conjugere novit, ut tam Imperatoris quam Dei sibi gratiam conciliaret, nec tamen intermittere odio interius prosequi Diocletianum tanquam Ecclesie Dei persecutorem, nec exterius debito suo deerat servitio, ita tamen ut illud, ad majus Dei obsequium & fidelium utilitatem ordinaret.

S. Servus Jesu Christi. Enimvero S. Sebastianum verum fuisse Jesu Christi servum: ipsiusque divino servitio totaliter deditum, difficulter sustineri posse videretur, siquidem ab Imperatoris imperio totus dependens, tanquam Cæsareæ custodiæ tribunus ejus merebatur stipendium. Attamen facilis est responsio, scilicet: *Homo videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor.* Etenim quod Deo præstatur obsequium, consistit in rectitudine intentionis nostræ, in cordis nostri devotione, & in amore erga Deum. *Fili præbe mihi cor tuum.* Cognoscebat igitur Christus, quodd, quidquid S. Sebastianus operabatur in servitium Imperatoris, id totum ex amore Dei faceret, & ad Christianorum obsequium, Ecclesie beneficium, Fideique suæ defensionem & stabilitamentum ordinaret; ideo enim serviebat Tyranno, ut Christianorum animos, quos inter tormenta videbat deficere, confirmaret, & Deo redderet animas, quas Diabolus conabatur auferre. Quid non ad victoris gloriam ingenium tuum reperit? inquit S. Leo ad Valerianum ob martyrimum S. Laurentii; cui simile quid S. Sebastiano dicere possumus: *Quid non ad Dei gloriam ingenium tuum reperit?* Omnem namque Imperatoris favorem, munera militaria, divitias, imperia, & quicquid in aula Cæsaris habebat, ad majorem Dei gloriam ordinabat. Per illam namque auctoritatem & confidentiam, qua apud Cæsarem tanti valebat, liberum ad eundem unâ cum omnibus fidelibus aditum habebat, nec quicquam, cum nostræ Religioni addictum esse, suspicari poterat. Quas Diocletianus adversus Fidem orthodoxam animo suo decreverat impias resolutiones, protinus Christianis manifestabat, ut fugiendi vel occultaandi se tem-

pus sufficiens haberent. Pecunia, quam et suis merebatur stipendiis, eorum subveniebat necessitatibus; atque hac ratione inimico Dei inserviendo, Dei servitio totus intentus erat. Nescio an aliquando observaveritis, quodd, sacrilegus ille Babyloniorum Rex, licet Danielem, qui è charissimis aulicis suis unus erat, suo obsequio totaliter deditum & intentum videret, eum tamen servum nominaverit: *Dan. 6. 10* *Daniel serve Dei* Ubi Theodoretus ait: *Isium non suum sed Dei servum appellat.* Imo antea dixerat: *Daniel serve Dei viventis Deus tuus, cui tu servus es semper.* Equidem quodd, Rex ille dixerit: *Deus tuus, quem colis semper,* id quidem non adeo admittit; valde tamen mirandum est, quodd, dixerit: *Cui tu servus es semper.* Siquidem Regis servitio jam dedicatus erat. Quid ad hoc respondendum esse existimatis? Nimirum: Deas Principes hujus tertæ in hac vita veluti suos voluit esse locum tenentes, vultque, ut licet pessimis sint moribus imbuti, illis tamen in omnibus subjecti & morigeri simus, atque ideo ab ipsis nascentis Ecclesie principiis S. Petrus hoc nobis monitum suggestit: *Subditi estote in omni timore Domino, non tantum bonis & modestis, sed etiam discollis S.* autem Sebastianus plus faciebat, siquidem quodd, inimico Christi exterius exhibebat servitium, interius ad majus ejusdem Christi ordinabat obsequium. Neque de hoc ulla ambiguitas esse potest aut controversia, siquidem id ipsum infallibilis & æterna veritas fuerit contestata. Porro Cajetanus super illa verba: *Moyse servus meus mortuus est,* scribit: *Ios. 15. 2.* *Deus ipse testatur, placuisse sibi officia Moysis appellando ipsum servum suum;* Nos quoque id ipsum de S. Sebastiano asserere possumus.

Licet enim tot annis Tyranni aulicus fuerit, Deus tamen per miraculum & cæleste testimonium, eum verum Jesu Christi servum esse declaravit.

1. Reg. 16.

7.

Sut.

1. Pet. 2. 18

Ios. 15. 2.

In laudem S. Sebastiani textus quidam Iſaiæ exponitur.

DISCURSUS TERTIVS.

*Posuit os meum, quasi gladium acutum, umbra manus
sue protexit me, & posuit me sicut sagittam electam, in
pharetra sua abscondit me, & dixit mihi, ser-
vus meus es tu, quia integriorabor.*

Iſaiæ. c. 49. v. 2.

1. **I**Saias Propheta legis Evangelicæ eventus prophetico spiritu prænuntiavit, & ad literam, ni fallor, in verbis propositi thematis sanctum nobis Sebastianum descripsit; qui utpote divino benefactori suo gratus, singularissima ab eo recepta dona & beneficia, grata mente recognoscit.

2. *Posuit os meum quasi gladium acutum.* Chaldaeus legit: *Verba mea.* Verba igitur sua acutissimo gladio similia esse dicit: *Virus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & persingens usque ad divisionem animæ & spiritus.* Unde efficaciam sermonis, quam in prædicando Dei verbo Deus illi concessit, his verbis agnoscit. Et revera mystici illius gladii, quem Christus in terram se detulisse declaravit, propriissimos effectus in ejus ore deprehendimus. Dicit enim Christus: *Non veni pacem mittere sed gladium.* In quo autem gladius iste consistat, explicare pergit dicens: *Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suam, & inimici hominis domestici ejus; qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus; & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.* En tibi igitur effectus, quos operatus est S. Sebastiani gladius: *Posuit os meum quasi gladium acutum.* Pater & mater, filii & uxores, & omnes alii SS. Marci & Marcelliani amici & domestici inter se convenerant, ut unus post alium eisdem ab hoc impugnaret,

fortiterque urgeret, ut Tyranno cederent; jamque res consueque devenerat, ut inter uxorem lachrymas & suspiria filiorum, caperint milites Christi: molliscere, & animi dolore pernoverit. Sanctus autem Sebastianus eosdem tanta cum facundia & animositate gladio verbi Dei aggressus impugnavit, ut contraria oratione, vi Divini spiritus sibi administrata, eosdem pene desertores effectos, revocavit ad castra. Neque enim illos tantum confirmavit ad fortiter subeundum Martyrium, cavendumque, ne se à parentum, filiorum, uxorumque suarum amore emollii permitterent: Verum etiam multos ex illis, qui ad sanctos illos fratres pervertendos convenerant, quorum sexaginta quatuor erant, ad idololatriam detestandam, nostramque fidem profitendam induxit: qui proinde quasi fideles milites parabant animos suos ad dimicandum pro Christi nomine, in martyrio bellatur; ita ut mulieribus & infantulis amor ferret martyrii, & invicem se ad confessionem sancti Nominis, contra Diabolics acies communirent. Quando Christus Dominus nos ter turbam incredulam admirabili cum facundia refutabat, mox devota quædam mulier exclamare cœpit, & dicere: *Beatus venter qui te portavit.* Sic quoque dum S. Sebastianus duobus prædictis fratribus, cunctisque aliis, qui ad eos in Apostasiam seducendos conspiraverant, admiranda cum energia concionaretur, uxor Nicostrati in ejus laudem perspicuis verbis prorumpere cœpit, dicens: *Beatus es tu, & benedictus sermo oris tui.* Enimvero quia mysticus hic gladius

SMT.

An. 282.

Hebr. 4. 12

Matt. 10.

33.

Apoc. 2. 16.

gladius in Apocalypsi visus est ex utraque parte fuisse acutus : De or. ejus gladius utroque parte acutus exibat: Hugo Cardinalis, duplex istud gladii acumen hoc sensu exposuit: *Primo prædicationis: usque penetrativus apud homines, & sermo orationis apud Deum* Ac proinde quando sanctus Sebastianus Deus dicit: *Posuit os meum quasi gladium acutum*, inferre voluit, Deum efficaces quoque reddidisse suas orationes. *Orationibus meis efficaciam dedit.* Et revera ita omnino fuit: Ecclesia etenim in summis & urgentissimis necessitatibus constituta, à tot sæculis persepe experta fuit quam efficax ejus intercessio fuerit. Postquam sanctus Propheta Job, Deum nobis adeo iratum repræsentasset, ut eum nullus placare aut reconciliare posset, paulo post tamen subjungit, quod sub eo curventur, qui mundum sustentant : *Deus, cujus ira nemo resistere potest, & sub quo curvantur qui portant orbem.* Circa quæ verba sanctus Hieronymus dicit: *Portantes orbem sancti recte intelliguntur, qui gloria meritorum suorum, magni & potentes sunt apud Deum : hi ergo cordis humilitate ad interveniendum pro peccatoribus in conspectu ejus sunt incurvati ita sancti portant mundum, dum eum, ne ruat accipere, orationum fortitudinem sustinent.* Verissimum Ecclesiæ fulcrum dici potest sanctus Sebastianus, cui proinde sanctus Cajus Papa hunc titulum attribuit, ut defensor Ecclesiæ appelleretur. Porro inter propriissima arma, quibus justitia Dei vindicativa uti solet, nec bellum, nec fames, sed sola pestis numerari meretur, id quod David dicere voluisse videtur, cum hoc flagellum eligens ait: *Melius est ut incidam in manus Dei, quasi hoc solum à Deo immediatè procederet.* Orationes autem & intercessionis sancti Sebastiani, divinæ justitiæ arcum inermem efficiunt, prouti variis temporibus ipsa nos docuit experientia, & præcipuè quidem hic Romæ, prouti in Annotationibus Martyrologii Romani refertur, ubi in Ecclesia S. Petri ad vincula altare quoddam in ejus honorem erectum esse dicitur : *D. vino monitu ibidem altare ad luem propulsandam erectum est. temporibus Papa Agathonis : unde etiam provenisse videtur, ut posteri Fideles eundem sanctum, ad evitandam imminens pestis cladem consueverunt habere patronum.*

2. Reg. 24.
14.

3. In umbra manus sue protexit me. Septuaginta legunt: *In protectione.* Et Hugo Cardina-

lis ad nostrum propositum : *Potentia sua servavit me à persecutione inimicorum, sicut umbra servat ab aestu.* Enimvero totidem in aula inimici numerantur, quot aulici. Unde Seneca ait: *Quot servi, tot hostes.* Quot ibi ad pessundandam collegam audiuntur calumniæ, & mulationes exercentur? cum igitur sanctus Sebastianus in aula Imperatoris aulicus fuerit nequaquam minimus, quis dubitare potest quin sui in eadem aula collegæ omnes Martyris gressus & conatus diligenter investigarint, ut ad eum præcipitandum & pessundandum in Diocletiani inimicitiam eum redigerent: Præterea ut pro tanto tempore ab ira & furore Tyranni defendi & occultari posset, nullam sibi aliam, quam omnipotentis manum requisivit: *Potentia sua servavit me à persecutione inimicorum.*

4. Et posuit me sicut sagittam electam. Per sagittam electam Apostoli, omnesque alii vici Apostolici intelliguntur. Enimvero duplici armorum genere uti solent milites, prouti nulli non notum est, nimirum cuse, quo cominus & sagitta, quo eminens hostem vulnerare satagunt. Porro David Psal. 44. de Christo populos convertente agens dicit: *Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.* Mox verò subjungit: *Accingere gladio tuo super femur tuum.* Et paulo post: *Sagitta tua acuta populi sub te cadent.* Christus enim per se & Apostolos, tam gentes vicinas quam remotas potenter & velociter debellavit, & sua fidei subjugavit. S. Sebastianus autem non solum fuit ensis cominus percuciens, verum etiam sagitta Dei electa, ad feriendum eminens & à longe; quis enim dicet quod ipse per auctoritatem, & favorem quo apud Diocletianum plurimum valebat, adversum Christianos suscitandas strages, non solum Romæ, verum & in omnibus aliis mundi partibus clam impediverit? Innumeri haud dubie fuere fideles, quos ipse intra tot annos, à truculenta illa persecutione fuit tutatus, eosdem, ut se tempestivè salutarent, commonendo, aut verò eisdem secretò consulendo, ut ad genese osè certandum se animarent. Porro sagitta quædam è pluribus selecta à sagittario peculiariter reservatur, ut per eandem ictum aliquem optatum facere possit in tempore opportuno, ideoque eandem in vanum non facile ejaculatur. Etenim divina providentia inter tot illius sæculi Martyres

Corn. à
Lap.

Psal. 44. 4

tyres sanctum Sebastianum specialissime ele-
git, eumque in ipsiusmet persecutoris aula oc-
cultavit, ut opportuno tempore ea uti posset,
ad animandum videlicet duos illos fratres
Marcum & Marcellianum in hac civitate adeo
insignes, qui in fide vacillabant, necnon ad
Chromatium, plurimosq; alios convertendos,
denique ad fidem nostram exemplo suo & ad-
mirabili martyrii sui constantia, magis magis-
que solidandam.

ser. 2. in
Cant.

5. *Sagittam electam posuit me* Quæ verba
juxta expositionem sancti Bernardi de Dei a-
more etiam interpretari possunt: *Sagitta ele-
cta amor Christi*. Ad hujus sagittæ ejaculatio-
nem anima pectus suum denudare cogitur:
*Denuda membra tua. & probe te jaculo electo,
siquidem Deus sagittarius est. Hac sagitta cor
eniam sancti Augustini vulneratum fuit ipso
met ipse, dum ait: Sagittaveras tu Domine
cor nostrum charitate. Quis autem hoc Mar-
tyre verius dicere potuit: Posuit me sagittam
electam, utpote quem Deus, postquam cor
ejus accendisset inextinguibili divini amoris
igne insuper ad corda aliorum, quos ad fi-
dem convertit, inflammanda elegit, effi-
ciendo, ut mundum & quidquid in eo pre-
tiosum inveniri potest, promptissimè dese-
rant.*

Lib. 9. c. 7.

6. *In pharetra sua abscondit me.* Hugo
Cardinalis verba hæc ori sancti Sebastiani sub
tali expositione ingerit, ut ad præsens nostrum
propositum melius adaptari non possint. Di-
xit enim: *Sicut sagittarius optimas sagittas
abscondit, donec veniat tempus extrahendi,
ita Dominus abscondit me, donec opportunitas
manifestandi venit: sagitta electa reser-
vatur usque dum necesse sit.* Et ad hoc declaran-
dum, exemplo utitur nostri Redemptoris: Hic
enim inquit: *Reservatus est in sinu Patris, do-
nec venis plenitudo temporis; ita dicitur ad
Galat. 4. Et tunc missus est, ad vulneran-
dum corda fidelium promissione honorum &
comminatione penarum.* Ecce tibi hic desan-
cto Sebastianiano casum in terminis, qui virtute
divina à Diocletiano & tota ejus curia occul-
tus & absconditus servatus est, adeo ut cum
Christianum fuisse nemo adverterit, tempore
autem opportuno quando ita tulit & popo-
scit necessitas, eundem manifestavit, quando
nimirum opus fuit, ut constantes in fidei con-
fessione contineret fideles; multosque ad

eandem efficacissime converteret: *Promissio-
ne honorum & comminatione penarum, pro-
uti ex ejus discursu latius videre licet. Abscon-
dit me; idque Deus operatus est valde mira-
biliter; dicit enim Historia: Quos quoties
sedulum Christo exhibebat officium, sed tamen
dabat operam, ut id sacrilegus Regibus esset in-
compertum.* Verum enim vero quisnam ob-
specto à tot Argis sibi potuisset prospicere, nisi
ad id concurrisset specialissima Dei assistentia?
dicit etenim scriptor quidam modernus, quod
in aulis haud secus ac in terra inimicorū, ocu-
lus hominis quaquaversum esse debeat valde
circumspectus, caputque ad omne quod mo-
vetur, inflecti, nec unquam desistat palpitatio
cordis. Idque vel maxime in sancto Sebastianiano
adimpleri debuisset, utpote qui observabatur
& censurabatur ab omnibus. In Palatio ete-
nim velut in medio inimicorum morabatur,
nam ipsemet Imperator, apud quem benevo-
lencia & favore plurimum pollebat, maximus
erat illius inimicus. Interea verò maximum in
semetipso concipere debebat in Deum fidu-
ciam, intraque semetipsum dicere: *in Pharetra
sua abscondit me; ad hoc tantum sub chelyde
terræ imperii Christi militem tegebat abscon-
ditum, ut Christianorum animos, quos inter
tormenta videbat descere, confirmaret, ut Deo
redderet animas, quas Diabolus conabatur
auferre.*

SMP.

SMP.

7. *Et dixit mihi servus meus es tu.* Nec
hoc probatione ulla indiget, utpote quod
præcedenti discursu sufficienter examinatum
fuit. Nihilominus egregiam quandam Hu-
gonis Cardinalis expositionem horum verbo-
rum auscultate; sic enim prædicta verba
glossat: *In operatione fideli & prudenti spe-
cialiter servies mihi in cultu meo.* Id, quod
sanctissimo Martyri nostro congruentissimè
adaptatur: Hic enim fidelitatem erga cultum
& servitium Dei exhibuit, attamen cum
prudencia conjunctam; neque enim semet-
ipsum palam manifestavit quis esset, nisi
quando id ipsum prudenter faciendum erat.
Specialiter etiam Deo in ejus cultu servivit, id-
coque singulariter in defensorem Ecclesiæ
lectus fuit.

8. *Quia in te gloriabor.* Hæc sunt ultima
verba in themate à nobis proposita; quæ Hu-
go Cardinalis ita exponit: *In te, id est, in
conversis per te laudabor, & gloriosus appa-
rebo.*

rebo. Sanctus autem Sebastianus. præter illos, quos in aula existens, occultè ad fidei agnitionem adduxit, qui nobis sunt incogniti, iasuper Chromatium Præfectum Romanum, & mille quadringentos alios ex ejus familia, qui omnes sacrum recepere Baptismatis laverum, ad Dominum convertit. Porro Deus, qui glorificantes se glorificat, Sebastianum glorificavit, dum Romæ summis Pontificibus inspiravit ut Ecclesiam quandam adeo insignem in ejus honorem erigerent, quæ septem urbis Romanæ illustrioribus Basilicis mereretur accenseri, eamque tot inestimabilibus corpo-

rum, & Reliquiarum sanctorum Martyrum thesauris circumquaque locupletavit, è quibus totus quaquaversum nobilitatur & illustratur Christianismus. Modica quoque pars ossium ejus in Franciam delata, innumera operata est miracula; unde Baronius ait: *Tanta signorum ac prodigiorum multitudo claruit, tanta virtutum in omni genere sanitarum emicuit, ut à nullo mortalium eorundem miraculorum aut numerus comprehendere, aut varietas valeat enuntiari; quorum quaedam tanti stuporis esse narrantur, ut humana imbecillitatis fidem excellerent.*

An. 816.

Quibus armis invictus Christi miles spiritualiter munitus fuerit, exponitur.

DISCURSUS QVARTVS.

Induti lorica[m] justitiæ, sumentes scutum fidei, & galeam salutis, & gladium spiritus. Ad Ephes. cap. 6. v. 15.

cap. 6. v. 15.

1. **S**. Paulus Apostolus probè sciens vitam nostram militiæ per similem esse: *Militia est v. ca. hominis super terram*; quibus armis ad pugnandum cum inimico, eumque vincendum, muniendi sumus, docere nos voluit, dum ait: *Induti Lorica[m] &c.* Porro dum sanctum Sebastianum non solum in militari munere quod apud Imperatorem sustinebat, consistentem, verum etiam insigni illo Epitheto dignissimi Christi militis honoratum penitus considero, de illo enim dicitur: *Cum Christi esset dignissimus miles*, opere pretium futurum esse existimo, ut arma quibus indutus fuit, paniter consi-

deremus, quæ nisi falsar, non fuerunt alia, præter illa, quæ in themate præsentis sunt enumerata, prouti hoc eodem discursu videbimus.

2. *Lorica[m] justitiæ*. In pluribus sacre Scripturæ locis, per hoc nomen Justitiæ, Christiani hominis perfectio significatur. Unde Chrysostomus super illa verba: *Nisi abundaverit justitiæ vestra plusquam scribarum*; dicit: *Justitiæ est omnis virtus*. Isaïas verò perfectionem Christianam Lorica nomine insignivit. *Indutus est justitiæ*, ut *Lo-*

Esa. 59. 17.

rica. Idemmet Chrysostomus in hunc locum Thematis ad Ephesios ait: *Lorica justitiæ, est catholica &c. virtute prædita vita*. Hac Lorica quaquaversum indutus fuit S. Sebastia-

nus,

An. 816.

bus, utpote existens in omni genere perfectissimus, & tamen in medio Idololatrarum, & fidei dei persecutorum degeret vitam tamen semper duxit innocenter, catholicam & exemplarem. Enimvero si David de te gloriatur dicens: *Perambulabam in innocentiis cordis mei, in medio domus meae, quid mirum, si quidem* Poëta canat: *Regis ad exemplum totus conuertitur vobis.* Tota ejus aula innocenter vivebat, quia optimum ob oculos positum habebant exemplar. Unde & de hoc gloriatus fuit dicens: *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.* Longè admirabilius est quod sanctus Martyr noster hac lorica indutus fuerit, in aula cujusdam Diocletiani, adeo sacrilegi & iniqui, & in medio aulicorum, qui pessimum Principis sui sequebantur exemplum, inter quos optimus esse censebatur, qui impissimus erat Sanctus Hieronymus de Nebridio scribit: *Nihil nocuit militanti patudamentum & baltheus, & apparitorum caterva, quae a habitu alterius, aliter militabat: sicut contrario aliis nihil prodest vile pallolum, si riva tunica, corporis illius ves, & simulat a pariteras si nominis dignitatem astringunt.* Sub ferro pectus ejus obtegente, abscondebatur amoris sui erga Deum aurum purissimum, sub militari chlamyde, & insignibus imperialibus, hispida & pungentia ocellabantur cilicia, innocentissimum corpus ejus dirè macerantia. *Sub habitu alterius alteri militabat.* Matriculae militum Imperatoris, seu potius persecutoris, insertum se esse simulat, cum tamen dignissimus esset miles Christi. Quod si è gratiarum celestium nobis collatarum praestantia, in perfectionis & sanctitatis animae alicujus notitiam devenire possimus, valde utique admiranda nobis est haec sancti Martyris lorica, id est, virtus, spiritus, & eminentissima sanctitas illius, utpote de quo Historia vitæ ejus scribit: *Quem Deus larga perfuderat gratia.* Sanctus Dionysius Areopagita scribit: *Omnium dignarum divinis extat perfectio, Dei cooperatores esse in salute animarum ad suum creatorem.* Hoc autem sine, ut scilicet Deo in salutem animarum cooperari posset, sanctus Sebastianus Mediolano dilecta nimirum patria sua, recessit, tantisque periculis sese in impiissima illa aula, per tot annos exposuit, ut hac ingemosa inventionione, Religionis Christianæ periclitantis causæ maximè arduæ patrocinari posset; *Et ut*

Deo redderet animas, quas Diabolus conabatur auferre. Quod si autem scire desideretis, è quo metallo hæc armatura fabricata fuerit, audite eundemmet Surium: *Erax vir totius prudentia, in sermone verax, in judicio justus, in consilio providus, in bonitate conspicuus, & in universa morum honestate praclarus.* De eodem Nebridio sanctus Hieronymus ibidem scribit: *Mirum dicitur! Nativus in palatio, contubernalis & condiscipulus Augustorum, quorum me a mæstrat orbis, & terra ac maria servant, inter rerum omnium abundantiam, in primo ætatis flore, tanta veracundia fuit, ut virginalem pudorem vinceret, & ne levi quid in obsceni rumoris in se fabulam daret.* Hanc eandem nos sancto Sebastiano dare posse videmur continentiae & virginalis castitatis laudem; si quidem per unam ferè horam, splendore nimio de caelo veniente, perfusus est; & sub ipso splendore, pallio candidissimo, ab Angelis septem clarissimis amictus. Hic candor, hoc cœlitus ei missum ornamentum, felix illud Angelorum consortium puritatem ejus contestabantur manifestè. Verum enimvero sciendum est insuper, quod apparuit *super nis juxta eum, dans ei pacem, & dicens: Tu semper mecum eris.* Quinam obsecro sunt illi, qui teste sancto Joanne agnum immaculatum nunquam deserunt, nisi virgines? *His sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, & virgines enim sunt, his sequuntur agnum, quocunque ierit: atque ideo credibile est, quod sponsus cœlestis, qui pascitur inter lilia, ut eum declararet virginem, eidem dixerit: Tu semper mecum eris.* Idque tanto magis credendum est; cum specialissimo illo eum impertitus sit privilegio, quod in principio sacrorum Canticoorum anima immaculata, à suo deposcit cœlesti sponso, dicens: *Osculetur me osculo oris sui.* Verum post consideratam latius hanc spiritualis perfectionis vel sanctitatis ejus loriceam, nunc ad alia arma transeamus.

3 *Sumentes scutum fidei, inquit Apostolus, & rationem reddit, dicens: In quo possitis omnia tela nequissimi ignea exstinguere.* Sicut enim scutum, ab omni fatali sagittæ aut ensis ictu, hominem tueret, in

Sur.

Apoç 14.4

Ps. 100.2.

Ps. 100.6.

Lib. 3. ad
Salvian.

Sur.

in quacumque demum corporis partem ejusmodi telum vibratum fuerit, ita quoque idipsum viva fides operatur, si ea armata fuerit anima Christiana, resistendo omnibus inimici infernalis insultibus. Porro sanctum Sebastianum hoc scutum amplexatum fuisse, probatione prorsus non indiget; quod si enim de fide, in quantum Theologica quædam virtus est, sermonem instituemus, quam hæc in eo vivax & alacris extiterit, in concionibus iis, quæ in ejus vita referuntur, satis apertè monstravit. Præterquam quod, ut jam diximus, sanctus Caius eum Ecclesiæ & fidei defensor declaraverit, & ad hanc ipse multos converterit, aliosque plurimos, qui vacillabant, in ejusdem fidei confessione stabiliverit. Non jaculis ferret, sed orationum telis victoria acquiritur, & fides in certamine tolerantiam præbet. Quenam autem putas esse, quæ in nos vibrantur tela? Chrysostronus ait: *tela dixit tentatione, nefarius cupiditates.* Hugo Cardinalis Ly nequissimi ita interpretatur, id est, Diaboli; caro nequam, mundus nequior, Diabolus nequissimus. Omnibus hæc jaculis sanctus Martyr; invicta fide sua mediante, se opposuit, & à se avertit. Unde idipsum duobus fratribus Marco & Marcelliano persuadebat, dicens: *Descat per vos nunc Christi militum fortitudo, fide potius armari quam ferre.* Neque sibi deludi permisit ab humanis prosperitatibus, nec demonum unquam cessit insultibus, sensus rationi subjectos coercuit, neque ullis lepassus est leduci delitiis & voluptatibus; adeoque clarum est & evidens, quod omnia hæc tela fortiter & generosè retulerit. Chrysostronus quoque Scutum fidei interpretatus est esse fidem, per quam signa fiunt. Miracula autem, quæ sanctus Martyr noster operatus est, plurima fuerunt, prout illius attestatur Historia. *Et galeam salutis assumpsit.* Porro per galeam, quæ armatura quædam est, qua caput defenditur, quidam intelligatur, idemmet sanctus Apostolus Paulus alibi satis declaravit, dum ait: *Galeam spei salutis.* Unde Hugo Cardinalis ait: *Et spes quam militat contra mundum, qui enim sperat æterna bona, de facili contemnit temporalia.* Sicut igitur galea caput defendit, quæ pars est corporis nostri magis præcipua, à qua omnes aliæ partes dependent, ita spes salutis æternæ, omnes cogitationes nostras, omnes operationes, cunctosque fines nostros feliciter dirigit hanc

Manji Sanctuaru Tom. I.

*In cap. 7.
judic. gloss.*

Theff. 5. 9.

armaturam S. Sebastianus non in capite tantum, sed & intus in corde portavit, nimirum bonorum æternorum spem, per quam omnia hæc bona caduca contempnit. *Cum agnovi veritatem, & quem me Deum colere oporteat, despexi & divitias & gloriam.* Per hanc spem sanctos Marcum & Marcellianum, fortes in confessione fidei continuit, ipsosque omnes à Patre, matre, uxoribus, & filiis, cunctisque aliis ad ipsorum perversionem directos, lethales animæ ictus elidere fecit: *si scirem esse aliam vitam ignaram mortis, tristitia nesciam, in qua regnat immortalitas. & perpetua gaudia commorantur, profecto ad illam vobiscum festinarem pertingere.* Hæc fuere verba illa, quibus hosce Martyres adversus planctus, suspiria, omnesque alias conlanguinorum, ipsis intentatas machinas, constantes fecit persistere

Metaphr.

4. *Et gladium Spiritus, quod est verbum Dei.* Abunde jam vidimus, quam generosè & valide S. Sebastianus hoc ense uti noverit. Enimvero quando Dux aliquis cõrdatus & generosus milites suos per ignaviam fugere conspiciat, ad hoc ut illos continere valeat coram eis se statuens districto ense eisdem comminatur & urget, ut ad certamen repetendum, ad pristinam de novo stationem redeant. Idem quoque invictus hic noster Martyr operatus est: *Eosdem peno desertores effectos, revocavit ad castra,* idque ut jam diximus, per efficaciam sermonis sui, atque discursus. Porro certamen istud tanto crudelius erat, quãto hostes & adversarii, caro nimirum & sanguis cum quibus dimicandum ei erat, fortiores esse noscebantur, certum etenim est duos hosce adversarios ferocissimos & potentissimos esse inimici hominis domestici. S. Hieronymus S. Paulæ virtutem tunc vel maxime emicuisse censuit, quando Roma ad se in Bethlehem vivam tepeliendam, secedens ad suorum suspiria, querelas, & lachrymas immota & stabilis permansit: *Nesciebat se matrem, ut Christi probaret ancillam; torquebantur viscera, & quasi à suis membris distraherentur, cum dolore pugnabat, inter hostium manus, & captivitatis duram necessitatem, nihil crudelius est quam parentes à liberis separari; hoc contra jura natura plena fides patiebatur, amorem filiorum, majorem in Deum amore contemnens.* Idem prorsus cuilibet horum duorum fratrum ab uxoribus & filiis, Patre & Matre, parentibus

*De epist.
Paula.*

Q

bus

bus & amicis graviter infestatorum adaptari potuit. Quando enim inter uxorum lachrymas & suspiria filiorum cœperunt milites Christi mollescere, tunc S. Sebastianus arrepto verbi Dei gladio. eo modo dicere & perorare cepit, ut: *Manus lassas roborarit, vacillantes confirmaverint sermones ejus, & genera tremantia confortarit. Docuit multos, siquidem ex iisdem, qui sanctos fratres in Apostoliam conabantur seducere, sexaginta quatuor ad fidem nostram convertit, qui ex audita Martyris concione talem conceperunt fervorem, ut intra sedecim dierum decursum subire non dubitarent Martyrium: In Dei laudibus perdurantes, ducebant dies & noctes, in Hymnis & Canticis, & quasi fideles milites, parabant animos suos ad dimicandum pro Christi nomine in Martyrio bellaturi, ita ut & mulieribus & infantibus amor ferveret Martyrii. Porro mysticus hic gladius adeo limatus erat & acutus, ut multorum aliorum Idololatrarum, scilicet mille quadringentorum corda penetraverit, imo ipsūmet Chromatium urbis Romæ præfectum confecerit, in domo ejus plusquam ducenta Idolorum monstra demoliendo. Quid hic ego commemorem quam integræ fidei fuerit, quam acri ingenio contra infidelium assertiones constiterit. Merito igitur uxor illa Nicostriati, cui sermonis beneficium restituerat, exclamavit: *Benedictus sermo oris tui, & beati, qui credunt Christo per te, filio Dei vivo: ego enim vidi oculis meis Angelum ad te venientem de cœlo, & librum ante oculos tuos tenentem, ex cuius lectione uniuersa sermonis tui oratio decurrebat. Fuit igitur gladius hic ei ab illo magni consilii Angelo miraculoso quodam modo cœlitus subministratus.**

5. Quid igitur miram, si omnibus hisce armis tam validè munitus tanta generositatis suæ ediderit specimina, ut Ecclesia, præterquam ei indiderat defensoris sui titulum, eum quoque alio quodam glorioso Epitheto honorare voluerit, ut diceretur: *Dignissimus Christi militis. In his qui militat: inquit Glossa, non corporis sed animæ fortitudo quaritur. Quænam autem excogitari potest major animi generositatis, quam si quis inermis, inimicum suum domi propriæ aggrediatur. Inermis dixi, intellige quoad arma exteriora, cæterum armis hæcenus explicatis spiritualibus optimè munitus fuit. Porro videbat S. Martyr duos Imperatores, Diocletianum & Maximinum, Sacræ Re-*

ligioni nostræ crudele & implacabile parare bellum, atque ideo huic persecutioni se opponere omnino decreverat. Quid fecit? Audite S. Ambrosium super illa verba Psalmi: *Multis persequuntur me, ita scribentem: Si multa persecutiones, multa tribulationes, ubi multa corona, multa certamina: tibi ergo proficiscis, quod multis persecutores sunt, ut inter multas persecutiones facilius invenias quomodo coroneris. Utamur exemplo Sebastiani Martyris, cujus hodie natalis est. Hic Mediolanensis oriundus est, fortasse aut jam discesserat persecutor, aut adhuc non venerat in hæc partes, aut mihiior erat; ad virtutis hic aut nullum esset, aut tepere certamen. Præliari non detrectabat, sed libenter & audacter prodibat in hostis conspectum. Unde & Romam se recepit, ubi campus erat & arena Christiani certaminis: Romam profectus est, ubi propter fidei studium persecutiones acerbaervebant. Verum enim vero exiis, quas sanctus Doctor super eundem textum eruit, considerationibus, alios detegamus inimicos, quibuscum sancto Martyri certandum, qui que ab evincendi erant: *Non hi solum persecutores sunt, qui videntur, sed etiam qui non videntur, & multo plures. Hosce autem persecutores specificatur subjungit: Persequitur avaritia, persequitur ambitio, persequitur luxuria, persequitur superbia. Cum omnibus hisce persecutoribus invictus hic Christi miles prius dimicavit, siquidem in summa divitiarum abundantia, cor à divitiarum visco liberum & expeditum habebat, & in summo honorum apice exhibebat in se summum sui ipsius contemptum. Isti sunt persecutores graves, inquit idemmet S. Ambrosius, id est, ambitio, avaritia, concupiscentia, qui sine gladii terrore mentem hominū frequenter elidunt: qui illecebris magis quam terroribus animos expugnant fidelium: hi graviores tyranni. Hos inquam tyrannos & persecutores prius devicit, quam vinceret Diocletianum; imo illos quotidie supplantabat, dum à Diocletiano locupletatus & honoratus, quotidie eidem serviebat. A virtutis, quam grave certamen sit, quod est intra hominem ut secum ipse confisgat, cum suis cupiditatibus præliatur.**

6. Christi dignissimus miles. Suam quoque generositatem exhibuit, quando signum ad sagittas constitutus, per heroicam sufferentiam, iis omnibus superior evasit. Verificando id ipsum, quod tamen ad aliud propositum, scribit S. Bernadus: *Stat Martyr triumphans & tri-*

In Ps. 118.
Serm. 20.

Serm. 61.
in Cant.
pudans.

lib. 4. 4.

In cap. 7.
lib. 4.

prudians, tot licet lacero corpore & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed & alacriter sacrum è carne sua circumspicit ebullire cruorem. Non poterat Doctor inellissus, S. Sebastiani sagittis expositi constantiam atque lætitiā vivacius delineare. Tandem idem Doctor concludit: Calix hic inebrians quàm præclarus est! præclarus inquam atque jucundus, non minus imperatori spectanti quàm militi triumphanti. Diocletianus quidem in hoc gaudebat, quod suam erga Martyrem crudelitatem exfariare posset, unde & verisimile est, ipsum in hæc verba prorupisse: *Inebriabo sagittis meis sanguine, gladius meus devorabit carnes.* S. Seba-

stianus autem altera ex parte gaudebat occasionem se nactum esse, in qua dignum se Christiani militem probare posset: *Proctus in virtutis cubine animus* (inquit de S. Agnete S. Gregorius) tormenta despicit, ante armatos Reges & Præsides invicta stetit. Idem quoque de Christiana & invicta S. Sebastiani generositate dici potuit, cum enim à tot lacerarum sagittarum lethalibus vulneribus sanitati denuo, ingenti cum miraculo restitutus esset, iterata vice Tyrannum impeterrita fronte aggressus immanem, quam adversus Ecclesiam ejusque fideles exercebat crudelitatem, generosissimè eidem in faciem exprobravit.

Hom. 11. in
Evang.

Sagittarum, quibus S. Sebastianus transfixus fuit, varix adducuntur expositiones.

DISCURSUS QUINTVS.

Sagitta tua infixæ sunt mihi. Psalm. 37. v. 3.

Valde ambigo, an sanctus Sebastianus hisce verbis Imperatorem alloquatur, cujus jussu tanta sagittarum multitudo transfixus fuit, an verò cum Redemptore nostro, cui S. Augustinus loquens, dicebat: *Sagittæ ne- ras Domine cor meum charitate tua.* Porro jacula, quibus Tyrannus Martyrem transfigi jussit, in magno numero fuisse certissimum est, unde & in Historia ejus scribitur: *Iratu Diocletianus, jussit eum duci in medium campum, & ligatum ibi perinde ut signum sagittis peti à sagittariis: hinc inde jaculis adeo repleverunt, ut instar Hericii ex sagittarum densitate hirsutus videretur.* Sanctus Chrysostomus in Jobum, à vertice capitis ad pedis utque plantam, miserè lividum & ulceribus plenum oculos despectens, per os ejus loquitur, idemque quod sanctum Sebastianum iatra semetipsum expressisse mihi persuadeo, dicit, nimirum: *Non me movent exteriores sagittæ interioribus vallatum,*

Hom. 3. in
Job.

confirmant me magis intra Dei sagittæ, de quibus David: sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Sagittæ autem hæc, quæ Martyrem adeo constantem effecerunt, de earum sunt numero, quibus sanctus Augustinus vulneratus erat, de quibus etiam sanctus Bernardus ait: *Sagittæ electæ amor Christi.* Scirene autem vultis, cur sancte gloriatur, seque jactet dicens: *Non me movent exteriores sagittæ?* Audite igitur, quo titulo Chrysologus amorem Dei, quo Martyr primitus vulneratus fuit, honoret; vocat enim illum Loricam impenetrabilem, quæ jacula in eum vibrata rejicit, repellit, retundit, elidit: *Amor impenetrabilis Loricæ est jacula respuit, mortem ridet, periculis insultat.* Quando miles aliquis hac Loricæ armatus est, mox enses, ignes, sagittas, feras, castas, equuleos, omnemque crudelissimorum tormentorum carnificinam ridet & contemnit. Destrenuo quodam belli duce legitur, quod cum à nonnullis aliunde metitulos militibus suis inaudisset, hostilem Persarum exercitum adeo copiosum esse, ut si singuli eductas è phare-

tra sagittas vibrarent, hæc solis lucem facile obfuscaturæ essent: responderit: *Bene narras, in umbra enim melius prælabimur.* Simili modo, quando S. Sebastianus innumeris quasi sagittis, præcipuè verò divini amoris sagitta transfixus fuit, eum omnino hilarem & lætum dixisse existimo: *Sub umbra illius quem desideraveram, sedis; siquidem sub arbore illa, cui fortiter adstrictus & alligatus erat, velut sub umbra dilecti sui degebat, cor suum charitate transfixum, ad Christum crucifixum summo cum gaudio erigendo.* Atque ideo S. Bernardus ait: *inde tolerantia Martyrii provenit, quod in Christi vulneribus tota devotione versetur, & in eorum conversatione demoretur.* In Jeremia Propheteta verba aliqua prophætico spiritu ad nostrum propositum scripta leguntur, quæ haud immeritò S. Sebastiani sacratissimo ori inferere possumus, nimirum: *Misit in renibus meis filias pharetræ suæ; Filia pharetræ sunt sagittæ & jacula, quibus est ingravidata. Filiæ, id est, sagittæ, interpretatur Hugo Cardinalis, posuit Dominus in Ecclesiam.* Dum enim sanctus Sebastianus sagittis impeteretur, ipsamet, ut ita dicam, Ecclesia sagittis transfigi videbatur, cujus ipse defensor & fulcrum erat. *Vel animam fideliem (est hæc alia ejusdem Hugonis expositio) quasi signum ad sagittam, ut sagittis amaris, ex hoc arcu emissis, vulneraret eam: unde in Canticis; vulnerata charitate sum. Vel potest exponi de Prælate, qui dicitur arcus Domini, quia per illum Dominus defendit Ecclesiam.* Omnes autem hæc expositiones S. Sebastiano mirabiliter conveniunt. Clarum etenim & perspicuum est, quod hæc sagittæ jacula sint amoris divini. Id quod verba illa: *in renibus meis confirmant;* David enim dicebat: *Pre renes meos & cor meum;* verba illa de divini amoris sui igne intelligens. Cum igitur amor, ad excogitandas objecto amato placendi inventiones, ingeniosus admodum sit, ideo sanctus Martyr noster ab hisce sagittis vulneratus, licet omnes illos, qui fidem Christi, cujus ipse zelosissimus defensor erat, persequerentur, ultra omnem modum abominaretur, nihilominus maximi & truculentissimi Ecclesiæ persecutoris, Diocletiani nimirum, servituti se dedicavit. Sed quo putas sine id fecit? Audite ipsammet hæc de re Chromatio præfæcto loquentem: *Ad hoc tantum suo chlamyde latere volui, ut missarum animos erigerem, & vaci-*

lantes confirmarem, ne pœnarum doloribus cederent, quos fides fecerat Christi bellatorem. David à facie Saul ad Regem Achis in Geth confugit; ubi licet ex Siceleg, de inimicis populi Israel, multos occidisset, multaque ab illis tulisset spolia; attamen Regi illi se speciale Regno ipsius servitium, contra populum Dei, cujus Achis inimicus erat, bellando, præstare persuadebat. Unde Achis Davidem laudans dicebat: *Multa mala operatus est contra populum suum Israel, erit igitur mihi servus sempiternus.* Ecce tibi in hac historia expressum S. Sebastiani typum, qui cum velut cultodiæ Cæsareæ dux, Imperialem portaret Chlamydem, firmâ Diocletiano imperatori persuasionem impresserat, se ejusdem esse adversus Christianos sententiæ, unde summa in eum collocata fiducia, omnem illi auctoritatem contulerat, qua tamen ipse non utebatur, nisi ad solam Christianorum utilitatem in carceribus visitando, & animando eos ad subeunda martyria, elemosynis illos sublevando, eosque, ut imminencia fugerent pericula, ferèd commonendo. Quod dum faceret, Diocletianus eum illos ad sacrificia Idolis offerenda, Cæsareisq; jussis parendum exhortari existimabat. Unde nil mirum, quod eum verum servum suum esse declaravit. *Erunt mihi servus sempiternus.* Sanctus quidem Martyr, urgente divino amore, quo cor ejus ardebat, persecutorem, omnemque ejus potentiam libenter supplantaret, at verò quia Ecclesiam ejusque fideles adversus potentiam Cæsaream viribus humanis defendere non poterat, quid fecit? Ingens quotidie considerans bonum, quod S. Paulus, licet carceri inclusus esset, in aula Neronis in Ecclesiæ bonum indies præstiterat, Christianis in officio militari, inque magna cum persecutore amicitia constitutus patrocinari decrevit. Unde cum eodem Apostolo dicere potuit: *Scire vos volo fratres quia, quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii; item ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio;* quando enim aliter non potuit, legis Evangelicæ veritatem quam prædicabat, vitæ suæ exemplo & sanctitate manifestare volebat, miraculis eandem confirmando. sanctus Hieronymus quidem in Epistola ad Philemonem scribens, de eodem Apostolo dixit, quod à Cæsare missus in carcerem, notor familia ejus factus, persecutoris domum Christi fecit Ecclesiam.

1. Reg. 15.

Cant. 2.3.

Serm. 10.
in Cant.Jerem.
Thren. 3.
13.Philip. 1.
12.

elefiam. At verò longè ingeniofior fuit S. Sebaftianus inventio, qui fervitio fuo Imperatoris fibi conciliavit benevolentiam, libertate etiam & authoritate, qua apud Cafarem magnus erat, in folius Ecclefie impendit beneficium; imò etiam in noftro cafu verificatum fuit, quod *perjectioris domum Chrifti fecit Ecclefiam*: nam ut diximus, Chromatium Præfectum Romanæ urbis, & cum eo alios mille quadringentos, poftquam ducenta idola in terram demolitus efferet, ad fidem convertit. Ingeniofa pariter inventio fuit, qua ensem in Tyranni fervitium frinxit, ut tanto majori eunt libertate & efficacia, ad ftabiliendos in fide vacillantes, multosque ad eandem convertendos Paganos, verbi Dei gladium stringere poffet. Sanctus quidem Hieronymus de exiuperantis feribit: *Quis enim non diligit eum, qui sub p. lidamento & habitu militari, agit opera Prophetarum, & exteriorem hominem aliud promittentem, vincat interiori homine, qui formatus est ad imaginem creatoris?* at verò, fi verum est, quod fagittam amoris divini cor aliquod vulneraffe, ex hoc veluti manifesto quodam signo colligimus, fi fitis pro amore Dei patiendi magis magisque in eo crefcat; verè dicere poffumus S. Martyrem noftm gravius à fagitta amoris divini quam à fagittis, Diocletiani iuffu, in eum ejaculatis, fuiſſe vulneratum, hæ enim quia Martyrem adhuc in vita reliquere ſuperſtitem, ictus illi nimium debiles intulerunt, ut proinde de iis dici poſſit: *Sagitta parvulorum facta ſunt plaga ejus*, divini vero amoris fagitta eum in vita refervavit, ut plura deinceps pateretur, utque ſufficiens ei tempus ſuppeteret, ad animandos Chriftianos, ut in fidei confeſſione conſtantes perſiſtant, ad Imperatorem repræhendendum, detegendosque ſacrificulorum Idololatræ dolos & fraudes. Vel etiam dicere poſſumus, quod ait S. Caſſianus: *Quantus vis eorum inſirmor; tanto pœna productior, & victoria illuſtrior.*

1. Reg. 20.
22.

2. *Sagitta tua infixæ ſunt mihi* Sicut Jonathan, ut Davidem certioſem redderet, Saulem patrem ſuum eidem effe reconciliatum, hoc ei ſignum dedit: *Si dæro: Sagitta intrate ſunt, pax tibi eſt*: Ita quoque S. Sebaſtiano infallibilis ſignum dari non poterat, unde ſe amicum Dei eſſe, & firmam cum eo pacem habere cognoſceret, quam ſi videret, quod *Sagitta ipſum intra ipſum erant: Sagitta tua in-*

fixæ ſunt mihi. Et quidem ne hac de re ulla ratione dabitare poſſet, eidem in medio ſeptem Angelorum apparuit: *Apparuit in eis iuxta eum dans ei pacem, & dicens: Tu ſemper mecum eris; & per unam ſere horam, ſplendore nimio, de cœlo veniente, verſus eſt; & ſub ipſo ſplendore, pallio candidiſſimo, ab Angelis ſeptem clariffimis amictus*. Equidem ni fallor, viſio iſthæc, in ſacris literis, multis antea ſæculis, in primo capite Apocalypſeos, deſcripta fuit, in quo S. Joanni futuri Eccleſiæ ſuccellus revelati fuere: *Pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem Spiritibus, qui in conſpectu throni ejus ſunt*. Ecce igitur, quam verum ſit, quod ſcribit S. Gregorius Nyſſenus; Hic etenim dicit ipſummet Deum eſſe qui ſagittam, eundemque etiam jaculum ſive ſagittam eſſe, quæ cor amanti tranſadigit: *Deus in ſponſam ſuam, tanquam in ſcopium, unigenitum ſuum jaculavit, de quo per prophetam d. d. eum eſt: Poſuit me quaſi ſagittam electam* Paulo poſt autem, ut, quænam hæc ſagitta ſit, magis declareret, ſubjungit: *Sagitta autem iſta, aculo fidei me penetrans, ſecum ſummu. adduxit ſagittarium, iuxta illud: Ego & Pater unum ſumus, ad eum venimus & manſiſſem apud eum faciemus*. Cuspis igitur huius ſagittæ ſi es erat, quæ cor ejus adeo vulneravit, ut eum honori divini & Eccleſiæ ita zelantem reddiderit, ut Vicarius Chriſti eum titulo quodam novo, & in Eccleſiâ inuſitato, Defenſoris fidei honoraverit. Perro fides, uti cuilibet notum eſt, definitur, quod ſit: *Subſtantia rerum ſperandarum, argumentum non apparentium*. In hoc autem Martyre, ſpes quædem vivaciſſima inerat. Unde Hugo, ſuper illum, ex libris Regum antea citatum textum: *Mittam tres ſagittas per unam illarum ſagittarum promiſſionem intelligit regni cæleſtis, quæ ſpem ſaſtentat & nutrit; cujus quidem effectus in S. Sebaſtiano videri potuerunt, cum planè executus ſit, quod ſcribit S. Gregorius: Si conſideramus, quæ & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in cælis, niſi ſunt animo omnia, quæ habentur in terris*. Omnes namque mundi theſauros, Imperia, & maximi cujuſdam Monarchæ favorem, pronumque affectum contempſit. De fide quoque dicitur, quod ſit: *Argumentum non apparentium; idque in Sebaſtiano optimè comprobatur; ut pote qui pro fidei defenſione, inter continua pericula fuit, & quod potuit, per multo-*

Sunt

Apoc. 1. 41

Hom. 4. in Cant.

Hom. 37. in Evang.

tum annorum decursum præstitit, ita tamen, ut nihil eorum foris appareret. Audite igitur nunc S. Ambrosium nos ita exhortantem: *Nudemus membra nostra bono vulnere, nudemus sagitta electa, qua Christus est, bonum est hic vulnere aris sagitta.*

Hom. 3. in
Iob.

3. *Sagitta tua infixæ sunt mihi.* Chryso-
stomus per has sagittas, intelligit *Sagittas pietatis.* Hæ autem sagittæ cor S. Sebastiani interi-
us penetraverant, utpote qui continuè, licet occultè Christianæ pietatis operibus deditus erat, verum Dei cultum, pro viribus suis pro-
movere faciendo Unde quando Diocletia-
nus & omnes alii, eum hoc sine carceres adire credebant, ut Christianos ad sacrificandum idolis induceret, ipse omnino oppositum faciebat, iisdem, ut in Idolorum detestatione constantes persisterent, persuadendo.

4. *Sagitta tua infixæ sunt mihi.* S. Gregorius de hisce sagittis ita scribit: *Quid per sagittas, nisi verba prædicantium accipimus, quasi ex voce bene viventium diffunduntur, audientium corda transigunt?* Qui S. Gregorii sensus cum illo Psalmistæ textu consentit, ubi dicitur: *Sagitta tua acuta, popul. sub te cadent.* Consideranda autem meritò est illa conditio: *Ex voce bene viventium.* Sanctus etenim Martyr intererius sagittarius, jacula prædicationis suæ in multos Idololatrias, quos ad fidem convertit; evibravit, præcipuè verò in pectora sanctorum fratrum Marci & Marcelliani, qui in proximo erant, à nostra Religione apostatandi periculo. Hi namque multum inestabantur ab inconditis filiorum ejulati-
bus, lamentis uxorum, matris precibus, suspiriis & singultibus patris, parentum consiliis, exhortationibus amicorum, muniti blandè ardentis lenociniis, tyranni comminationibus, nec non ab atrocibus, quæ eis proponebantur suppliciiis. Ac proinde sagittis opus habebant, ab arcu, id est, lingua S. Sebastiani in eos vibratis. Horum autem: *Audentium corda transixit,* quia verba ad eos prolata, prodibant: *Ex voce bene viventis;* cum enim duo hi fratres viderent, S. Sebastianum apertè, se Christianum esse profiterentem, qui hæctenus id ipsum celaverat, considerarent quoque eum, hoc faciendo, indignationem sibi conciliare Imperatoris, omnes quoque divitias & honores, imò & vitam ipsam deperdere, reflectionem denique facerent ad virtutes & opera misericordie, quibus hæctenus deditus fuerat, fidei nostræ veri-

Lib. 34.
mor. c. 5.

tatem, non ex verbis tantum, sed & ex operibus illius manifestè colligebant, in eademque magis magisque stabiliebant. Hugo Cardinalis verba illa: *Sagitta tua acuta,* ita glossat: *Sagitta tua acuta à Christo, id est, verba tua, quæ vulnerant corda hominum, vulnere timoris & amoris.* Erant igitur verba S. Sebastiani sagittæ Christi, quæ cœlestis ille sagittarius, ac cui linguæ impoluerat sancti Martyris, ut illa inde in horum duorum fratrum, pluriumque aliorum, quos ad fidem reducerat, corda evibraret. Pro cuius majori evidentia sciendum est, quod visus fuerit omnia, quæ loquebatur è libro quodam cœlitus demisso, Angeli & cuiusdam manu sustentato legendo pronuntiare; adeoque verba ejus jacula fuerunt, auditores suos vulnerantia, vulnere timoris, ut à malo revocarent, & vulnere amoris, ut ad bonum prosequendum impellerent. Neque enim solum duos fratres Martyres ab Apostasia, cui proximi erant revocaret, verum etiam ex iis, qui ad pervertendos & seducendos Martyres convenerant, sexaginta duos ad veram fidem perduxerunt. Hugo Cardinalis super illa verba: *iaciam tres sagittas,* dicit sagittas illas fuisse comminationis, promissionis & exhortationis. Omnes autem hæc sagittas Diocletianus ejaculavit in ipsum. *Comminationis* quidem, quia *rebenentius objurgatum, omnibus artificibus, à Christi fide conatur avertere. Promissionis* item, dum munifica ei manu dona præsentat. *Exhortationis,* quia omnis generis blanditias ei omnibus artificibus adhibet. Hæc autem easdem tres sagittas S. Sebastianus etiam in commodum Christianorum evibravit. *Comminationis* quidem, dum Martyribus, loco suppliciorum temporalium, plurima ob oculos ponebat æterna. *Promissionis* item, cordibus illorum spem imprimendo, & regni cœlestis promissionem. *Exhortationis,* quia illos, qui ex eis tormentorum vim formidare viaebantur, cohortatione sic confirmabat, ut pro Iesu Christo, multi se ultro sortitoribus offerrent.

In Lib. 7

In Lib.

5. *Sagitta tua infixæ sunt mihi.* Enimvero si per sagittas, tribulationes intelligantur, optimum profecto signum est, si quis hisce sagittis præfixus sit scopus in quem collineat, siquidem hæc, ab amantis nos Dei manu, in nos sunt evibratæ. *Sagitta tua infixæ sunt mihi,* dicebat David Deo, & confirmasti super me manum tuam. Quod si hæc sagittas fuerimus oscu-

osculati, id est, si immixtas nobis tribulationes
 ultro citroque receperimus, manifestum id
 nobis erit iudicium, ad gloriam nos electos
 esse. Valde trita est illa Achillis Historia, seu
 potius fabula. Cum enim Pater Achillis ab
 Aruspiciibus intellexisset, quod si Achilles ad
 bellum Trojanum procederet, vita esset infal-
 libiliter exuendus, ipsum in Regia Nicomedis,
 inter Gyneceæ puellas, habitu femineo indu-
 tum abscondere decrevit. Quia verò Græci ab
 oraculo didicerant, urbem Trojam sine Achil-
 le intercipi nequaquam posse, ideo explora-
 torem quendam, ad Achillem circumquaque
 investigandum, protinus dimiserunt. Qui dum
 post tempus aliquod palatium, in quo Achil-
 les latebat, penetrasset, veste mercatoris indu-
 tus, varia secum monilia, & ornamenta mu-
 liebria adduxit, & venum exposuit, interposi-
 ta tamen inter cætera monilia & mundum
 muliebrem elegantissimam quadam pharetra sa-
 gitte referta, hisque mercibus onustus ad
 Gyneceum, pro illis distrahendis, admitti pe-
 tit. Admissum autem mox omni ex parte cir-
 cumdedit curiosus puellarum illarum chorus,
 e quibus, quæ veræ puellæ erant, oculos suos
 ad monilia, omniaque alia ornamenta desce-
 xerunt: Achilles autem personato puellæ ha-
 bitu indutus, sagittas & arma manibus suis
 contractare cepit; e qua actione confestim
 agnitus, indeque ad edendum generositatis
 suæ specimem eductus fuit. Esto autem hæc fa-
 bula quædam sit, veritas tamen est Evangeli-
 ca, quod Christus Dominus noster semetip-
 sum sollicito cuidam se Mercatori comparave-
 rit: *Homini negotiatori quærenti bonas marga-
 ritas; in manu ejus divitiæ & gloria. In ejus
 quoque manu sunt divitiæ, dignitates, & bo-
 na temporalia: Mecum sunt divitiæ & gloria,
 opes superba. Verum tamen inter hæc omnia,*

Prov. 8.
 13.

sagittas quoque, id est, tribulationes & ad-
 veritates vanales circumfert, ut ex illis con-
 jiciat, quinam electi sint ad gloriam, nec non
 ad edenda, in campo hujus vitæ, virtutis Chri-
 stianæ specimina. Ad hosce autem dignosce-
 ndos, cautè advertendum est, quinam manus
 suas ad arripiendas ad veritatem sagittas ex-
 tendant. Quotquot enim oculos & manus
 suas in monilia, id est, delicias hujus vitæ diri-
 gunt, ad incundum spirituale prælium proflus-
 sunt inepti. Nam *Regnum caelorum vim patitur*
 & ideo pugnandum est, patendum est, si-
 bique ipsi inferenda violentia. *Et violenti rapiunt illud.* Porro S. Sebastianus in Cæsaris
 aula personatus morabatur, & occultus; in
 eadem autem curia thesauros, honores, deli-
 cias, imperia, cunctaque alia bona terrena,
 larga sibi manu offerri vidit: *Sed cum agnovi*
veritatem, inquit ipsemet Martyr, & quem
me Deum colere oporteat, desipxi & divitiis
& gloriam; manusque meas ad pharetram &
sagittas extendi, ideoque verè dicere possum:
Sagitta tua infixæ sunt mihi. Porro orta est pia
 contentio, inter Sanctos Polycarpum & Seba-
 stianum, quis in urbe remaneret, & quis iret
 cum Chromatio, qui tam multos ad se recepe-
 rat Christianos. Sanctus autem Cajus Seba-
 stianum remanere decrevit, utpote sciens
 hunc Martyrem ceu invictum quendam Achil-
 lem futurum esse, qui pro defensione
 Ecclesiæ adversus Imperatorem
 strenuè dimicaret.

Metaph.

Surr.

Per varios sensus spirituales declaratur, quæ fuerit signum vel scopus, ad quem S. Sebastianus expositus fuit. Insuper docetur qualiter unusquisque exemplo S. Sebastiani, in quacunque demum fuerit vocatione, in Christiana innocentia vivere possit.

DISCURSUS SEXTVS.

Tendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad Sagittam. Thre. cap. 3. v. 12.

Verum quidem est, quod Tyrannus arcum iræ & furoris sui, adversus S. Sebastianum tetenderit, eadem arbori cuidam alligando, ut sagittarum à militibus suis emissarum scopus ac signum fieret. Unde idem Martyr ad litoram, illis Jeremiæ verbis dolere & lamentari porait, dicendo: *Tendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.* Veruntamen nisi fallar, altiori eum mysterio sanctus Martyr dicere posse videtur, quod ad omnium Christianorum instructionem, à Deo positus sit in Ecclesia sua, veluti Scopus seu signum quoddam, in quod omnes nostræ dirigantur operationes, si enim bene consideremus nullus est status, conditio, seu professio hominum, quæ excusare se possit, se per Innocentiam Christianam, hujus Martyris exemplo vivere non posse. Hugo Cardinalis super illa verba: *Positus est in signum* dicit, id est, *in sagittam, ut in eo imprimamur, per imitationem operis.* Quisquis enim huic se signo junxerit, semper inveniet, quod imitari possit. *Non est qui se abscondat à calore ejus, adeo ut ei videantur appropriari posse verba illi Christi, apud S. Lucam, & à nobis superius insinuata: Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel.* Vita enim S. Sebastiani, multos in Israel, id est, in Christianismo condemnabit, qui se, causa vocationis suæ, in timore Dei vivere non posse, excusare prætendant, aliisque multis animum suggeret, ut in statu, in quem eos Deus reposuit, possint per-

sistere, legemque divinam observando, in eo vivere: *Positus est in ruinam, & resurrectionem, & in signum.*

2. In *signum paupertatis*, inquit Hugo, in eadem verba, de Salvatore nostro tractans. Idemque de S. Sebastiano dicere possumus; Martyr enim multis antè annis, priusquam Martyrio afficeretur, Martyr effectus est, eodem scilicet Martyrii genere, de quo S. Bernardus scribit, dicens: *Quod Martyrium gravius est, quam pauperate premi inter divitias, quas offert: munus? Enimvero in Cæsarei favoris apice pauper, & ab omnibus terrenis bonis sequestratus vixit, suisque divitiis, ad nullum usus est alium finem, quam in Christianorum exulum & desolatorum subsidium, adeo ut de ipso dici potuerit, quod de Imperatore illo dictum fuit: *Nec quicquam in te mutavit fortunæ amplitudo, nisi ut prodesse tantundem posses, ut velles.* Author quidam inter Bernardi opera relatus dicit: *Nunus sibileta fortius dimicat;* ideoque & Martyr noster, nudus adversus sagittas dimicavit. Veruntamen longè admirabilior fuit generositas, quam in culmine felicitatis & prosperitatis humanæ pugnando monstravit; dum corde & animo, adeo se ab iis alienum exhibuit, prout ex discursu ad S. Marcum & Marcellianum habito facile deducitur. Erat in supremo apud universam Cæsaris aulam respectu, unde & Diocletianus ait: *Ego te inter primos in palatio meo semper habui,* neque gratiam & favorem hunc principis, quem à principio sibi comparaverat, perdidit unquam, & tamen laudi ejus idem attribui potest, quou Chrylostomus de tribus illis pueris di-*

Serm. 1. in fest. omnium Sanctorum.

xit: In medio Babylonia, tres pueri, in media quoque Chaldaeorum domo, inter illos deliciarum varios apparatus, in summa tamen acce Philosophia confiterunt. Ex quodam Isaie contextu clare satis deducitur, quod incrementum in auro & argento, cum idololatriæ fomento, pari quasi passu ambulent: *Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum ejus; & mox subjungit: Et repleta est terra ejus idolis.* Unde vel maximè sancti hujus

Hom. 3.
in Matt.

Isa. 2. 7.

Martyris gloria relucet, qui licet auro & argento copiosissimo abundaret, attamen non solum à vera fide nihil deviauit: verùm insuper demoliendis Idolis totus intentus fuit. adeo ut in sola Chromatii domo ducenta circiter Idola in terram prostraverit. S. Thomas illi S. Pauli Apostoli contextui: *Salus autem vos omnes sancti, maximè autem qui de domo Cesaris sunt.* (erat autem hæc domus aula Neronis) subjungit: *Ad promovendum vos & impediendos malos videtur licitum sanctis in curiis Regum commemorari sed non propter delicias & concupiscentias voluptatum.* Id quod ad literam in S. Sebastiano totaliter adimpletum fuit. Despoxi (inquit sanctus) & divitias & gloriam, S. Hieronymus dicit: *Mardocheus & Esther, in ære purpuram, sericum, & gemmas, superbiam humilitate vicerunt: tantique fuere meriti, ut captivi victoribus imperarent.* Porro Martyr noster, tanquam servus Imperatoris, ejus sibi gratiam & benevolentiam conciliare optime novit, & tamen simul inter hos Principis sui favores modestus remanere & humilis. Hoc autem favore & auctoritate, in illorum duntaxat servitium & obsequium adhibere optime noverat, qui catenas inter & compedes hærebant, quique pro fide cruciabantur, ut eam in ipsis consecraret, efficeretque, ne persecutoris tyrannide cederent.

Phil. c. 22.

Lib. 3. ad
Calv.

3. *Positus est nobis in signum humilitatis; & est hæc alia quædam ejusdem Hugonis expositio.* Facile quidem, ut quis in statu depresso humilis maneat; non item id æquè facile est in culmine honoris: *Magna & rara virtus, humilitas honoratur.* Porro Innocentius Tertius de aula tractans, deque aulico, qui favorem principis assecutus est, discurrens, ita scribit: *Notus ignorat comites contemnit antiquos, visum extollit, cervicem erigit, fastum ostendit, græd a loquitur, sublimia meditatatur.* Quam autem ab hisce procul abfuerit sanctus

Lib. 2. c.

30. de con-

trap. fac.

Mansi Sanctuaris Tom. 1.

noster, qui ab uno quoque amari & diligi studebat, ex Historia vitæ ejus audite. Hunc milites quasi patrem venerabantur, hunc universi, qui præerant palatio, summo amoris studio amplectebantur. Ideoque gratia & favore Principis non abutebatur in malum, sed summatum modestia, illam sibi pro nata occasione usurpabat. Hanc quoque humilitatem ipse in schola Christi exercuit, quantum quidem ipsi concessum fuit, ad Christianorum pedes sese prosternendo, ut illos ablueret, iisdemque in servitiis vilissimis & abjectissimis humiliter ministrando.

Suy.

4. *Positus est in signum patientiæ.* Notum est omnibus dictum illud aulici cujusdam apud Senecam, quise Injurias accipiendo & gratias agendo in aula incanuisse dicebat. Ehem! quot S. Sebastianus, in hominum vitiosorum, sacrilegorum, verique Dei & legis ejus inimicorum aula injurias sustinuit? quanta passus est, ut in gratia Imperatoris consecraret se posset, idque eo solum fine, ut gratiam Dei sibi magis acquireret, proque ejus divino servitio ut illius operari posset? In aula namque pun-

De brev.

vita cult.

gnandum est, nunc cum æmulatione unius, nunc cum fraude alterius; jam cum invidia multorum, mox verò cum eorundem insolentia. Illis enim, qui in amore & favore sunt principis, nihil facilias & frequentius accidit, quam collegis odia, calumnias, persecutionesque perpeti. Idem Seneca, alio in loco, de difficultatibus discurrens, quæ sese in conversatione cum personis nobis in natura & indole dissimilibus, prodere solent. Adde in casu nostro difficultates, quæ exurgunt in conversatione cum personis, in ritibus Religionis dissimilibus, seu potius contrariis. Quantum igitur passus fuit S. Martyr adaptando se perverforum illoium consortio, ne dignitatem amitteret, in quo benefacere poterat fidelium collegio? In signum patientiæ propter tolerantiam, qua atrocita adeo sustinuit supplicia, utpote plurimis modis cruciatus, præcipue verò in hoc, quod innumeris sagittis excipiendis tanquam scopus fuerit expositus.

5. *Positus est in signum miraculorum,* inquit de Christo idemmet Hugo. Id quod de S. Sebastiano pariter dici potuit. Etenim uxor Nicolstrati muta, sanitatem sibi per Martyrem restitui petiit. Sanctus à Divina Majestate miraculum istud in publicam coarrestationem

R

tionem

tionem, quod verus Dei servus esset, poposcit & subito mulier illa amissum linguarum recuperavit. Præter quod, plurima alia, eaque valde memorabilia miracula, in vita & in morte patravit.

Isa. 11.

6. In signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, dicitur de Christo; quod idem adimpletum quoque fuit in S. Sebastiano; omnes namque populi Provinciæ, & regna in urgentissimis necessitatibus suis intercessionem ejus invocant, maximè quando pestilentia flagello castigari se sentiunt, Et quidem sicut Deus quondam Noë dixit: *Ponam arcum meum in nubibus, & erit signum fœderis* id est, placationis nota erit: ita quoque idem videtur in S. Sebastiano, qui dum sagittas suas & merita martyrii sui, in divinæ justitiæ conspectum adducit, eo præcipuè tempore, quo Deus ad alios vulnerandos arcum suum tetendit, cælum arma & fulmina iræ suæ confestim deponere facit.

Gen. 9. 23.

7. Verum enimvero ad id, quod in principio diximus, revertor. *Positus est in signum, id est in sigillum, ut in eo imprimamur per imitationem*; omnes etenim cujuscunque tandem vocationis aut professionis sumus, multa è vita ejus addiscenda habemus. Enimvero increata illa sapientia semetipsam, negotiatori bonas margaritas inquisenti comparavit: *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas*. Sed quodnam in eo latet mysterium, quod animas margaritis assimilet? cur non potius rubinis, carbunculis, adamantibus, vel aliis monilibus majoris decoris & pretii eisdem comparat? demonstrare nimirum nobis voluit, quod si animas nostras, quas ipse creavit, & ad animandū corporis nostri lutum, pro tempore sibi bene viso, in mare hujus sæculi collocavit, perdamus, id sola culpa nostra fiat. Cur ita? observetis obsecro margaritæ naturam; hæc enim licet in medio mari, in summa aquarum marinarum salsa-rumque abundantia, consistat, ne guttam tamen inde bibat, sed solum cæli rorem intra se recipit, indeque nutritur. Eodem prorsus modo, quæ vis anima, quæ in mari hujus mundi vivit, licet in summa amaræ aquæ abundantia constituta sit, in quocunque tandem statu & vocatione, quantumvis etiam periculosa, versetur, cor suum culpæ amaritudini obfirmare, illud divinæ gratiæ rori appetere potest, dummodo id facere velit. S. Se-

bastianus miles erat & primarius alicuius, ipsique Imperatori in delictis erat. Gaudebat libertate, divitiis & imperiis amplissimis, & tamen immaculatam quandam & irreprehensibilem vitam duxit, Pharisæi apud Matth. Salvatorem nostrum conveniens, eundem præsentata usuali quadam moneta, qua tributum pendere solebant interrogant: *Licet censum dare Cæsari an non?* quibus sapientissimus Magister respondit: *Quod est Cæsaris, date Cæsari, quod est Dei, date Deo.* Id, quod hoc loco Christus docuit, in S. Sebastiano ad literam adimpletum fuit. Cæsari namque obsequium, obedientiam, & servitium illud, quod Cæsari tanquam Cæsari, non verò tanquam Ecclesiæ persecutori debebat, rite exsolvit; quoriscunque autem opus erat, intellexit, quod *bedire oportet magis Deo, quam hominibus*. S. Hieronymus in Epistola supra citata, per trium puerorum & Danielis exemplum nos docet, quod hominibus cæteroquin perfidis, sine ullo Divini obsequii præjudicio, servire possimus. Sed quo id modo faciemus; Daniel & tres pueri sic præerant Babylonia opibus, & sic erant inter principes Civitatis, ut habitu Nabuchodonosor, Deo mente servirent. Quidnam obsecro in culpa nostræ excusationem respondere poterimus, si nobis ob oculos positum fuerit exemplum S. Sebastiani, in vocatione quadam adeo lubrica, adeo in omni virtute perfecti, adeoque in vita sua immaculati? quisnam status magis est à pietate alienus, quam militaris? & tamen Cornelius Centurio, quam gratus Deo fuit? nunquid etiam de alio Centurione Capharnaïta ipsiusmet Christi testimonium habemus, dicentis: *Non inveni tantam fidem in Israel?* Enimvero S. Hieronymus de ambobus, ad Nebridium scribens, ita ait: *Centurionem cohortis Italica, in tantum acceptum Deo; ut Angelum ad eum mitteret, primus ab Apostolo baptizatus, salutem gentium dedicavit.* De alio verò Centurione, pariter hoc ei datum esse scribit testimonium: *Non inveni tantam fidem in Israel.* Quando S. Petrus ad militem illum, cum aliis, ad familiam illius pertinens, baptizandum missus fuit, dixit: *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.* In quacunque professione, sive demum illa secularis sit, sive regularis, sive conjugii sive virginitatis, sus-

Matt. 22

17.

Act. Apo.

5. 26.

Act. Apo.

10. 3.

scit

ficit, si timeas Deum, & cor habes virtute Christiana munitum; hoc inquam sufficit. Postrò hodie pariter S. Fabiani festum peragitur, cui Spiritus Sanctus in columba sanctitatis testimonium reddidit; & tamen hic sacerdos pariter & summus Pontifex fuerit, ob id tamen S. Sebastianus cum lorica sua ei nequam cedit. Veruntamen causa idipsum admirandi eadem est, quam Eusebius Emisenus de S. Genesio Martyre observavit dicens:

Ecce in sacrilegi tyranni ministerio; militem suum Christus invenit, sicut at dolore & confusione iudex iratus: plus erubescit cultorem fisci, de parte emeruisse perfidia. Ipse se verum Jesu Christi servum esse probavit, licet omnipotentia & sapientia altissimi in sacrilegi tyranni ministerio militem suum invenerit. Unde perspicue colligitur, quod fidelis Christi servus esse quis possit, licet is infideli cuiquam, & Christi persecutori inserviat.

DE PURIFICATIONE

B^{mz.} VIRGINIS MARIE.

DISCURSUS DECEM.

DISCURSUS I. Ostenditur, quod tam mysteria in Evangelio expressa, quam cæremoniæ pro hoc festo institutæ; spirituales nobis insinuant animarum nostrarum purificationem.

DISCURSUS II. Licet nec filius, nec Mater legibus adstricti fuerint, eas tamen adimplere voluerunt; eisque varia adducuntur mysteria.

DISCURSUS III. Quantum hæc filii sui oblatio æterno Patri accepta fuerit. Exponuntur etiam quinque scilorum mysteria & varix moralitates.

DISCURSUS IV. Quoad Columbas & turtures, hodie à B. Virgine oblatas varix adducuntur opinioniones; nec non sensus morales exinde eruuntur.

DISCURSUS V. Qui dignus esset vult, ut divinum Infantem recipiat, virtutes sancti Simeonis senis imitari debet.

DISCURSUS VI. Devoti exponuntur S. Simeonis affectus, quibus Christum inter brachia sua suscepit. Quod beneficium idemmet Dei filius nobis contulit, dum nobis illum pluribus modis, præcipue verò in Eucharistia recipere concessit. Deque præparatione ad hujus receptionem necessaria.

DISCURSUS VII. De immaculata puritate Mariæ, cum humilitate sua conjuncta, ob quam etiam magis resplendet.

DISCURSUS VIII. Ex eo, quod habemus in Missa & officio Divino, nec non ab hujus festi ritibus, argumenta quædam eliciuntur, ad demonstrandam Virginis puritatem, quæ proinde purificatione non eguit.

DISCURSUS IX. De mysteriis Cere & benedictarum Candelarum, quæ in hac solemnitate distribuuntur.

DISCURSUS X. De Origine & mysteriis Processionis hujus festi. Et nonnullæ exponuntur moralitates circa lumina, quæ in manibus portantur.

Ostenditur quod tam mysteria in Evangelio expressa, quam cæ-
remoniæ pro hoc festo institutæ, spirituales nobis insinu-
ent animarum nostrarum purificationem.

DISCURSUS PRIMVS.

*Postquam impleti sunt dies purgationis Maria, secun-
dum legem Moysi, tulerunt Iesum in Ierusalem,
ut sifterent eum Domino. Luc. c. 2.*

Cum cera, quæ in hoc festo, quod à Candelis nomen habet, distribuitur, apud partas existat, merito considerandum est ingens quod ab Apibus elaboratur artificium. Hæc etenim in pratis amantque hortis, super varios flores circumvolitantes, & substantia & liquore, quem inde imbibunt, id quod subtilius est, in mel, in ceram verò id, quod solidius est, referunt. Ac proinde operæ pretium futurum esse existimavi, si & ego de multis diversisque hujus festi mysteriis discurrendo, inde mel quoddam extraxero gratæ erga virginem devotionis nec non pro animabus nostris ceram profectus spiritualis. Porro nomen Purificationis suam à puritate Ethymologiam obtinet, quam sancta mater Ecclesia hodie in filiorum suorum cordibus imprimere nititur, prout ex oratione, in hac solemnitate dici solita, satis apparet, in qua dicitur: *Ita nos facias purificatis tibi mentibus presentari.* Etenim in omnire huc spectante motiva inueniemus, per quæ in hujus virtutis amorem alluci valeamus.

2. Processio, quam ex Bethlehem in Ierusalem, nec non & alia, quam in templum usque instituerunt, nos docent verum esse, quod Dionysius Carthusianus in quodam sermone de hodierno festo tradit dicens: *Ex Evangelio docemur, quod non nisi virtuosus ac justus processionem Deo placitam faciunt; quotquot enim in hæc processiones intervenerunt, vi-*

tam duxerunt sanctam & immaculatam, Ex Bethlehem sanctissima virgo, & sanctissimus sponsus ejus Josephus, & sanctissimum secum portantes processerunt. Hierosolymis verò in templo, iidem sese associarunt senex Simeon & Anna Prophetissa: *Processio prorsus devotissima atque sanctissima, à virgine & Joseph, Simeone & Anna.*

3. Tempus quoque observandum est, quo celestem hunc Infantem in templum præsentarunt, nimirum quando jam fuerat circumcitus, *mysticè insinuantes (inquit Beda) neminem nisi circumcissum vitium, Dominicis dignum esse conspectibus.*

4. Nullum esse potest cuiquam dubium, quin sanctissima Virgo ejusque filius, ad observantiam hujus à Moysè datæ legis, nequam fuerint adstricti, & tamen ambo unanimiter eandem adimplere voluerunt, idque ad nostram instructionem, ut nimirum inde disceremus, quod leges à Deo nobis præscriptas executioni mandare, unicum sit animabus & cordibus nostri purificandis remedium: *Lex sancta & immaculata convertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis; præceptum Domini lucidum, illuminans.* Unde nonnulli acutè considerarunt, inter *Lex & Lux* exiguam esse differentiam, quasi lex nobis lucis loco sit, unde animæ nostræ illuminantur.

Pf. 18. 8.

5. Etenim quod Christum attinet, de eo lex disposuerat, ut videretur, ut tanquam progenitus in templo offerretur, ad innuendum

dum nobis, quod nos quoque ejus imitatione primogenita nostra offerre debeamus. Quam autem & qualia hæc sint, id doctissimus Salmeron nobis declarat dicens: *Primogenitum cordis nostri, pura ac sincera, atque incorrupta est animi nostri intentio.* Porro oblatio, quæ præter turturum pro hoc cœlesti infantulo, Deo præsentata fuit, agnellus ille extitit, de quo solum dici potest: *Agnus Dei qui tollis peccata mundi; & Agnus sine macula.* Hic redemptus fuit quinque Sicilis, qui quinque vulnorum figura erant, quæ, Christus triginta denarius venditus, aperturus erat in cruce, quando per pretiosum sanguinis sui lavacrum sordes nostras absterfus erat, *Sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis; quia sine sanguinis effusione non fit remissio.* Verum enimvero S. Gregorius Nyssenus in his quinque Sicilis aliud quoddam nobis utilissimum consideravit mysterium, dum ait: *Significare oportere unumquemque nostrum omnes sensus Deo sanctificare, atque ea, quæ per sensus fiunt, purum atque ab omni voluptate inhonestam alienum, quasi quoddam redemptionis premium, sanctum atq; legitimum offerre creatori.*

6. Quod verò attinet sanctissimam Virginem, de ea Doctor Angelicus dixit, quod licet lege non teneretur, illam tamen puritatis amore adimplere voluerit: *Amor puritatis in super abundantis purificatione.* Sanctus quoque Bernardinus Senensis scribit, quod *voluerit legis consuetudinem observare, in exemplum mundissima puritatis.* Guericus ex tanto virginis exemplo occasionem sumpsit, ad hanc nos virtutem hilce verbis exstimulandis: *Tempus purificationis adventit, quando mater summa puritatis, de cujus purgatione dies festus est nobis, pariter & fontem edidit, & exemplum dedit nobis quo debeamus purgari.* Hugo Cardinalis modum nos edocet, quem hanc magnam Dei matrem imitando, observare debemus, dicens: *Sicut Maria voluit purificari, licet non indigeret, ita post partum bonorum operum debet se anima reputare immundam.* Ad cujus probationem illo Jobi textu utitur, dicens: *Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceret delinquenti.* Porro almeron aliam nobis purificationem spirituale in sinuavit, dicens: *Docemur facultates animi à virtutibus purgare per virtutes, quas sapienter occultamus, quemadmodum Maria puritatem illam singularem ac munditiam tenuit.*

7. Quod si etiam munera oblata confiderentur, sive turturis sive columbarum, utrumque hoc munus ad mundandas animas nostras calcar nobis efficaciter addit. Et quidem imprimis par obtulerunt, non enim dicit unum turturum vel unam columbam oblatam fuisse sed duas. Petrus Blefensis ait: *Avicula due sunt hominis partes, anima & caro. Sit anima simplex & innocens, sit caro immaculata & continens.* Sive autem turtures, sive columbae oblatæ fuerint, ambæ tamen puritatem nobis figurabant. Merito ergo, inquit Beda, *turtur & columba Domino offeruntur in hostia, quia simplex & pudica fidelium cor versatio est illi iustitia sacrificium gratum.* S. Gregorius Nyssenus nos exhortatur, ut in duobus turturibus duplicem Deo castitatem præsentemus, id est cordis & corporis. *Offeramus etiam nos ad superiorem altare tanquam par turturum animi & corporis puritatem.* Etenim quoad columnas advertendum est, quod sacer textus dicat oblatos esse *uos pull. s. columbarum*; Non dicit oblatas fuisse columbas, sed pullos earum in arate tenera. Cujus rationem optimam reddit Carthusianus dicens: *Columba in perfecta arate valde est luxuriosa, ideo decuit eam offerri in illa arate, in qua luxuriam non est apta.* Id quod S. Bernardus quoque affirmavit dicens: *Non decuit offerri eam in sacrificium Domini, nisi ea arate, qua nescit libidinem.*

8. Hanc quoque puritatem virtutem ex sancto Simeone sene deducere possumus, cujus insignes virtutes Evangelista in sua Historia describit: *Quia Christum in manibus erat gestaturus.* Expende & tu (inquit Didacus Stella) *quàm sanctus, purusque debet esse sacerdos ille, qui Christum sere quotidie manibus mentisque tractat; namque justus & timoratus, & Spiritu sancto plenus.* Et quidem ut hic author id tantò fortius imprimat, eo motivo utitur quod scilicet Deus in antiqua lege, populo Israelitico vestes suas prius lavare præceperit, ut legem suam aliqua preparatione prævia, non verò omnino indigne reciperet. *Quanto magis sinceritas animæ requiritur, ad suscipiendum in se ipsum Legislatorem?* Optime S. Petrus Damianus consideravit, quod Christus etiamnum infantulus, purissimis & immaculatis Virginis matris suæ, S. Josephi sponsi illius, & S. Simeonis senis manibus contactari & portari voluerit; Et ne hoc sufficere videatur, ut tax. tummo. 10. *Virgo sis mater, Ecclesia fides est, ut virgo fueris*

Is. 1. 17. 41

Hebr. 6.

Hom. de
resursu.Ser. 2. de
pur.Ser. 10. a. 1.
s. 1.

In Luc.

Ser. de
purif.

In Luc.

Ser. 59. in
Cant.

Lib. 1. ep. 6.

Lib. 1. ep. 6.

Et is, qui simulatus est Pater Unde sanctus ille Doctor hoc demum argumentum evincit: *A quibus nunc obsecro, tractari vult corpus suum, cum jam immensus regnat in caelis? Quam corpore suo nunc vult adesse mundiciam, jam in paterna maiestatis gloria sublimatus? Porro multa etiam habemus indicia ad firmiter credendum, hunc quoque sanctum senem fuisse purissimum. Quid autem putamus, inquit Guericus Abbas, unctus ille, id est Christus, qui ungit etiam quos non tangit, quomodo candidum & sanctum genus nostri perunxerit, cum suscipiens eum in ulnas suas adstringeret? Et quidem notabile in eo contextu verbum est *ly illud candidum*. Sæpius etenim nominatur et assistens spiritus sanctus: Spiritus sanctus erat in eo; Responsum acceperat à Spiritu sancto; venit in spiritu in templum. Ex quibus verbis animam sancti senis immaculatam & puram fuisse liberè deduci potest; siquidem inter alios Spiritus sancti fructus ab Apostolo enumeratos, continentia quoque & castitas recensentur. Unde Albertus Magnus dicit: Spiritus sanctus esse debet in nobis, per omnimodam puritatem vite; unde sequitur: Et Spiritus sanctus erat in eo. Hospitari igitur debemus Spiritum sanctum per omnimodam vite mundiciam: mundus enim est Spiritus sanctus, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Quod si demum occurrens infanti Anna Prophetissa consideretur, hæc pariter in hac virtute insignis exiit; cum enim ad habendum benedictionis fructum, in illo populo omnino conveniens fuerit statum profiteri conjugalem, de ea tamen scribitur, quod vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Adeoque deducitur, quod octoginta quatuor annorum spatio casta vixit.*

9. Quod si etiam ad ceram quæ hodie distribuitur, reflectere velimus, hinc quoque motivum quoddam nos spiritualiter purificandi elicere possumus. Unde Rupertus Abbas de divinis officiis scribit de Aps: Ceram cum melle virginali producit aperit. Atque ideo Cyrillus

Hierosolymitanus ad occurrendum Salvatore huic nos verbis invitat: *Tanquam filii lucis cereas vasa luci Christo offeramus, quoniam lumen ad revelationem gentium mundo apparuit, ideo lumine ex lumine supra nivem resplendeamus. Nescio quidem, an aliquando observaveritis, quòd priusquam lumina manibus nostris potemus, lumbos praestringere moneamur. Prius namque dicitur, sint lumbi vestri praecincti; & postea: Lucerna ardetes in manibus vestris: id quod S. Gregorius declarat, dicens: Lumbos praestringimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.*

10. Superest nunc, ut mediante hæc eadem purificatione aliud quoddam S. Laurentii Justiniani monitum ponderemus. Dicit igitur sanctus hic Pater: *Vt spiritualiter purificatus, in templi cordis sui ingredere; ibi omnis cogitationis noxia atque inordinata affectionis sedato tumultu, Deo per orationis studium & contemplationis odium, vacare contendit.* In Isaia quoque ad hanc purificationem exhortamur: *Lavamini mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis vestris, quiescite agere per versè.* Verum enim vero quantum per deplorandum est, quod profus contrarium: à Christianis hodie, præ dolor fiat; dum sensibus suis frænum relaxant, suamque animam quilibet omnis spurcitæ genere contaminare satagit. Virgo beatissima purificatur licet nullam, ne originalem quidem contraxerit maculam; nobis autem qui ejus devotos clientes nos esse, subque ejus patrocinio nos vivere profitemur, non sufficit, nos tot iniquitatum præteritarum pice coinquinasse, ac proinde nulli alteri rei adeo studemus, quam ut ad contumeliam purificationis ejus, quæ puritatem nobis adeo firmiter inculcat, novis nos culpis contaminemus.

* *

*

Licet nec filius nec mater legibus adstricti fuerint, eas tamen adimplere voluerunt; eusque varia adducuntur mysteria.

DISCURSUS SECVNDVS.

Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis.

Lucæ cap. 2.

1. **S**. Bernardinus Senensis aptè circa præsens festum consideravit, quòd Saluator noster triplici se legi subijcere voluerit, quas pater sanctissima mater ejus, tum pro filio, tum pro semetipsa adimplevit: Triplici legi amorosissimè se subiecit; primò legi purificationis; secundo legi redemptionis; tertio legi oblationis. In hoc etenim mysterio, quod hodie celebratur, tria concurrebant legis Mosai-
 ca præcepta. Primum exprimitur in Levitico, ubi præcipitur, quòd mulier, quæ pepererit masculum, sit immunda, teque ab hominum consortio subducatur quadraginta diebus; si verò feminam pepererit, octoginta diebus; quibus evolutis in templo præsentetur, ibidemque in sacrificium agnum offerat, vel duas columbas, aut verò turtures duos. Secundo verò præceptum in Exodo describitur, ubi Deus omnia sibi primogenita, tam de hominibus, quàm de animalibus offerri præcepit, idque in memoriam beneficii, Israelitico populo exhibiti, dum primogenitis Ægyptiorum occisis, eosdem à servitute Ægyptiorum liberavit, re-
 tertia lex denique in libro Numerorum recensetur, ubi mandatur, ut primogenita, postquam oblata fuerint, redimantur, idque quinque siclorum pretio fiat. Omnibus hisce tribus legibus filius pariter & mater se submiserunt: Cum inducerent puerum Iesum, ut facerent secundum consuetudinem legis. Certum quidem est, quod ex nullo capite hisce præceptis adstricti fuerint, Non primo, quia ut Origenes bene

observavit, Moyses non sine mysterio hoc præceptum à Deo institutum hisce verbis recensit: *Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit. Consideremus secundum historiam, si non videtur quasi ex superfluo additum, mulier, qua conceperit semen, & pepererit masculum, quasi posset aliter masculum parere, nisi semine concepto. Sed non ex superfluo additur, ad discretionem namque illius qua sine semine concepit & peperit, istum sermonem præceteris mulieribus legislator adjecit: ut non omnem mulierem qua peperisset, designaret immundam, sed eam, qua concepto semine peperisset. Ulterius sciendum est, quod lex de muliere loquatur, quæ secundum usum naturæ ordinarium concepit, non verò de conceptu miraculoso, qualis Virginis erat. Ferant ergo legis onera mulieres, inquit Origenes, virgines verò ab his habeantur immunes.*

2. Qualem etenim beata Virgo contrahere poterat immunditiam, quæ spiritus sancti opera fecundata fuerat? Unde Petrus Blesensis hisce verbis divinum Infantem alloquitur: *Ne accedas Domine Iesu ad purificationem; tu immunis à peccato, sine mundans corda tuorum; tu sine semine conceptus, & natus de Spiritu sancto; expecta, donec te ipsum offeras pro mundo. Ne accedas Virgo sanctissima, tu enim neque propter mulierem, neque semine suscepto peperisti. Multo minus primogenitorum lege, divinus hic tenebatur Infantulus, quia hoc fuisset, ipsimet Deo Deum ipsum offerre. Et jam comparente figurato, omnes illius umbrae, omnesque figuræ finem acceperant.* Longè

Longe minus ad hoc adstringi poterat, ut quinque siclis redimeretur, quo enim pretio communis Redemptor redimi potuisset? Et tamen hoc non obstante Evangelista dicit: *Ut facerent secundum consuetudinem legis*

Enim verò quia filius Dei coætestatus est, quod non videretur legem servare, sed adimplere, mater filii secuta est exemplum, & sic ambo legi huic sese supposuerunt. Unde Goffridus Abbas ait: *Merito mater legem servavit, cuius filius & legem dederat, & venerat, ut in se legem adimpleret, quam alii dederat ante.* Idemmet Albertus Magnus etiam scribit, scilicet quòd cum lex Mosaica in suo adhuc vigore consisteret, Christus Dominus noster illam quoque adimplere voluerit, ut eam se approbare demonstraret, imò in ejus adimplitione ad eozelosus, punctualis & exactus fuit, quòd dum vir pede tertiam contigisset, hanc æterno Patri suo protestationem fecerit: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam. Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.*

4. *Ut facerent secundum consuetudinem legis.* O immaculata mater, inquit Guerricus Abbas, num fortè puritatem tuam ignoras? Cur, quæ aliarum mulierum infirmitatem non contraxisti, commue tamen omnibus aliis destinatum remedium usurpas? Tandem verò Virginis nomine respondet & dicit: *Sic docet nos omnem implere iustitiam, ut, quæ summa mater electa sum iustitia, Speculum quoque sum totius & exemplar iustitia. Novi ego superbiam filiorum Evæ, quæ promptior est ad excusandum, quàm ad expurgandum commissa, necessarium arbitror ut vitia originis antiquæ, statim in initio omnia novæ generationis occurrant exempla.* Ad declarandum verò quænam hæc exempla fuerint, quæ in sua nobis purificatione reliquit, dicit: *Mater prævaricationis peccavit, & ex usavir procatitor; mater redemptionis non peccat, & satisfaciat humiliter. Sed quo fine quo etiam fructu? Vt filii hominis qui de matre venustis traducunt necessitatem peccandi, de matre saltem novitatis trahant humilitatem purgandi.*

5. *Ut facerent secundum consuetudinem legis.* Verum quidem est quòd Maria huic præcepto legali non fuerit adstricta, sed inquit Euthymius: *obediens tamen, ne legem transgredi videretur.* Non solum ut suam, erga legem demonstraret obedientiam, verum etiam ut suam

probaret omnibus prudentiam, non scandalizando Judæos; *Ad vitandum scandalum Iudaorum,* inquit Dionysius Carthusianus. Beatus Thomas de Villa Nova dicit: *Quoniam sacra partus mysterium adhuc latebat, nisi servasset legem prævaricationis, rea apud alios haberetur. Ne ergo alii præberet scandalum, lege non observata voluntarie servavit legem.* Idemmet scribit Lucas Burgenis, qui tamen insuper addit, illam ab hac lege exemptionem, qua virgo tanquam mater Dei, & tanquam virgo gaudebat, tunc nondum fuisse notam & manifestam, ob quam causam, ejus quoque filius, licet jam declaratus esset Messias, tributum tamen solvere voluit, ne Judæos scandalizaret, unde hoc elicit argumentum: *Multo magis hoc adhuc tempore legem sequi debuit mater, quòd divinis scripturam privilegiorum ejus nihil erat divulgatum.* Unde B. Thomas præfatus ad nostram utilitatem & profectum hoc nobis suggerit documentum: *Multa propter aliorum scandalum facienda sunt, multa etiam bona omittenda; neque tibi sufficit bona conscientia, sed oportet etiam te esse sollicitum de aliena.*

6. *Ut facerent secundum consuetudinem legis* Dionysius Carthusianus dicit: *Voluit autem Maria dignissima subire legem, & quasi purgari in templo ad dandum obedientiam & humilitatis exemplum, & ad conformandum se aliis mulieribus in licitis & honestis. Certissimum quidem est, quòd virgo omnes habuerit prærogativas specialissimas, quas post Creatorem habere aut consequi potuit pura aliqua creatura. Unde & Virgo singularis ab Ecclesia appellatur, nihilominus ex instinctu humillimi conceptus, & ex contemptu sui ipsius hanc singularitatem in se apparere nequaquam voluit. Hugo Cardinalis ait: *In cumulum obedientia quæ plus facit, quàm teneatur facere; utiturque hoc sancti Bernardi testimonio dicentis: Verè beata Virgo non habes causam, nec tibi opus est purificatione, sed nunquid filio tuo opus erat Circumcisio? Ito inter mulieres tanquam una illarum.* Enimvero quòd si à lege exempta fuisset, causam quoque exemptionis manifestari decuisset, id est quòd mater Dei esset quòd opera Spiritus sancti concepisset, quòd virgo esset, & post partum virgo mansisset. Hæc autem omnia in maximum cessissent humilitatis suæ præjudicium.*

Ser. de pur.

In Luc.

Ps. 39. 16.

Ser. 4. de purif.

7. *Ut facerent secundum consuetudinem legis.* Ubi Goffridus Abbas ait: *Cum beatissima Virgo licet non ignorasset, quis esset quem genuisset, expectavit tamen diem purgationis, & occultavit filii Dei Deitatem.* Unde jure Ecclesia Deiparam titulo prudentissimæ Virginis honorat, *Virgo prudentissima*, nam ut hic author præfatam ait: *Prudentiæ tuæ specimen edidit, quod Messias dæmoni occultaverit. Nam si Christi incarnatio fuisset nota diabolo, nec Christus pro nobis moreretur, nec fieret nostra redemptio; Nihili igitur Virgo fecit, quod instar aliarum matrum immunda repararetur, essetque legi subiecta, siquidem ad humanæ redemptionis universale bonum oculus suum direxerat.*

Ser. de pur.

8. *Ut facerent secundum consuetudinem legis.* Amor puritatis in superabundanti purificatione, inquit S. Thomas. Licet tam mater quam filius ipsa essent luce puriores, purificari tamen voluerunt, ut innuerent, quanto renerentur puritatis amore; simulque nos docerent, ut quantum euaque puri & perfecti simus semper tamen ad majorem sanctitatem & perfectionem aspirare, nec unquam eo gradu, quem de facto tenemus, contenti esse debeamus. *Qui sanctus est sanctificetur adhuc.* Ac proinde nulla unquam nobis prætereunda est occasio, qua animas nostras puriores & mundiores reddere valeamus; nam quanto magis fuerint purificatæ, tanto in regnum cælorum faciliorem habebimus aditum, quia nihil coinquinatum intrabit in regnum cælorum. Idemet S. Thomas in eodem sermone aliquos nobis tradit hujusce purificationis instituendæ modos, dicens: *In hoc quod B. Virgo voluit purgari, cum non indigeret, docuit nos, quomodo qui indigemus, pur-*

Apoc. 22.
11.

gari debeamus. Tandem verò aliquos modos omnino utilissimos id facienti præscribit. *Debemus purgari, inquit à coinquinatione peccati, in cognitione, quoad intellectum, in affectu, quoad dilectionem, in mente per rectam intentionem, in ore quoad locutionem, in manibus quoad operationem, in toto corpore quoad conversationem.* S. autem Bernardinus aliud nobis adimpletæ hujus legis insinuat mysterium, dum ait: *Voluit legis consuetudinem observare, in exemplum mundissima puritatis, ut mysticè innueret, quòd, postquam fecerimus quacunque bona, dicamus servi inutiles sumus.* Adeo, ut postquam juxta ritus jam à S. Thoma explicatos purificati fuerimus, ulterius hoc posteriori modo purificari debeamus; Ita enim in S. Luca inquit S. Bernardinus, *docuit nos magister humilitatis Christus.*

Ser. 10. 6.
1. c. 11.

9. *Ut facerent secundum consuetudinem legis.* Didacus Stella hic dicit: *Ex hoc contextu discamus humiles esse exemplo Christi Salvatoris nostri, qui humilis peccator & servus apparuit cum esset dives, & Dominus universa terra; nos autem, cum simus peccatores, & omni scelere coinquinati, prohi volumus & magni coram mundo apparere.* Nos vulneribus faucii sumus, & alligaturam fasciæ erubescimus. Christus autem ut superbiæ nostræ mederetur, unà cum sua sanctissima & purissima matre intra turbam peccatorum, aliorumque omnium, à vitiatâ A. dæ massa prodeuntium sese insinuat, ad confundendam mentis nostræ elationem, affluendasque in se omnes nostras infirmitates, siquidem *languires nostros ipse tulit.*



Quantum hæc filii sui oblatio æterno Patri accepta fuerit. Exponuntur etiam quinque siclorum mysteria, & variæ moralitates.

DISCURSVS TERTIVS.

Tulerunt Iesum in Ierusalem, ut sisterent eum Domino. Lucæ cap. 2.

1. **N**illum unquam æterno Patri gratius, digniusque munus oblatum fuit eo, quod hodierna die eidem beatissima Virgo obtulit, utpote quæ præ cæteris, quantum hinc glori-
ficaretur suprema Trinitas, quantum per hoc divinæ satisfaceret iustitiæ, quantum denique ex eodem naturæ humanæ accederet beneficium, evidentius intelligebat. Omnia sacrificia, omnesque oblationes innumera, quæ omnibus retro sæculis ad hæc utque tempora factæ fuerant, hodiernam oblationem præfigurabant. Et quidem licet Deus tot victimatorum animalium saturet, & quasi fastidiosus esset, dicens: *Nunquid manducabo carnis taurorum, aut sanguinem hircorum potabo?* Attamen omnes illas victimas gratas habebat, & libenter acceptabat, eo quod hanc unigeniti sui oblationem, licet remorè latis, præfigurabant. Nūquam, (inquit Lucas Burgenfis) in tabernaculo fœderis huiusmodi apparuerat hostia; nunquã in templo Salomonis magnifica adeo & gloriosa visa oblatio fuerat; iam captum impleri est illud Aggæ: *Magna erit gloria domus istius novissima plus quam prima; veniet enim desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istã gloria.* Quod propheticum oraculum hodie adimpletum fuit. *Offe* (inquit ad Virginem cõversus devotus Bernardus) *ad nostram omnium reconciliationem, hostiam sanctam, Deo placentem; omnino acceptabit hostiam de qua dicitur: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacuit.* Neque hostia isthæc de gratiori digno-
nive manu offerri poterat; Hæc etiam hostia ab

omnibus, iisque innumeris antiquæ Legis sacrificiis honorabatur. Imo ipsemet qui offerre-
batur à matre, offerebat semetipsum, adeo ut oblatio simul & offerens esset. *O profunditatè scientiarum* (inquit S. Cyrillus) *apientia & scientia Dei! offert nostias, qui per singulas hostias honoratur cum Patre Deo eodem quoque Apostolus ait: Dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* Porro verisimile est hanc oblationem maritino tempore factam fuisse, quando Agnus, qui sacrificium matutum erat, offerre-
batur, ac proinde apte dici poterat: *Ecce Agnus Dei.* E Thomas de Villa nova beatã Virginem æternum Patrem hunc in modum alloquentem introducit: *Suscipe Pater omnipotens, suscipe oblationem hanc, quã tibi offero pro toto mundo, ancilla tua, suscipe communem filium, tuum ab æterno, meum in tempore; suscipe nunc de manibus ancilla tua sacrosanctum hoc sacrificium matutinum, tibi quondam in Crucis brachiis offerendum in sacrificium vespertinum.* S. Bernardus postquam in hoc ultimum sacrificium reflexisset oculos, oblationem hodiernam considerans dicit: *Oblatio ista satis delicata videtur, ubi tantum sicitur Domino, redimitur a vibus, & illico reportatur. Veniet, quando non in templo offerretur, nec inter brachia Simeonis, sed extra civitatem inter brachia Crucis; veniet: quando non redimetur alieno, sed alios redimet sanguine proprio.*

2. Enimvero oblatio ista duo fecum mysteria subinfert; unum est, quod redemptus fuerit, alterum verò est pretium sive moneta quinque Siclorum; quorum utrumque iustam à nobis ponderationem exposcit. Sacer quidam in-

Pj 49. 13:

In Luc.

Ser. 9. de purif.

In cat. Do Thom.

Eph 5.2.

Ser. de purif.

serpres

Luce
Burg.
Luc.

terpres inquit, cur Virgo filium suum in templo offerens, Annam Samuelis matrem imitata non fuerit eum deferendo, & loco tabernaculi sive sanctuarii dedicando, maximè cum de eo scriptum sit: Dominus in templo sancto suo. Et ad propositum nostrum optimè responderet, dicens: Oblatum Domino puerum, noluit Maria relinquere in illo templo, & commodare illi tabernaculo, quemadmodum olim Anna Samuelem; non enim voluit synagoga eum propriū esse, quem pepererat Salvatore futurum totius mundi. Potuisset quidem æternus Pater hanc per quinque siclos factam redemptionē renuere, auarusque sibi oblatum retinere, non verò matri restituere: attamen pretium redemptionis libenter accepit, & oblatum sibi diuinum infantem ultro citroque restituit; iam enim pactum erat, ut Filius ejus totus noster esset: Nobis datus, nobis natus: Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Ideo enim è suo sinu eum auullerat, ut hic in terris saluti nostræ operandæ totus intentus esset. Verum quidem insuper est, quòd omnes cœli terræque thesauri, ne dicam quinque siclos, illi redimèdo nequaquam sufficere potuissent; pro illis tamen quinque siclis illum passus est redimi, ut nos eum nobis dono datum potius, quàm à nobis redemptum esse intelligeremus. Ad hæc advertendum est, quòd Evangelista de numeratis quinque siclis nullam mentionem faciat, cujus rationem almeron hanc esse dicit: Quia Christus quinque siclos dedit Patri in cruce, in præcipuis quinque vulneribus. Summa itidem admiratione digna est infinita ejus charitas, amorque erga nos immensus. Quando enim ipsemet est redimendus, ordinario quinque siclorum pretio contentus acquiescit, quando autem nos redempturus est, quinque in corpore suo sanguinis torrentes effundit: Copiosa apud eum redemptio: Empti estis pretio magno. Verum enimvero dicat hic meritor aliquis, nunquid quinque siclis redimi, dignitati & majestati infinitæ Dei Opt. Maximi nimium præjudicat & multò magis vniuersali Redemptori: sed & triginta denariis amore nostri venditus fuit. B. Thomas ait: Emitur ergo Redemptor quinque siclis à Virgine, qui quinque plagis totum erat mundum redempturus. Idemmet Sanctus haud secus ac si diuinum huic infantem in brachiis Redemptoris, in templo oblatum & redemptum videret, omnes nos affectuosius hinc verbis blandè inui-

Tom 3.
fr. 41.

rat dicens: Venite nunc o cupidi, venite ad num-
dinas fideles; venalis hodie Deus in templo pro-
ponitur: adsit super gradus sacerdos, omni vo-
lenti emere Christum vendens; properate, emite,
non magnum est pretium, quinque siclis hoie sa-
lus & vita comparatur, non de marfupio, sed de
corde hos siclos expetit ut denentur. Quales au-
tem hi quinque sicli sint, qui ad eum nobis cõ-
parandum offerri debent, in sensu morali pro
nostro affectu declarat, dicens: Da igitur quinque
siclis & accipe Deum, da pro peccatis dolorem,
pro beneficiis gratitudinem, pro mysteriis laudè,
pro teipso amorem pro mystro amorem. Didacus
Stella etiam mysterium, cur Christus redimi
voluerit, hunc in modum meditat: Expende
quòd Christus hic tanquam peccator redimi vo-
luit, ut nos à morte & inferno liberaret. & ut
sic redemptus nobis totaliter offerretur & totus
noster esset ad vendendum, flagellandum & cru-
cifigendum. Demum verò idemmet B. Thomas
huic mysterio, ut ex ejus discursu sufficienter
colligi potest, deuotissimus ita exclamat: O em-
ptionem singularem. Vò mirabilem redemptionē.
o si scires sacerdos qui est quem vendis, non il-
lum pro toto mundi auro, & omnibus pretiis
margaritis dares. Ignosce Virgo piissima; nam si
ego essem ille Sacerdos, non tibi talem annu-
darem filium. S. Bernardus Senensis totum se in
hujus festi mysteriis considerandus effudit, &
specialiter inter alia sequens mysteriū confide-
ravit quòd scilicet sponsa, i. e. Ecclesia per quin-
quies mille annos circiter, dilectum sponsum
suum desideraverit. Demum verò dilectus ejus
in die Annunciationis in Virginis uterum de-
scendit, in eoque novem mensibus moratus
fuerit: quibus elapsis, medio nocte clamor factus
est, ecce sponsus venit, exite obviam ei; quia dum
medium silentium tenerent omnia, omnipotens
sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit:
hoc autem modo nobis præses factus visus est,
tantummodo inter duo animalia, atque à Pa-
storibus circūvicinis, necnon à tribus Regibus
è longinquo advocatis, visitatus fuit, qui ta-
men subito per aliam viam reversi sunt in regio-
nem suam. Se quoq; passus est circūcidi, sangui-
nis sui effusione exordiens, neque tamen spon-
sa donatur sponsum tamen verè dicere tunc po-
tuisset, sponsum sanguinum tu mihi es. Sed hodie
(iubjungit S. Bernardus) per manus amorosiss-
simæ Virginis tanquam à communi Matre Sal-
vatoris, & salvandorum in sancto Dei templo,
communi persona subjacet sanctissimo Simeoni,

Ser. 20. de
pntif.

tanquam authentico & legitimo mundi procuratori, humano generi facta est donatio Iesu Christi, Dei & hominis, atq; Ecclesia sponsa Dei, in possessionem doni instructa est. O bone Iesu (inquit ad cœlestem hunc infantulum B. Thomas) jam noster es, & duplici jure es; te nobis Pater dedit, te nobis Pater emittit; noster es, quia datus. noster es quia emptus: duplici te jure possidemus. Multo autem magis Virgo & S. Joseph sponsus ejus, cum nobis dedit, jus suum, ut ita dicā, omnibus cedendo, quia erat subditus illis. Denique ipsemet ultro citroque & sponte propria semetipsum pro nobis obtulit: Oblatus est quia ipse voluit. Tandem verò S. Bernardinus subiungit, quod ad certificandum genus humanū, se totum illius esse, hujusce donationis instrumentum, sanctissimæ Trinitatis autoritate sit stipulatus. Primum autoritate legis datā à Patri: secundum voluntate Filii, qui præsens fuit in natura assumpta; Tertio, in spiratione Spiritus sancti, qui nostrum procuratorem ad hoc adduxit id est, sanctum Simeonem senem, de quo paulò ante dixerat: Electrix gratia hunc sanctum senem elegerat, mundi procuratorem ad suscipiendum pro humano genere de manibus Dei & Virginis, Filium Dei. Quarto per manus sanctissimæ Virginis, qua Dominum & hominē, sicut vera mater, verè possedit: Quinto in famosissimo loco templi; Sexto, tempore à tota Trinitate in lege statutos; Septimo Simeoni mundi procuratori, solemniter facta est nobis ista donatio.

3. Verum enim verò huic oblationi sive donationi, ut nos quoque correspondeamus, necessum est, S. Athanasius lupet hæc verba: *Ut sisterent eum Domino*; hanc quæstionem instituit: Sed quando à paternis aspectibus latuit Dominus? aut quis locus excipitur ab ejus imperio, ut ibi existendo sumptus à Patre sit, nisi offeratur in Ierusalem, & introducatur in templū? Sed fortè causa nostri hujusmodi scripta sunt; sicut enim non gratia sui homo factus est, & circumcisus in carne, sed ut nos per gratiam faceret Deos, & ut spiritualiter circumcidamur; sic propter nos sistitur Domino, ut discamus Deo præsentare nos ipsos. Hanc quoque convenientiam S. Bernardus ser. in Festum hodiernum, consideravit, dicens: *Ille seipsum obtulit tui quis es, qui teipsum offerre cunctaris? Quis mihi tribuat, ut orationem meam dignetur majestas tanta suscipere? Duo minuta habeo Domine, corpus & animam dico; utinam hæc tibi perfectè possim in sacrificium laudis offerre. Denique*

virgo, ut bene Didacus Stella ponderat, donum hoc Filii sui quod à Deo acceperat, Deo itidem vicissim obtulit; & nos, qua de manu ejus accepimus, per gratiarum actionem ei redere & offerre debemus.

4. Num aliquando ad hoc reflexistis, quod quando Salvator noster è stabulo Berlehemico, ubi natus fuerat, primitus egressus fuit, alio non contenderit, quam templum Hierosolymitanum æterno Patri suo se ibidem præsentaturus? *Iulerunt Iesum in Ierusalem ut sisteret eum Domino. In quo datur forma inquit Hugo Cardinalis parentibus, ut offerant filios suos Domino, eos religiosè educando, scilicet in fide instruendo, & moribus informando.* Porro lex, quæ hodie adimplebatur, primogenitorū oblationem spectabat; Quoniam autem modo & nos illam imitari possumus: Salméron dicit: *Exemplum dedit, ut masculinum primogenitum nostrum offeramus Deo, i. e. quod charius est nobis & pretiosius.* Demum verò ut, quid nobis gratius, majorisq; pretii esse videatur, declaret, prosequitur ulterius dicens: *In nobis porro censetur optimum nostrum iudicium, ac voluntas nostra.* Hanc autem offeremus, ubi eam ei subjecerimus, omne id credendo, quod fides nobis credendum proponit, eumque ex toto affectu nostro amando, Aliud verò primogenitū, quod ex mente ejusdem Authoris offerre possumus, est pura & sincera atque incorrupta animi nostri intentio. Porro ætatis nostra primogenitum juvenus est; diei verò primogenitum matutinus tempus est qua unversa Deo velut primogenita debentur. Tandem verò alii Scriptores hæc primogenita secundum alios sensus morales exposuerunt, Et quidem Didacus Stella ait: *Primogenitum, i. e. principium vite nostra offeramus Deo.* Lyranus quoque: *Primogenita significans bona inissa nostra actionis, qua quasi corde gerimus, qua Dei gratia deputare debemus.* S. Ildephonus autem hanc primogeniti oblationem nos facere censet: *Cum quicquid boni per ejus gratiam in mente concipimus, non nostris viribus, sed ejus gratia attribuimus.* Idem quoque modum & monetam nobis explicat, quibus munus hoc oblatum redimere possumus, dum ait: *Immunda nostra pretio quinq; si. Iurū reddimus, cum quantumcunq; prava per quinque corporis sensus commisimus, digna satisfactione punimus.* Vel etiam, ut S. Gregorius Nyssenus horum quinque siclorum mysterium morale declarans advertit, *significat oportere unumquem.*

To. 3. tr. 41

Ser. de pur

Hom. de occurso Domini.

Ser. cit. c. 3

In cat. D. Thom.

Ser. 3. de pur.

quemque nostrum, omnes sensus Deo sanctificare, atque ea, qua per sensus fiunt, purum atque ab omni inhonesta voluptate alienum,

quasi quoddam redemptionis pretium, sanctum atque legitimum offerre Creatori.

Quoad Columbas & Turtures hodie à B. Virgine oblatos, variorum adducuntur opiniones, nec non sensus morales varii exinde eruuntur.

DISCURSUS QVARTVS.

Vt darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos Columbarum. Lucæ. c. 2.

CUm in adimpletione hujus præcepti, de Purificatione instituenda, usu receptum fuerit, ut quorum facultates, ad comparandum sibi agnum, non sufficiebant, vel columbas vel turtures illius loco offerrent, Evangelista autem in Evangelio indecisum relinquat, utram ex his duabus volucribus virgo obtulerit, sed tantum dicat: *Par turturum aut duos pullos columbarum*; ideo valde inter expositores controversatur, an virgo Columbarum pullos, an verò turtures obtulerit Richardus de S. victore, de differentia sacrificii *Abrahæ & Mariæ* eam columbarum pullos obtulisse censet, utpote qui tunc magis in usu erant. Præterquam quod hi magis decuerint tam filium quam matrem. An autem verè ita factum sit, ignoramus: Sacer autem textus, ut scribit Dionysius Carthusianus, id ipsum non expressit: *Quia redit in idem, quidquid horum obtulisse dicatur, per utrumque enim eorum inopia designatur, & res per utrumque figurata Deo est placita* Porro Origenes volucres hæc valde fortunatas fuisse consideravit, quod eis concessum sit, in ministerio adeo digno & sublimi deservire: *Ego & aves istas beatas puto, qua pro ortu Domini oblata sunt, Utiurque Ainae Baalam exemplo,*

Hom. 24.
in Luc.

quæ dignata fuit, ut Angelum Dei conspiceret, humanamque vocem articulatam efformaret: sic multo amplius has volucres prædico, easque suscipio, quod pro Domino nostro & Salvatore oblata sunt, Cur autem non potius ad Filium Dei redimendum, aurum, argenteum aut monilia offeruntur? cur aves Deo præsentantur? B. Laurentius Justinianus dicit: *Non aurum, non gemmas obtulerunt pro Regem cælorum, sed animalia munda, virva, atque volantia, ut mysterium hoc intelligerent esse, qui legerent. Et mox utriusque declarat mysterium, sive turtures fuerint, sive columbæ: In turture quippe, inquit, sancta Ecclesia, per amorem sacrosanctum connubium, Christo copulata castitatem intellige; in columba verò specie, unitatem charitatis credentium, quibus est cor unum & anima una, præfiguratum agnosce, Dionysius autem Carthusianus ad hoc se refert quod turtur præ omnibus volucribus loquacior sit, columba vero mansuetior: sicque per utrumque Christus exprimitur, qui perfecta mansuetudinis fuit, & suis sermonibus mundum convertit; unde ad ejus Passionem præfigurandam columba & turtur oblata occidebantur. Enimvero Petrus Blefensis dicit, quod omnis Christi actio, Christiani est lætio; quod quidem axioma communissimum est, & à multis aliis præditum; quia tamen dictus*

Serm. de pur.

In Luc.

Pater idipsum, in sermone quodam, de hodierno festo, scribit, ideo occasionem mihi subministrat omnia mysteria, omnesque ritus hodie occurrentes, & præcipue, quod oblatas hæcæ volucres attinet, examinandi; & primò quidem de turturibus discutramus.

2. *Par turturum.* Turtures pro cantu gemitum habent, nobisque poenitentiam vel compunctionem designant. Et ideo Lyranus hanc inde moralitatem elicit, dicens: *Qui non invenit agnum, id est divitias innocua vita, ad lachrymas recurrit.* Duo quoque gemituum & compunctionis genera distinguit, quorum unum poenitentium proprium est, aliud perfectorum. *Dum vel malorum recolentes supplicia, timeamus, vel dum desiderio celestium ardentes, de dilatione gemimus: unde duo pulli offerri jubentur: unus in holocaustum, quando amore celestium inflammamur, alter pro peccato, dum de nobis perpetratis gemimus.* Beda & S. Ambrosius à Glossa citati, aliam quandam observarunt turturis proprietatem, id est, solitudinem & totalem ab hominibus secessum, quæ vitam significant contemplativam. *Turtur solitarius contemplativam vitam significat.* Hæc autem vita Redemptori nostro summopere placet; unde in comparatione Marthæ, quæ activæ vitæ dedicata erat, plurimùm Magdalenam laudavit, quæ dedicata omnimodo erat contemplativæ. *Maria optimam partem elegit.* Porro S. Bonaventura, super hunc turturis gemitum, ita scribit: *Gemitus turturis competit contemplativis; & hic gemitatur; unde dicitur: Par turturum.* Primus gemitus est amoris; nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri. *Secundus est devotionis, nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Albertus Magnus in turture observat, quod patiens sit, & felle caret: *In turture notatur lenis patientia; unde dicit Aristoteles in lib. 14. Animal. In turture non invenitur fel; atque ideo ad vivum representat sufferentiam nostri salvatoris, qui tanti virtutem hanc æstimavit, ut Apostolus pariter & omnibus nobis dixerit: In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Dionysius Carthusianus de turture ita scribit: *Turtur in omni sua ætate castus est animal, postquam enim consortem suum semel amisit, nunquam sese*

alteri conjungit, sed in aridis siccisque ramis continuè gemit. Unde habemus expressam illam, paulo ante ad hoc propositum insinuatam sententiam, seu potius exhortationem, quam S. Gregorius Nyssenus nobis hisce verbis proponit: *Offiramus etiam nos ad superum altare, tanquam par turturum, animi & corporis puritatem.* Quam etiam interpretationem Lyranus hisce verbis sequitur: *Par turturum, id est, castitatem mentis & corporis.*

3. *Aut duos pullos Columbarum.* Notandum hic est, quod Evangelista non dicat illos obrulisse columbas in ætate perfecta, sed pullos eorum adhuc teneros. Hujus autem mysterium supra tetigimus, in sententia Carthusiani: *Ad innuendam, quod lascivia Deo displiceat, Columba enim in ætate matura lascivæ sunt, castissimæ autem in ætate tenera.* Porro in hisce columbis variæ à sacris interpretibus moralitates considerantur, Beda & Ambrosius à Glossa citati, dicunt: *Columba qua in grege conversatur, activam vitam significat, Turtur autem, ut diximus, vitam denotat contemplativam. Et quæ utraque hostia accepta est Deo, consulde utraque avis oblata est pro Domino.* *Qui clauso ostio Patrem orat in abscondito, turturum offert; qui compæris operis quarit, columbam ad altare portat.* Petrus Blefenus circa columbam, considerationem quandam instituit, quam ipsamet experientia affatim demonstrat: *Columba quadam ad colli mutationem, mutant etiam colorem; alius enim apparet color in collo, si vergatur in laevam, & alius cum in dexteram; hinc etiam à collo quidam existimant dictam columbam, sic & contemplativæ loco & tempore omnibus omnia fiat ut Christo crucifaciat.* Columba etiam mansueta esse noscitur, unde Christiani mansuetudinem ad vivum representat: *Columba est animal mansuetum: sunt verba S. Cyrilli. Et Guericus Abbas insuper scribit: Felle caret, rostro non ladit.* Talis factus est erga nos Salvator, inquit S. Cyrillus, mansuetudinem perfectè colens. Hanc columbam nos quoque imitari debemus, inquit Guericus, *Columba felle caret, & nos illa careamus, quæ peccare nos facit; rostro non ladamus, sed percussi in unam maxillam, aliam prebeamus.* Lyranus aliam nobis Columbae proprietatem adducit, dicens: *Sunt avis in prole sæcunda; In quo nos docent, quod operibus nostris erga Deum esse debeamus sæcundi.* *In cavernis peccatorum nificat:*

In Luc.

Serm. 1
de pur.Serm. de
pur.In Cat.
D. Th.

Serm. 5.
de pur.

discat: Ita Guericus: qui insuper ut nos, qua in re illa nobis imitanda sit, instruat, mox subiungit: in suda plagarum Christi refugium habemus: alios pullos nutrit, & nos alios pullos nutriamus, facientes verbo predicationis, de filiis Diaboli, filios Dei, iuxta fluentia manet, ut visa accipitris umbra fugiat; nos iuxta hunc mortalitatis fluxum sedentes, umbram accipitris, hoc est, peccata, qua sunt umbra Diaboli, malorum ruinas considerantes, ab ejus unguibus fugiamus. Meliora grana eligit: & hanc quoque proprietatem nobis applicando, dicit: Meliora grana eligamus, id est, meliores sententias in scripturis sanctis. Gregatim volat, unum consersum in bono, in congregatione sub uno pastore habentes. Totum istud est continuus quidam Guericci Abbatis discursus. Verum enim vero advertendum est, quod si turtures fuerint, sive columbae, utrarumque oblatio ex duabus consistere, Aviculæ dua (inquit Petrus Blesensis) dua sunt hominis partes, anima & caro; sit anima simplex & innocens, sit caro immaculata & continens. Verantamen si mea hac in re sententia mihi dicenda esset, vix video, quid opus fuerit, ut virgo columbas offerret, aut turtures, quando ipsa agnum Deo offerebat? Id quod sanctus quoque Bernardinus optime consideravit, qui propterea virginem introducit dicentem: Hunc sola aves offero, quia solam agnum habeo, quem sine pudore concepi, sine gravedine tuli, sine dolore peperit, & cum plena virginitate Dominum & hominem parturivi.

Serm. 10.
ad c. 3.

Lev. i. 14.

Hom 7 in
s. 1. Exech

4. Ad præfens quoque propositum facit, si pro utilitate nostra in memoriam revocemus ritum hujus oblationis, in Levitico descriptum: Si autem de avibus holocausti oblatio fuerit, &c. Multæ etenim sunt caeremoniæ, prout in citato textu apparet, quibuscum hæc columbas vel turtures in sacrificium offerebant. S. Gregorius de ritu, retorquendi caput aviculæ versus collum: retorio ad collum capite, ita discurret: Nec immerito per caput mentem intelligimus; quia sicut caput corpus, ita mens actiones dirigit: sed caput ad

penulas retorqueri præcipitur, ut ea qua dicit, facias, & os ad opera conjungas. S. Bruno in hoc sacrificio, quod in Levitico describitur, delineatam vult esse oblationem, qua quis Deo semetipsum offert in statu perfectionis. Adferre etenim columbas vel turtures, est promittere integritatem corporis & animæ in divino servitio, & in bonis propositis stabilitatem & perseverantiam Caput columbæ, vel turturis versus collum retorquetur, ut per hoc ei, qui se Deo dedicat, insinuetur, ut inclinatio capite incedat, quod est signum humilitatis. Necessaria enim est humilitas, mortificatio, sui que ipsius contemptus. Deo currere faciet sanguinem super crepidinem altaris. Per altare cor intelligitur, peccata verò per sanguinem, ac proinde monemur, quod viva nobis in mente habenda sit peccatorum commissorum memoria, ut de illis doleamus, veramque agamus poenitentiam, prout David dicebat. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco peccatum meum contra me est semper. Vesiculam gutturis projicit quia refecanda a nobis est omnis gloriæ delectatio: Auferatur ei vesicula gutturis ubi cibum reponere solebat, ut discat amodo jejunare, qui prius crapulam dabat. Plumas projicit ad orientalem plagam. Per plumas abjiciendas affectus significantur ad bona terrena, quas ad Orientalem plagam projicit, ut post dorsum eas habens, earum amplius non recordetur; quia enim semper ad occasum & ad finem tendimus, Orientalem plagam quasi post dorsum habere debemus. Confringet ascellas ejus. Quod quidem S. Bruno eodem in loco ita interpretatur: Quia vagandi licentia tollitur, & loci propositique stabilitas imperatur, sed non penitus absconduntur; quia si quando necesse fuerit, pro loci utilitate, adhuc iterum volare permittitur. Est hic merus discursus hujus sancti de hoc testo, qui tandem concludit: Felices illi qui turtures & columbae sunt.

Ser. de pur.

Qui dignus esse vult, ut Divinum Infantem recipiat, virtus sancti Simeonis Senis imitari debet.

DISCURSUS QUINTVS.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans, &c.

Lucæ cap. 2.

Evangelista in præsentī Evangelio, in delineandis ad vivum S. Simeonis Senis virtutibus & specialibus prærogatiis, totus diffunditur; cum tamen potius intentus esse debuisset, ad describendum nobis Purificationis B. Virginis mysterium, absque eo, quod alio calamum suum diverteret. Veruntamen, non sine ratione id ipsum fecit, respondet facer quidam interpret. Primo quia sanctus hic vir Salvatoris laudes annuntiare, eumque benedicere debebat. Secundo quia *Christum in manibus erat gestaturus*, inquit Didacus Stella. Porro lumina & Cere, quos in Processione portamus, Filium Dei devorant, de quo dicitur: *Lumen ad revelationem gentium*. Ut igitur eum non prorsus indignè portemus, imitandæ nobis sunt boni hujus & decrepiti seniculi specialissimæ dotes & virtutes, quas in præsentī discursu, evangelico textu duce, exponemus.

2. *Et Ecce homo*: Dionysius Carthusianus ait: *Dignus fuit homo vocari, quoniam ratiōnabiliter, id est, sapienter virtuosèque vixit*. Etenim præcipua hominis portio, ratio est, unde quando aliquis conformiter dictamini rectæ rationis vivit, virtuosè semper vivit: at verò si huic, ipsa quoque Divina gratia accedat, dici non potest quantum ipsa virtus accrescat. Porro Albertus Magnus super illam dictionem *homo*, aliam quandam fecit ponderationem. *Debemus esse*, inquit, *homines per mortalitatis nostræ recognitionem. Quænam obsecro causa fuit, quod primus homo Deum amiserit? quia hominem se esse oblitus fuit,*

seque Deum fieri posse præsumpsit. Enimvero ut Deum tibi concilies, eumque cordi tuo adstringas nullum est potentius medium, quam si ad corporis nostri fragilitatem sæpe reflectas, atque ideo astutus ille serpens, ut Adamum à Deo separaret, eumque cælestibus thesauris spoliaret, ei, quod nunquam moriturus esset perluadere est conatus. *Nequaquam moriemini* Furtim demis mortis terrorem (inquit S. Basilus) *ut legis munimenta deprædetur*. Porro si ita est, ut paulò anse diximus, quod candela, quam hodie deferimus, Christum nobis repræsentet justum est, ut recorde n'ur, quod tam figura quam figuratum, in hora mortis nobis aderunt, illa quidem ut ardeat, hic vero ut Judex noster existat, quod ubi studiosè meditati fuerimus, utique innocenter vivere studebimus:

3. *Erat in Ierusalem*. Non sine mysterio, S. Lucas Simeonem, in Jerusalem commoratum fuisse dicit, sed ad instructionem nostram, quod scilicet *debemus morari* (inquit Albertus Magnus) *in Ierusalem, per internæ pacis conservationem*. Porro in vitis Patrum de quodam, ex sanctis illis Monachis, narratur, eum semper visum fuisse lætum & hilarem, cujus causam interrogatus, respondit: *Christum à me tollere nemo potest; etenim dum anima aliqua sedem suam in Hierusalem figit, id est, quando pace & serenitate fruitur bonæ conscientie, Dei Filius ab eo nequit abesse*. Guericus Abbas de S. Simeone dicit: *In pace factus est locus ejus, & iustitia & iudicium præparatio sedis ejus*. Et tandem concludit: *Quia huiusmodi pallis thalamum adornavit, ideo Christus cum multa suscipere gratia dignus fuit.*

Serm. 2.
de pur.

Ser. 3. de
pur.

1a Glosf.

fuit. Vel etiam cum S. Ambrosio illud in Ieru-
salem explicare possumus, ut idem sit esse in
Jerusalem, quod conversationem habere cum
caelestibus. Date mihi aliquem, qui sit ejusdem
virtutis cum Apostolo, qui dicebat: Con-
versatio nostra in caelis est, talis utique non erit
Simeone minus fortunatus, Christumque cor-
didicio, non minus quam Simeon astringet.

Pbil. 3. 20.

4o Cui nomen Simeon. Albertus magnus, hu-
jus nominis Ethymologiam pnderans hanc
inde elicit moralitatem: Simeon est. Idem
quod audiens morerem, & significat illos, qui
viscerosa compassione audiunt pauperes mor-
rentes & clamantes: Adducitque hunc Jobi
textum, in quo sancte gloriabatur dicens: Fle-
bam super eo, qui afflicti erat. & compatiaba-
tur anima mea pauperi. Hi autem, qui misero-
cordiae operibus dediti sunt, & compassi i
erga proximos suos, praecunetis aliis Christo
occurrunt, qui protestatur dicens: Quod uni
ex minima mea fecistis, mihi fecistis.

Serm. de
pur.

5o Et homo iste justus. Dionysius Carthusia-
nus ait: Fuit etenim justus, prout justitia est
virtus specialis, videndo unicuique quod est
suum: fuit enim justus, utpote omni virtute
ornatus. Expositor quidem de eo scribit: Erat
sobrius & castus prudens & fortis in vincen-
dis, carnis & demoni tentationibus. Guericus
Abbas senectutem ejus, per cumulum quen-
dam virtutum, interpretatur, dicens: Quan-
quam senem quoque istum, sicut Abraham,
cum dicitur plenus dierum, libentius accipiam
plenum virtutum quam temporum. Porro S.
Joseph, qui pater putativus Christi fuit, qui
cum, uti est verisimile, in brachiis suis sapius
tulit, eodem quoque titulo justus à Spiritu San-
cto denominatus fuit: Joseph autem vir justus,
cum esset justus. Unde colligitur, quod omni-
bus virtutibus Christianis dotatum esse, coele-
sti huic infanti calcar quoddam seu invitamen-
tum sit, ut sese animae nostrae brachiis inserat
& insinuet.

Ecc. 7. 20.

6o Et timoratus. Nimirum in adimplerione
non solum praecceptorum, sed etiam consilio-
rum exactus erat, magnisque passibus in via
perfectionis ambulabat; siquidem: Qui si-
mei Deum, nihil negligit. Et Beda scribit: ubi
est timor Dei, ibi est regnum Dei & sanctitatis.
Author quidam circa illam dictionem: timo-
ratus dicit: Laudatur Simeon, quod toto vita
sua curriculo Dominum timeret. Idque ex fe-
licitissimo fine conjicit quem habuit, citans il-
Mansi Sandmaris Tom. 6.

In Prov.

10. Arbo-
res.

lud Ecclesiastici testimonium: Timenti Deum
bene erit. Et in die consummationis sua benedi-
citur à Domino, unde etiam idem Ecclesiasti-
cus optime monet dicens: si non timere Do-
minum tenuerit te instanter, cito subvertetur do-
mus tua. Hic timor in via perfectionis sanctum
Jobum magnis passibus ambulare fecit, qui di-
cebat: Vereor omnia opera mea. Enimvero
dona, quibus Messias replendus erat, Isaias
clare praedixit, dum ait: Requiescat super eum
Spiritus Domini, spiritus sapientia & intelle-
ctus. Spiritus consilii & fortitudinis, spiritus
scientiae & pietatis, ac tandem hoc timoris do-
num ultimo loco reponit: Replebit eum spiri-
tus timoris Domini. Id quod Petrus Cellensis
oblevans scribit: Quasi enim custes super in-
numerabiles gazas. Sic timor in ultimo charis-
matum ponitur ad conservandas innumerabi-
les gratias. Memorandum quoque est, quod
Deus noster, pro salute generis humani, in ter-
ram hanc descendere volens, expressè pro-
testatus sit, quod oculos suos praecipue su-
per timoratos defixurus esset, atque ideo in
brachia hujus sancti senis collocari se per-
mit. A quem respiciam, nisi ad paupericulum
& contritum spiritu, & trementem sermones
meos?

Cap. 27. 10.

Job 9. 29.

Isa. 11. 26.

Lib. de poe-
niti. c. 14.

Isa. 66. 2.

7o Expectans consolationem Israel. Marti-
nus del Rio, in sermone quodam de hoc festo
dicit, Simeonem centum & tres annos vixisse,
ac proinde imaginemini vobis, quam ipse ex-
pectando patiens fuerit. Qui perseveraverit in
bono, merentur salutem aeternam, & digni,
ad quos veniat Salvator. Qui perseveraverit
usque in finem, hic salvus erit. Quot oratio-
nes, quot poenitentiae, quot actus amoris divini
elicit sunt, intra curriculum centum & pluri-
um annorum? sustine sustinere orationes Dei, mo-
net Spiritus Sanctus. Quem autem fructum
inde consecuturum esse promisit, conjugere
Deo & sustine, ut crescat in novissimo vita
tua. Id quod ad unguem in casu nostro adim-
pletum fuit? credibile enim est, quod sanctus
hic seniculus annis graviter onustus, & decre-
pitus existens, haec verba per sepe ore suo pro-
tulerit: Et nunc quae est expectatio mea? Non
ne Dominus? Neque credendum est, quod
temporalem regni Israelitici restorationem
expectaverit, quo sensu Apostoli Christum in-
terrogarunt: Quando restitues regnum Isra-
el? Non eam (inquit S. Gregorius Nyssenus)
Israelis consolationem qua ad bonam famam & occursum
existit.

T

axiffimationem, magnamque gloriam atque splendorem pertineret, operiebatur, sed re ipsa veram nempe traductionem ad pulchritudinem veritatis. Unde admirabilis erat hujus viri sancti in hoc puncto pietas & charitas, siquidem non in hoc querebat, quæ sua erant, & charitatis enim inter alia encomia hoc habet, quod non quarit quæ sua sunt. Describitur pietate flagrans (inquit Cajetanus) erga commune patria bonum. Non quarens quæ sua sunt (scribit alius quidam facer interpret) sed aliorum sitiens salutem, gratiam, consolationem, & redemptionem Israelitici populi. Enimvero certissimum est, quod Deus nullibi inveniatur nisi ubi hæc charitas & hic amor suus est; quia Deus charitas est: qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

8. Et Spiritus sanctus erat in eo: Albertus magnus in hunc locum dicit: Spiritus sanctus esse debeat in nobis per omnimodam vitæ puritatem. Amat etenim hic sponsus cœlestis puritatem & castitatem. Mundus est spiritus, inquit Albertus nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sanctus autem noster fenex vitam semper duxerat innocentem & immaculatam, sanctus venerabilis est, inquit Guericus Abbas, non diuturna, neque annorum numero computata; cani sunt enim sensus hominis, & atas senectute vitæ immaculata: si hæc utique senectute Simeon non consensisset, nunquam coronam sermō sapientiam Dei, Christum meruisset. Qui continentem vivunt, digni sunt, qui divinam hunc infantem in sinu suo dulciter stringant. S. Apostolus, postquam Corinthios ad hanc virtutem sectandam animasset dicens: Qui fornicatur, in corpore suo peccat, an nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo? Postea vero subjungit: Portate Deum in corpore vestro, quasi dicere vellet, quod, si puri & mundi fuerimus, tunc sperare possumus, quod verbum incarnatum intra brachia nostra amplexari valeamus. Verum enimvero, invocandus nobis est Spiritus Sanctus, idque vel maximè hæc verbis: lava quod est sordidum, ut prius sinus noster mundatus sit & purificatus, quam illum in eodem stringamus, qui est candor lucis aeternæ & speculum sine macula. Verum elien nihil est vetius, quam quod major pars Christianorum, hoc tempore vel maximè, frænum sensuali-

tati relaxat, & tot lasciviis ac dissolutionibus Deum nostrum à se repellat. Porro Lyranus in laudem ejusdem S. Simeonis dicit: spiritus sanctus erat in eo, quantum ad gratia plenitudinem, quia non solum habuit gratiam justificantem, prout habetur communiter à justis, sed etiam quantum ad illuminationes & consolationes divinas speciales. Alius quoque Scriptor insuper inquit: Habuit hic beatus fenex Spiritum sanctum, habitatorem, Doctorem & ductorem: qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei.

9. Et responsum acceperat à Spiritu sancto. Ex hoc facile deducitur, quam fervens in oratione fuerit; quia Lyranus ad prædicta verba per modum glossæ addit: in orationibus suis de votis ad Deum. Et quidem verisimile est quod frequentia habuerit cum Deo colloquia, & quod à Deo honoratus fuerit continuis visionibus, illustrationibus, & revelationibus cœlestibus, tanto magis, quia edoctus fuerat à Spiritu sancto: non visurum se mortem, nisi prius videret Christum &c. Similiter ex hoc modo loquendi Evangelistæ, qui valde mysticus fuit, nonnullas alias ejus virtutes evincere possumus. Didacus Stella: Observandum, quod non dixit illum non esse moriturum, si videret Christum Domini, sed quod non esset mortem visurus, donec videret Christum Domini. Differentia autem utriusque hujusmodi loquendi hæc est: Aliud est enim videre mortem; & aliud à morte videri. Ille mortem videt, qui illum in vita considerat, & ille etiam videtur à morte, qui sine ejus consideratione repente in vadit & capitur ab eodem. Qui aggressorem prius videt, facile evadit imminens sibi ab eo periculum, & feroces ejus insultus, & nonnunquam talis primus est, qui ipse met aggressori mortem infert, quod si autem illum non praveniat videndo, tunc nihil est facilius, quam quod succumbere debeat. Citatus autem Scriptor, similitudinem istam casui nostro applicat dicens: Admiranda virtutis homines, dum huiusmodi compagibus constriti tenentur, mortem inconfessa consideratione, assiduæque meditatione invadunt, & ita cum ferre quotidie venientem prospiciunt, quod si aliquando ab ea invaduntur, ipsam vulneratam relinquunt: nam licet moriantur, eorum mors vivere est. S. Simeon oculos

2. Cor. 13.
15.

In Luc.

10. Arbore
sensu.

Serm. 3.
de pur.

1. Cor. 6.
10.

oculos suos semper in mortem defixit, & ideo in veram vitam incidit.

Tom. 3. ff. 41. 10. Nisi prius videret Christum Domini. Salmeron, quod homines communiter longævam ducere vitam desiderant: ut vel ditiores fiant, vel ut liberos procreent, vel quo suis cupiditatibus potiri valeant; hic tamen in hunc finem sanctissimum vitam sibi prorogari efflagitabat, ut semel illi liceret, illum corporis oculis

cernere, quem oculis fidei, cum fatibus eum aspexerat. Enimvero S. Paulus Christum habebat in corde: Quis nos separabit à charitate Christi? Quo autem modo id ipsum obtinuit? Mihi vivere Christus est, id est, nullum alium finem vitæ meæ habeo, nisi ut solum Christum amare, eique servire possim.

Rom. 8. 39. 11. Et venit in Spiritu in templum. Origenes dicit: Non fortuito ac simpliciter ingressus est templum, sed venit in Spiritu Dei: quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Spiritus igitur sanctus eum duxit in templum. Tu quoque sis vis tenere Iesum, & amplectari manibus, & dignus fieri exire de carcere, omni la-

Hom. 15. ad Luc. bore nitere, ut duces habeas Spiritum, vniusque ad templum Dei. Demum verò idemmet Doctor prosequitur: Ecce nunc stas in templo Domini Iesu, hoc est, in Ecclesia eius, hoc est templum de viis lapidibus constructum: stas autem in templo Domini, quando vita tua & conversatio fuerit appellatione ecclesia dignissima. Quotiescunque igitur per institutum Spiritus Sancti Ecclesiam adierimus, id est, ad fundendam orationem, ad assistendum sanctis sacrificiis, ad verbum Dei audiendum, ad recipiendum Sacramenta, ad divina officia celebranda vel ex motivo alterius cuiusdam devotionis, tunc Christum nos invenisse & nobiscum habere persuadere nobis poterit. us: Nequaquam verò, si templa, ob fines temporales, frequentemus, nimirum ex hypocrisis, ex curiositate, ut videamus & videamur, ob vanam gloriam, ob fortunæ incrementum, ob interelle redituum Ecclesiasticorum, vel ob alios similes indignos fines, tunc enim potius, ne Christum amittamus, timere poterimus.

Devoti exponuntur S. Simeonis affectus, quibus Christum inter brachia sua suscepit. Quod beneficium idemmet Dei filius nobis contulit, dum nobis illum pluribus modis, præcipuè verò in Eucharistia recipere concessit: deque præparatione ad hujus receptionem necessaria.

DISCURSUS SEXTVS.

Accipit eum in ulnas suas. Luc. c. 2.

Jer. 33. 24. **E**cce tibi Deum illum, cujus immensitati ipsamet cælorum sphaeræ angustæ sunt: Quem cæli capere non possunt. Cælum & terram ego impleo, hunc inquam inter brachia senis cuiusdam constructum certinimus. S. Cyrillus Hierosolymitanus ait: Qui detinet omnem terram pugno, ulnis capitur senis, atque portatur, qui fert omnia verbo vir-

tutis sua. Ac proinde optime adaptari possunt verba illa S. Fulgentii ad Mariam directa: In angusto corporis gremio sustinuit, quidquid sustinent cæli. Porro ex Cantico, quod composuit & recitavit, scilicet: nunc dimittis servum tuum Domine, facile in notitiam devenire possumus, quantum, priusquam ex hac vita decederet, Deum videre concupierit; atque ideo ignea ejus desideria cum adeo singulari & eximio privilegio Salvat. dignum

Ser. 18. de
temp.

dignum, effecere: S. Augustinus dicit: Hoc illi concessum erat tam decrepito, quod si desideranti & suspiranti, & dicenti quousque in orationibus suis: quando venies? quando nascetur? quando videbo? putas durabo? putas, hic me invenies? putas, isti oculi mei videbunt per quem cordis oculi revelabuntur? optimè quocirca magnam illam promeritus est promissionem: Non visurum se noxam, nisi prius videret Christum Domini.

2. Quis aurem imaginari sibi poterit, qualis fuerit ejus læticia & júbilus, dum ei concedebatur cognoscere, adorare, & stringere in sinu suo pretiosissimum illud pignus Paradisi? Priusquam templum ipsum attingeret (inquit S. Methodius Martyr) intelligentia oculis, velut exira se subvolans, ut si jam haberet, quem diu desiderasset, praesenti voluptate gessit. Affectus quoque sancti hujus senis, nimirum reverentiam, & devotionem meditatur dicens: totus in desiderio, totus in spe, totus in læticia fuit. S. Augustinus eum suam renovasse juventutem dicit: agnovit infantem senex, factus est in puero puer, innovatus in aetate, qui plenus erat pietate. Lucas Burgenfis etiam hanc eandem devotionem admiratur, dicens: Non contentus credidisse & vidisse, in narrabili per se gaudio, accepit eum in ulnas, nec se continuit, quin summo pietatis & amoris affectu amplecteretur & oscularetur. Dionysius

Cartusianus, horam affectuum expressione, ulterius progreditur, dicens: Affectuosissime, devotissime, reverentissime, ac jucundissime accepit eum in ulnas suas, hoc est, inter brachia sua, quamvis se conspectu sancti sanctorum putaret indignum. Mox tamen eum exculat dicendo: Vehemens amor rationem devicit & ad unionem amplexumque impulit. S. Bonaventura infantulum hunc in sinu senis constrictum considerans, sacrorum Canticorum verba eidem adaptat, dicens: Fasciculus myrrha, dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Dicitque ulterius, sanctum Senecionem, consilium in sacris Canticis egressum, adimplere voluisse, nimirum: Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, imo super duo brachia tua, ut ostendat, quod fortiter comprehendendus est: inveni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Guericus Abbas, Deum nostrum in scriptura ignem denominari consi-

derans: Deus ignis consumens est, nec non quod senes calore opus habeant, dicit: Hujus ignis vim Simon non ignorabat, qui in sinu suo eum portare gaudebat, quanto salubrius & suavius ignis iste senem nostrum calefecit, quam Regem David Absay Sanamitis. Denique discursum suum ad Simeonem convertens ait: Aplectere O beate senex sapientiam Dei, atque recalescant & recalescant quasi de novo, sensus tui, astringe uberibus tuis misericordiam Dei, & erit senectus tua in misericordia uberi. S. Ildephonsus ex hac historia, allegoricum quoddam eruit mysterium, dicens: Mystice sanctus iste senex mundum designat, quasi longo senio & gravi jam aetate declivem: accepit ergo puerum senex, Christum in ulnas, quia mundus in ultima sua aetate Dei filium incarnatum accepit, & ab eo vetustate peccatorum exutus, in novam Christianam religionem infantiam est regeneratus.

3. Verum enimvero animadvertendum est, virginem, filium suum in brachiis suis, portantem, nec non & S. Josephum in omnium aliarum matrum, Purificationis causa eo confluentium, turba ibi substituisse. Verum unde aut quo modo S. Simeon inter omnes alios hunc esse Messiam tantopere à se desideratam recognovit? utique id ipsum ei non indicavit per stellam sicuti Magis: non per Angelum uti Pastoribus: non per vocem Patris, & aperturam caelorum, prout se manifestavit S. Joanni Baptista in Jordane: neque caliginosis & obcuris oculis ejus signum aliquod divinitatis representavit, & tamen eum presentem protinus agnovit. videte (sunt verba S. Bernardi in proposito de tribus Regibus Magis) quam oculata sit fides; quam lynceos oculos habeat, diligenter considerate; cognoscit Dei filium lactentem, cognoscit in ligno pendentem. Latro eum filium Dei esse agnovit, dum sanguine maderet in brachiis suis. Hic autem sanctus Senecio eum accepit & agnovit, inter brachia sua, tanquam Filium Dei, dum adhuc lactens esset: Lucas Burgenfis ait: Inter multos credibile est puerulos, qui aderant praesentes cum matribus suis, ut Domino sisterentur, Simeon perspicacissimis fidei oculis agnovit Iesum Maria filium, esse Christum, praesertim Spiritu S. revelante auriculam ejus, & dicens: Ecce Christum, cujus visum ante mortem promisi tibi. Quam beati (inquit S. Gregorius

Ser. 2 de
Epi.

Nyf.

Ser. 1. de
pur.

Serm. de
occurſu
Domini.

Nyſſenus ad S. Simeonem) oculi tui, animi ſi-
mal & corporis in quidem, quod viſibilem ap-
parationem Dei perceperunt; illi vero qui non
id, quod videtur, ſolummodo intuiſi ſunt, ſed ip-
ſo ſpiritu lumine illuſtrati. etiam in corpore,
Deum verbum agnoſcerunt. S. Cyrillus Hiero-
ſolymitanus fidem vivificantem admiratus ait:
Puellum Deum quadraginta dierum, & ſaculis
natiu maiorem, parvum puellam, & antiquum
dierum, puellam lactentem, & ſaculorum facto-
rem; infantem videtur & Deum meum agnoſco;
infantem lactentem, & mundum perpetuo alen-
tem; infantem ejulantem, & mundo vitam &
gaudium largientem. Hæc fides intensiſſimo
hunc Dei filium videndi deſiderio conjuncta,
ſuperabundanter remunerata fuit, quando ac-
cepit eum in ulnas ſuas. Salmeron dicit: Nihil
non audeſt charitas, & plus accipit quam pro-
miſſum eſt. Qualis autem erat illa ei facta pro-
miſſio? Non viſurum ſe noriem, niſi prius viae-
ret Chriſtum Domini, & dignus factus eſt, ut
contractaret Meſſiam, ut poſſet dicere cum Apo-
ſtoliſ & manus noſtra contractaverunt de ver-
bo vita. Et autem qui potens eſt (ſcribit S. Paulus
ad Ephēſios) omnia facere ſuperabundanter
quam petimus. Ad contrariam mundi conſue-
tudinem qui multum promittens modica præ-
ſtat. Inſuper conſiderandum eſt, quod divinus
hinc infans in Jeruſalem contendit, ut ſanctū
hunc lenem ibidem offenderet. Magi dome-
darios habebant, atque in iis minori cum in-
commodo iter ſuum abſolvere poterant. Pa-
ſtores in Bethlehemiticis confinibus habita-
bant, ideoque iis cito Chriſto adreſſe facile e-
rat. Hic autem decrepituſ erat, neque in Beth-
lehem ad Chriſtum querendum abire poterat:
Unde filius Dei intensiſſimum quo tenebatur,
ſe videndi deſiderium probe noſcens, ſeſe ejus
infirmiſſi clementer accommodat, ideoque
vadit ad ipſum, & quia ſciēbat, quod deſidera-
ret ad minus ſe videre priusquam moreretur,
ideo ſe ei non ſolum videndum exhibet, ſed
brachiis quoque ſuis & ſinu ejus ſeſe ingerit:
Accipit eum in ulnas ſuas

Tr. 42. c. 3.

Epb. 3. 20.

In Luc.

4. Albertus Magnus ſuper Ly ulna ingenio-
ſam quandam ponderationem inſtituit: Ulnas
dicitur non brachia, quia licet ulna & brachia
idem ſint, tamen ulna eſt nomen brachii, prout
meſurat, brachium autem, prout eſt pars cor-
poris abſolutū. Unde hanc eruit moralitatem.
Quis accipit Jeſum meſurando accipit, quia
Matth. 25. dat unicuique ſecundum propriam

virtutem I. Cor. 3. unusquisque propriam mer-
cedem accipiet ſecundum ſuum labor. magis alme
rou verò dicit: Accipere in ulnas eſt operibus bonis
quærere Jeſum id eſt, ſalutem. Etenim noſtra
felicitas eſt, quod non habeamus cauſam S. Si-
meoni invidendi, quando & nobis quoque fi-
lium Dei variis modis pectori noſtro adſtrin-
gere conceditur. Et quidem unum ex his mo-
dis docet nos Eufebius Emiſſenus dum ait: Qui
vita extinguit in carne, qui Chriſti virtutibus
habitaſculum procurat in corde, Chriſtum por-
tat in corpore. S. Auguſtinus optime conſiderat
in qualibus brachiis cœleſtis, hic infans poſitus
fuerit, dum ait: Non elat. ſ. non ſuperbos, ſea hu-
miles & mites coll. gebat. Porro ſacri expoſito-
res ſingulariſſimam hanc Simeonis prærogati-
vam valde admirantur. Lucas Bugenſis dicit:
Tantum theſaurum nulli unquam clariffimorū
Regum, aut potentiſſimorum Monarcharum
contigit portare manibus: Qui: cœlo terraq; non
capitur, ait Beda, grandæv. hominis geſtatur
totus in ulnis. Verum enimvero, ſi rem hanc
penitus conſideremus, nos divinum hunc the-
ſaurum longe ſtrictius & arctius quam Simeon,
nobis adſtringere poſſumus, utpote qui in-
ter brachia ſua duntaxat eum accepit. Audite
Guerricum Abbatem hac de re ſcribentem,
Cum ſuſcipiens eum in ulnas ſuas, adſtringeret
eum uberibus ſuis, & geſt. ret includere, ſi poſſet,
in intimis cordis ſui. Quod igitur ab illo im-
petrari non potuit, cuiſlibet noſtrum conſeſſum
eſt dum in ſacra communione eum intra vi-
ſcera noſtra recipimus, adeo ut unum idemq;
nobiscum fiat: In me manet & ego in eo. Porro
Chriſtum viſibiliter tetigiſſe aut vididiſſe, maio-
rem nequaquam gratiam aut conſolationem
interiorem adfert, quam ſit ea quam quavis
anima recipit, quæ ad id ſe dignè diſponit. Imo
ipſimet Apoſtoli tunc pridem plenitudinem
Spiritus ſunt allecuti, quando ſacraſſima
Chriſti humanitas ab eorundem oculis ſe ſub-
traxit, adeo ut poſt Aſcenſionem longè capa-
ciores facti ſint donorum cœleſtium. Unde
Guerricus ait: Adeo plus eſt Jeſum corde conſi-
pere, quam oculis videre & auribus de ipſo au-
dire. Obſervandum eſt autem, quod quando
Chriſtus etiamnum paſſibilis erat, eminentem
quandam in hoc ſancto viro ſanctitatem præ-
exegerit, priusquam ſe inter ejus brachia con-
ſtringi permitteret, prouti jam diximus. Unde
Didacus Stella argumentum deducit puritatis
illius, quam nunc, quando impaſſibilis & glo-

Hom. 1. in
Nat. Do-
mini.

Serm. 18.
de temp.

Serm. 1. de
pur.

Serm. 1. de
reſur.
Dom.

riofus degit in cœlis, in iis exigit, qui cum manibus suis contrectant, aut quibus in Sacramento altaris est utendus: *Expende igitur & tu, quàm sanctus purusque debet esse Sacerdos ille, qui Christum fere quotidie manibus mentisque tractat nempe iustus, & timoratus, & Spiritu sancto plenus.* Enimvero S Simeon gaudens mortuus est, prouti ex ejus Cantico deduci potest: *Nunc dimittis, &c. idq;*, quia Christum secum habebat. Godfredus Abbas ait: *Vidit Simeon corporali intuitu Christum in carne, & corporaliter habuit presentem & nos obtutibus mentis & fidei illum in suis Sacramentis videmus manentem in nobis & operantem; nã nisi quisque ante mortem corporis, Spirituali gratia carneret & haberet Deum, morte damnaretur æterna.* Porro in Missæ introitu hæc verba legi audivimus: *Suscipimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* In quibus verbis Ecclesia ad eam comparationem alludit, qua hodie Deus misericordiarum ad utilitatem nostram in medio templi Hierosolymitani dignatus est comparere: Veruntamen & nos quoque, quando communicavimus & sumpsimus Deum nostrum: in os nostrum, dicere possumus; quod misericordiam ejus in medio templi sui, quod sumus nos, id est, in medio corporis nostri suscepimus. *Templum Dei, quod estis vos,* inquit Apostolus. Verum ehem, quot sunt & alii modi, quibus pietatem Dei in Ecclesiis recipimus. Tunc nimirum quando ab omnibus culpæ inaculis in baptismo abluimur; quando nobis peccata nostra in Sacramento penitentiae remittuntur; similiter in prædica-

tionem verbi Dei, in orationibus, in inspirationibus internis. Unde Guerricus Abbas dicit: *Non solum autem Mater Ecclesia in audiendo, sed multo magis mater gratie in orando, puerum tibi dabit amplectendum, si mox frequens & devotus orator venias in templum, ut dicas quotidie Deo: Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.* Quem enim Ecclesia prædicans offert auribus, gratia illuminans infert cordibus, eo utique præsentior & sincerior, quoniam nudam veritatem puris tradit sensibus; veritatem utique qua est Christus. S. Bernardus in Sermone quodam de hoc festo ait: *Medius vestrum stat, o miseri quem vos nescitis, Thefaurum illum inestimabilem, quem in pectore nostro possidemus, non æstimamus, cum sit longè præstantior, quam si illum quis cum Simeone inter brachia portet. Quam parum hoc à nobis cogitatur? & ideo quàm modica cum præparatione illum suscipimus?* Hugo de S. Victore ait: *Venist ad templum sanctum suum; templum Dei sanctum est, quod estis vos Ipse namque ad nos venit, ut nos mediante gratia sanctificet: Veruntamen inquit hic Author: Ad hoc templum venit Dominus diversis modis; venit enim per creaturarum contemplationem; venit per scripturarum lectionem; venit per miraculorum operationem; venit per interuam inspirationem; venit per adversitatem; venit per prosperitatem; venit comminando mala; venit promittendo bona; venit mala auferendo; venit bona conferendo; venit per cognitionem veritatis, venit per amorem virtutis.*

Sev. de
purif.

Sev. 2. de
purif.

Serm. 42.



De immaculata Mariæ cum humilitate ejus conjuncta puritate, ob quam etiam magis magisque resplendit.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi. Lucæ cap. 2.

1. **E** Vangelista, ejus calamus à Spiritu sancto regulabatur, de Purificatione Mariæ tractaturus, non sine mysterio hæc verba subjunxit: *Secundum legem Moysi. C. uens crimen blasphemiae* (inquit Albertus Magnus) *addit secundam legem Moysi, quasi dicitur, in se quidem non indigebat purgatione, secundam autem legem Moysi, quoad hominem oportuit fieri. S. Augustinus hæreticum quendam confutans, eidem exprobravit dicens: Stulte unde sordes in Virgine Matre, ubi non est concubitus cum homine patre? Unde sordes in ea, que nec concipiendo libidinem, nec pariendo est perpeffa dolorem? Quodnam desiderare possumus immaculatæ puritatis ejus testimonium efficacius quam sit illud, quod ei dedit Spiritus sanctus, Spiritus veritatis & sponsus illius, qui divino illo partu, quem hodie pectori suo adstringebat, eam fecundavit? Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Deum illam peperit, de quo scribitur: Candor est lucis æterna. Speculum sine macula. De ipsa quoque testificatur Spiritus sanctus sponsus ejus: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Enimvero hanc suam puritatem tanti aestimavit, ut à principio, Angelo se invitam, ad acceptandam Matris Dei summam dignitatem exhibuerit, & mansisset inuita, nisi prius Virginitatem ejus extra discrimen futuram esse asseruisset, licet alia ex parte de universali ageretur salute totius generis humani. Hanc enim renitentiam in-*

nuare voluit, dum Angelo objecit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Moyses vero ut intellexit: Spiritus sanctus superueniet in te, consensum tuum protrepidissime præbuit & dixit: *Fiat mihi, &c.* Acute nonnulli observarunt, quod quotiescumque tertia Sanctissimæ Triadis persona in antiquo Testamento nominata fuit, nunquam eidem epithetum hoc Sanctus attributum fuerit: bene tamen id factum sit in principio novi Testamenti; tunc enim & deinceps semper denominatus est sanctus, postquam virgineis Mariæ visceribus sese infudit, quasi per hoc infinitam, ut ita dicam, animæ & corporis Sacramenti sui sanctitatem & puritatem denotare voluisset. Multo autem minus purificatione indiguit ob partum, quem concepit & in lucem edidit: nam dictum est ab Angelo: *Quid ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei.* Præterquam. Fulgentius quoque dixit: *rexit partu integritas, & Virginitas ampliata est potius quam fugata.* Observat S. Bernardus Moysen, quando purificationis legem promulgavit, id ipsum, quod hodierna die accidit, prophético spiritu prævidisse: *Putas enim, inquit, quia diciturus, Moyses, mulierem, qua peperisset filium, immundam esse, non timevit super Matre Domini blasphemia crimen incurrere, & idcirco præmisit, suscepto semine, alioquin nisi parturam prævidisset sine semine Virginitas, qua necessitas erat de suscepto semine fieri mentionem? Verum enimvero dicat aliquis: cur igitur, quæ lege non comprehendatur, nec purificatione opus habebat, eidem tamen legi sese subjicere voluit? Audite quidnam idemmet Sanctus hac de re ad B.*

Serm. de laud. Mariæ.

Serm. 3. de purif.

Vir-

In Lucæ.

Lib. 5. de hæres. c. 5.

Luc. x. 35.

Sap. 7. 26.

Cant. 4. 3.

Virginem edicat: *Esto inter mulieres tanquam una earum, nam & filius tuus sic est in numero puerorum.* Circumcidi voluit, & non multo magis vult circumferri? A filio suo Mater exemplū accepit; hic etenim ex humilitatis instinctu circumcidi & in templo offerri voluit, sicut alii, atque ideo & ipsa vult purificari, sicut lex præcepit (inquit Hugo Cardinalis) *in tempore vera humilitatis.* Demum postquam ejus demiratus fuisset puritatem, profecit dicens: *Hæc est vera humilitas, quæ non vult humilitas prædicari, sed vult reuerari.* Atque ideo incognitam se aliarum Matrum immundarum, & purificatione egentium multitudini immiscuit, ut & ipsa hujus remedii indiga esse crederetur: *Et quamvis Virgo esset purissima, non reuult inter ceteras mulieres immundas recenseri.* O quã tunc beata Virgo commodè se ad alias mulieres Jerosolymitanas convertere, iisque dicere poterat: *Nigra sum, sed formosa, sicut ierusalem; id est, licet vobiscum immunda esse videar, meque communi purificationis legi submittam; sciendum tamen vobis est, quod gratia Dei pura & immaculata sum Virgo, utpote quæ non aliarum matrum instar concepi, quæque in hujus præcepti adimpletione me humiliando majus puritatis & candoris mihi incrementum adscisco.* *Mirabilem* inquit ad propositum humilitatis S. Bernardus *te apparere & contemptibilem reputare, hoc ego ipse virtutibus mirabilibus judico.* Idipsum nos quoque de Virginitate hodie à Virgine exarata, dicere possumus; ipsa namque adeo pura fuit, ut non solum purissimæ titulus ei adscribatur, verum etiam in ordine ad hanc eandem virtutem exprimentam, plures alii tituli eidem accrescant, adinuendum quod in gradu eminenti talis erat. Dicitur enim *Mater castissima, Mater inuoluptata, Mater intemperata.* Ac proinde quod hac sua excellentissima puritate non obstante, coram omnium oculis, velut Purificationis indiga apparere voluerit, insigne hoc est admirabilis humilitatis ejus testimonium. Et quidem verisimile est, quod sic humilis & contempta, cœlesti sponso, plus quam unquam hætenus placuerit, utpote qui oculos suos specialiter super humiles defigit. *Ad quem respiciam nisi ad pauperulum, & contritum spiritu.* Est auctor quidam, qui hisce verbis in ejus laudem utitur: *Pulchra sunt genera tua sicut turturis.* Et quidem similitudo hæc prima facie non videtur esse Virgini propria; siquidem hæc volucris

gemit, quomodo autem sponso placere possunt genera sponse suæ, gemebundæ & lachrymis intriguæ? Hieronymus dicit: *Turtur est avis pudicissima.* Et ob hanc proprietatem similitudo isthæc optimè proposito delervit. Verum insuper considerandum est, quod cum turtures gemant, pœnitentes propriè adumbrent, quales se matres illæ exhibebant, quæ hodie purificationis ritibus se exiabant; & ideo, ut alibi diximus, vel columbas vel turtures offerebant. Hæc autem pœnitentiæ virtus nullum in Matre Dei locum habebat, utpote quæ omnis maculæ etiam originalis experta semper remansit. Eam tamen ex instinctu humilitatis exterius demonstrare voluit, idem sacrificium pro peccato offerendo, quod omnes alii offerebant; & in hoc quidem, oculis Dei visa est esse pulcherrima, licet enim Deus omnes alias virtutes permagis æstimet; attamen hujusce virtutis humilitatis specialem se amatorem esse proficitur, siquidem ad hanc nos docendam venit in mundum. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

2. *Secundum legem Moysi* Solebant Matres, quæ sacrificium hoc offerebant & purificabantur, sacerdotis orationibus se recommendare. Atque ideo humilitas Mariæ mirabiliter eluxit, non solum offerendo sacrificium a lege ordinatum non obstante, quod eam inter brachia sua haberet filium, in quo omnia hætenus ad eum usque diem oblata sacrificia, suã accipere debebant consummationem: verum etiã alienis temetipsam recommendando orationibus, cum tamen ipsa sit, cui omnium aliorum orationes porriguntur, quæque à Deo ad hoc electa est, ut tanquam omnium donorum, omniumque cœlestium gratiarum thesauraria, preces nostras eidem portigat. Nemo est, qui Lunam B. Virginis symbolum esse nesciat: *Pulchra ut Luna.* De hac autem scribit Eccl. 43. 7. *Luminare quod in nuncur in consummatione mensis secundum nomen ejus, est crescens mirabiliter in consummatione.* Quæ verba prima quidem facie contradictionem aliquam videntur involvere, dicendo inprimis, quod *minuitur in consummatione*; & paulo post subdendo, quod *rescit.* Et tamen utrumque est verissimum. Luna enim postquam plenitudinem suam est assecuta, iterum deficit, prout quotidiana docet experientia: postquam au-

Lib. I. cont.
Iovin.

Cant. 1.4.

Isa. 66. 2.

Eccl. 43. 7.

tem

tem totaliter defecit, crescere denuò incipit. Nequibat igitur Spiritus sanctus magis propria adducere similitudinem, ad eam ostendendam virtutem, quæ in Maria vel maximè eluxit. Quanto enim ipsa thesauris, donis & gratiis celestibus magis locupletata fuit, quanto magis à filio tuo exaltata & altius erecta, tanto ipsa sibi vilior effecta fuit, magisque se humiliavit. *Ave gratia plena. Ecce tibi lunam plenam:* at illa subjunxit: *Ecce ancilla Domini. Ecce lunam deficientem: Benedicte tu inter mulieres. Ecce lunam plenam: Fecit in me magna, qui potens est. Ecce lunam se diminuentem.* Ipsa enim *minuitur in consummatione; respexit humilitatem; alii de gunt nobilitatem.* Verù enim verò ex quo, præsentem immoramur lunæ similitudini, abs re non erit, si alias quoque considerationes adduxerimus, quæ in comparatione Mariæ cum hoc planeta institui possunt. Luna igitur quanto est soli vicinior, tanto est ex parte solis lucidior & pulchrior; ex parte verò, quæ terram respicit, obscurior. Sic quoque non est dubium, quin virgo Justitiæ solem in brachiis suis deferens, purissima fuerit & sole splendidior: at tamen respectu terræ, maxime verò terræ Juda, non majoris fiebat, quàm omnes aliæ immundæ mulieres, censebaturque ideo purificationis indiga. Veruntamen verum est, quod sicut luna rerum quoque terrenarum, quæ impuræ sunt & instabiles, symbolum est, ita quoque Ecclesiæ ad innuendam immaculatam Mariæ puritatem, lunam ejus pedibus subjiciat: *Luna sub pedibus ejus, ad denotandum eam o-*

mnibus rebus terrenis superiorem esse, ipsamque omnem pulveris nævum pedibus suis substratum habere & calcare, quod idem est dicere, quod ipsam ab omni umbra culpæ exitiam esse.

3. Verum enimvero integritas & puritas Mariana non solum in hac humilitate eluxit, verum etiam multa alia vitia debellavit, ideoque in adimplerione purificationis multæ virtutes aliæ scintillarunt. Fides enim dilaturatur, quando Hierosolymis in templo, in conspectu omnium & præcipuè Sacerdotum, Christus veluti Messias tanto tempore expectatus, est manifestatus. Spes etiam nostra vivificatur, quando is, qui nunc in infantili forma Patri æterno præsentatur, idemmet est, qui in ætate magis prodestatus, semetipsum in Cruce oblaturus est pro redemptione nostra. Amor quoque ejus accenditur, quando quinque siclis redimi voluit, ut suo tempore postea ad lavandas animas nostras è quinque vulneribus suam posset effundere sanguinem, possetque à Juda pro triginta denariis vendi, tanquam redemptionis nostræ pretium. Nostra quoque confunditur superbia, quando filium Dei se vilissimis peccatoribus commiscere, & instar aliorum peccatorum purificationis & oblationis legi se subjicere videmus. Reprehenditur etiam humana cupiditas, dum tantus thesaurus comparatur tam vili moereta Luxuria quoque dejectur, dum in Simeone, Anna, Josepho, & divino hoc infante nil aliud quàm summa puritas relucet.



Ex eo, quod in Missa & officio divino habemus, nec non ab huius festi ritibus argumenta quædam eliciuntur ad demonstrandam Virginis puritatem, quæ proinde purificatione non indiguit.

DISCURSUS OCTAVVS.

Hodie B. Virgo Maria puerum Iesum præsentavit in templo.

Licet Evangelista Lucas in hodierno Evangelio scribat: *Postquam impleti sunt dies purificationis Mariæ, notandum tamē est, quod addat, secundum legem Moysi. Quasi dicat (inquit Albertus Magnus) in se quidē non indigebat purgatione, secundum autem legem Moysi, quo ad hominem oportuit fieri prouti discursu antecedenti dictum est: Unde & Ecclesia in officio, pro hac solemnitate legi solito, in ordine ad purificationem nullam prorsus Virginis mentionem facit, utpote quæ legem illam adimplere voluit per supererogationem, non verò ob necessitatem, uti facere debebant omnes aliæ matres. Hoc solum de Virgine Ecclesia in officio dicit, quod puerum Iesum præsentavit in templo. Quodnam igitur in hac cerimonia latet mysterium, qua hodie omnes candelas accensas in manibus nostris deferre solemus? In rationali divinorum officiorum ejus hæc redditur ratio: *Ad ostendendam Virginis puritatem, ne quis audiens ejus purificationem, credere posset eam purificatione indiguisse. portamus ergo candelas accensas, quasi ipso facto dicat Ecclesia: Virgo beata purificatione nō indiget, sed tota rutilans est, tota splendens. In cera, quæ apum, quæ Virgines sunt, factura est, puritate corporis illius virginis, quod Sanctuarium fuit Spiritus sancti, recognoscere possumus. In lychno autē puro & candido, quod intra ceram cōcluditur, mentis ejus integritatem? Sanctificavit tabernaculum suum a tissimus. Conveniebat etenim ut infinita quædā in illa reluceret puritas, quæ mater esse debebat illius filii, qui est candor lucis æterna. In lumine denique partus ejus divinitas repræsentatur, id quod S. noster Senecio illis verbis innuere volebat, dum inquit: *Lumen***

ad revelationem gentium. Dionysius Carthusianus inter alia mysteria, quæ de hisce candelis speculatus est, unum est: *Vi opere demonstramus, Virginem sacram purificatione non eguisse, sed luce gratia, splendore sapientia, charitatis ardore fuisse repletam.* Unde & de ea dicitur: *Mulier amicta sole, verū id parū est ad illius claritatis proportionem, quæ in ea scintillavit, siquidem ex ea sol justitia ortus est.* Quod si igitur ipsa nostro intelligendi modo mater fuit lucis, si solem parturit, consequenter de ea dicendū est, quod lucem soli dedit: *Ex te enim ortus est sol justitia Christi Deus noster; ac proinde cum ipsa hodie in brachiis fuit solem hunc deferat, illum inquam de quo dicitur: *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem, quid opus erat illam purificari? Sciendum est autem, quod oblatio, per quam hodie lex purificationis adimplebatur, esse debebat oblatio agni, dum modo id offerentis ferret facultas, vel etiam duarum columbarum aut turturum; ac proinde merito quærendum venit, cur Maria non adduxerit agnum in sacrificii oblationem? Dicit quidē posset, quod obstitere: *Mira paupertas in parentibus Christi, qui agnum non habebant.* Huic tamen dictum quoddam opponitur Carthusiani dicentis: *Maria à parentibus hereditatem bonā suscepit, nec dubium quin tres Magi, in die Epiphania preiosa Christo dona obtulerint.* Verū tamen dubium protinus solvit dicendo: *sed Virgo inspirante et Spiritu filii sui, omnia tenuissima necessitat: hoc est parcissimo victū atque tegumento superflua per se vel potius per manus Ioseph erogavit egenis.* Neque credendum est, quod aliquid illius auri sibi pro Ægyptio itinere referavit, sed potius existimandum, quod omnem spem suam atque fiduciam in divinam providentiam collocavit. Lucas Burgensis di-**

Gnihil minus Durandus.

Ps. 45. 5.

IN LUCA

cit: Non quod nullo modo suppetierit ei facultas emendi agnum, quæ filium quinq; sicli redemit, sed quod obtulerit prout ferret ipsius conditio, quod fuit modestia à fastu aliena. Petrus Blessis hanc quoque paupertatem, ob quam infimæ oblationis genus præstitit, admiratur dicens: Omnem revolvite vitam salvatoris, ab utero Virginis usque ad patibulum Crucis non invenietis in eo nisi signata paupertatis. S. Bernardus Senensis ejusdem quoque opinionis fuit, quod scilicet omnes illos thesauros inter pauperes distribuerit; Neq; potius manibus ejus (s. e. Virginis) aliquid temporalis substantia adhareret; quæ jam intellexerat intellectu illuminato, in omnibus filium altitudinens paupertatis demonstrare. Salmeron etiã considerationes suas circa hoc punctû instituens, scribit: Quis ergo propter nos Christus & Maria pauperes & egeni facti sunt, non est oblatus Agnus & turtur, quia hæc Passioni sunt reservata, ubi Christus Agnus in Cruce in holocaustum fuit immolatus, ubi etiam Maria turtur fuit gemens. S. Odilovius autem per quoddam dictum suum, alterius cujusdam in sterili adducendi occasionem dedit, cur scilicet Virgo non agnum, sed alias oblationes fecerit? n. tantum, inquit, pauper Virgo, ut agnû qui pro peccato offerebatur, non haberet; in tantum dives, ut agnum peccata mundi solventem salva Virginitate generare posset. Hoc supposito, cui dubium esse potest, quin Virgo Agnum pariter obtulerit? Hunc enim in brachis suis portabat, in sinu fovebat, & Sacerdoti pariter & æterno Patri offerebat: Hodie beata Virgo puerum Iesum præsentavit in templo. Quis ignorat, Joannem Baptistam de hoc locutû esse, cum ait: Ecce Agnus Dei? Deq; hoc intelligendam esse Prophetiam: Agnus occisus ab origine mundi? Hic agnus immaculatus, Agnus sine macula erat ille, qui ad purificandas & mundandas cunctas animas nostras à sinu Patris descenderat. Hunc Virgo offert, & insuper columbas & turtures, prout credere nonnulli, ad denotandum, quod puritate cunctas alias matres longè superaret. Ipsa namq; Mater & Virgo & simul erat ideoq; sola erat, quæ agnum hujusce puritatis immaculatum offerre poterat, omnes etiam alii nascuntur filii iræ; ideoque dicere possunt singuli: In peccatis concepti me mater me; De hoc autem agno solum dicitur: Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Præter agnum, turtures & columbas obtulit, quæ utriusque puritatis symbolum erant, ad demonstrandam,

quantum in hac cunctis aliis præcellerit.

2. Verum sciendum est, quod sancta Mater Ecclesia in candelarum benedictione, quam hodie facere consuevit, divinam Majestatem in collecta quadam hæc verbis invocet: *Quantenus ea tibi Domino Deo nostro offerendo digni, & sancto igne dulcissima charitatis tue succense in templo sancto gloria tuae representari mereamur.* Certû quoque est, quod candelæ istæ produci soleant, quando alteri vitæ ingrediendæ, i. e. horæ mortis nostræ proximi tuus, ut lumen nobis præbeant, & in itinere adeo periculoso, in locum usque securum, ducatur nobis fidelem præstent. Columna nubis per diem, & ignes per noctem, quæ populum Dei continuo diu noctuq; præcedens in terrâ usque promissionis perduxit, certo quodammodo, in cera & lumine candelæ nobis exprimi videtur: in cera nimirum candor nubis, & ignis in lumine. Atque ideo existimo, quod, sicut nubes illa populo Dei dux fuit ad ingressum in terram promissionis, ita quoque protectio Mariæ per candelam, quam manibus nostris portamus, significata, viam ad veram promissionis terram, cælum videlicet, cæteroquin nobis valde difficilem, complanatam & facilem nobis efficiat. *Amplexere Mariam* (ita hodie à sancta Matre Ecclesia, in benedictione candelarum harû *Genilid. Durand.* dependentium invitatur) *quæ est cælestis porta: ipsa enim portat Regem gloria.* Enimvero in rationali divinorum officiorum alia ratio adducitur, cur ardentem hæc candelas manibus nostris deferamus; nimirum: *Vs per hoc prudentes Virgines imitemur, quarum beata Virgo est caput; ut accensa in nobis lampade castitatis & bonorum operum, cum eis in templum gloria, ad verum sponsum ingredi mereamur.* Quamvis existimas causam fuisse, quod Virgines fatuæ à nuptijs sponsi sui cælestis fuerint excluse? Nulla profecto alia illius causa fuit, quâ quia portam clausam invenerunt; clausa est janua neque ut aperiretur obtinere unquam poterunt. Porta hæc Maria est: *Janua cæli: ipsa est cælestis porta.* Ut quis cælum ingrediatur, per eam, ut transeat, necessum est, atque ideo oportet ut devotionem quis habeat ad eius cultum, ejusque intercessionem atque subsidium incessanter imploret, præcipuè in extremo vitæ nostræ momento. Unde S. Bonaventura ait: *Qui dignè coluerit illam, justificabitur; qui autem neglexerit illam, morietur in peccatis suis.* Quod si autè per hanc portam ingredi voluerimus, op^o

Serm. 1. de
purif.

est, ut in nobis accendamus lampadem castitatis. *Accensa in nobis lampade castitatis*. Et quidem ut hanc virtutem super omnes alias à Virgine postulemus, ad hanc nos Ecclesia vel maxime urget, idque ad reddendam nobis tanto faciliorem æternæ beatitudinis viam: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. In Cantico Ave maris Stella hæc verba legimus: Virgo singularis inter omnes mitis nos culpis solutos mites fac & castos, vitam præsta puram, iter paratutum: sed quo fructu & fine: Ut videntes Iesum, semper collemur: postquam enim in hac virtute fundamentum posuerimus, securam ad cælum viam habebimus: Sint lumbi vestri præcincti, & lucerna ardentis in manibus vestris. In quæ verba Guericus Abbas hodierna die hunc in modum nos exhortatur: Sint lumbi vestri præcincti, ut purificationem in Maria amulemur: sint lucerna ardentis in manibus ut gaudium Simeonis, lumen in manibus portantis, etiam visibili signo in nobis præsentemus. Denique horum ardentium cereorum my-*

steria tangendo subjungit: *Simus videlicet casti corpore & mundi corde & purificationem Marie expressimus: simus ardentis devotione, & luculentis opere, & cum Simone Christum portamus in manibus. Ubi igitur Mariam imitati fuerimus, de ejus habendo patrocinio, & consequenter de certo in cælos aditu securi sumus, quia ipsa cælorum est porta. Imitando quoque S. Simeonem in hora mortis securi dicere poterimus: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Simeon* (scribit S. Augustinus) *agnovit infantem, ed quo modo in manibus matris. Quod si nos lumen & agnitionem Dei nobis comparare, & digni haberi volumus, qui illum in brachiis & corde nostro recipiamus, ad matrem ejus, ad ejus devotionem & virtutem ejus & præcipue puritatis ejus imitationem recurramus, quam, ut S. Bernardus dicit, hodie nobis magis quam unquam insinuare contendit, huic se purificationis legi, cui obstricta non erat, humiliter submit- tendo. In exemplum mundissima puritatis.*

In Ps.

A. 1. c. 2.

De mysteriis ceræ & benedictarum Candelarum, quæ in hac solemnitate distribuuntur.

DISCURSUS NONVS.

Ipsè enim quæ si ignis. Malachiæ cap. 3.

1. **D**Eus noster nobis hodie, tam in Epistola, quam in Evangelio sub symbolo ignis & luminis representatur. *Ipsè enim quæ si ignis*, dicitur in Epistola, & in Evangelio: *Lumen ad revelationem gentium*. Merito igitur in hodierna processione, accensa portamus lumina, hæc enim multa nobis, eaque considerabilia hujus festi mysteria representant

2. Enimvero in candelarum benedictione Salvatorem nostrum in brachijs Virginis posuimus, velut lumē quoddam novū nos recognoscere profitemur, dum dicitur: *Ipsa enim portat Regē gloria novi luminis*. Sanctus quoque Simeon ipsum, per Spiritus sancti insinuatū, lumen de-

nominat. Sicut autem lumen sine igne non resplendet, ita filius Dei ignorantie & idololatriæ tenebras, quibus mundus immerfus erat, tot miraculis mediantibus non illustrat aut illuminat, nisi mediante igne & calore divinitatis, quæ humanitatem nostram assumpsit. *Deus ignis consumens est*. Cera quoque sine igne non ardet nec lucet, sic etiam quid nobis naturæ nostræ fragilis cera contulisset, nisi ei divinæ naturæ ignis fuisset conjunctus. Ingeniosa prorsus est Guericci Abbatis observatio, quæ circa mysticum hunc ignem instituit, dicens: *Ignis iste, fratres si in sinu absconditus fuerit, vestimenta non comburit; imo illum ignem extinguit qui in sinu celatus non modo vestimentum adurit, sed & quod vestitum est, depascit, id est, corpus & animam pariter consumit; Deus, inquit*

Ser. 1. de
purif.

noster

noſter ignis conſumens eſt Mox verò declaret, quid conſumat, dum ait: *Ignem conſumentem, id eſt, ignem concupiſcentiæ, de quo Job:* Ignis eſt uſque ad conſumpcionem devorans, & omnia eradicans genuina Ubi S. Gregorius, inquit: *Vaſtator quippe Spiritus fornicationis dicitur, quia quem in vaſerit, nulla ei virtutum dona relinquit.* Enimvero, ignis hic ab illo alio igne conſumitur, & præter hoc, inquit Guericus, animam refovet, demulcet mentem, Spiritum recreat, reparatque perentem Atque ideo decrepitus ille centum & pluriſimum annorum Senecio, illum in ſinu ſuo recondit, & peſtori adſtringit, & veluti ſi rejuveneſceret, amoris divini calorem illum circa præcordia accendentem perſenſit. Hoc lumen, & ignem iſtum Propheta Evangelicus in ſpiritu quondam prævidit, atque ideo Jerolyſam expegeſcit & excitavit, ut in ignorantia ſua tenebris eodem illuminaretur, dicens: *Surge, illuminaſe Ieruſalem, quia venit lumen tuum.* Non mox illos, ut ab igne ſibi caveant, ne comburantur, quia probe ſciebat Deum noſtrum ejuſcemodi flammam eſſe, quæ illuminat non verò comburit, aut verò ſi comburit, id ſolum in ſordibus & ærugine peccatorum noſtrorum facere noſcitur. Unde Ambroſius bene dicit: *Illi ſoli igni te offer, qui culpam non hominem exurit; quod ſi iſte ignis, audi dicentem, quia Ieſus baptizat in Spiritu ſancto & igne.* Hic ignis, inquit idem ſanctus Hemorrhoiſæ ſanguinem ſtagnare fecit, & Zachæum pariter & bonum latronem purificavit. *Venit* (inquit Malachias) *ad templum ſantum ſuum Dominator, quem vos quaritis, & Angelus Teſtamenti, quem vos ſeratis, ipſe enim quaſi ignis conſans.* Hic ignis eſt filius Dei, qui ad templa ſua myſtica, quæ ſumus nos, purificanda, in terras venit. *An nefeſit,* inquit Apoſtolus, *quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti?* S. Cyprius Alexandrinus, ſuper prædicta verba Malachiæ, ait: *Prædicat utiſque, quodam tempore aſſuſurum Chriſtum, qui peccatum omne noſtrum è medio tollet.* Inter alia verba hodiernæ benedictionis, qua candelæ benedicuntur, hæc habemus in oratione terttia: *Concede propitiſ, ut ſicut hæc luminaria in igne viſibili accenſa, nocturnas depellunt tenebras, ita corda noſtra in viſibili igne, id Spiritus ſancti ſplendore illuſtrata, omnium viciorum cæcitate careant.* Hic

etenim ignis alius non eſt, quam ſanctiſſimus ejus Spiritus, cujus proprium eſt animas noſtras mundare & purificare.

3 *Iſe enim quaſi ignis.* Ignis ceram habet alimenti loco, quæ ab apibus fabricata eſſe noſcitur. Sciendum autem eſt quod hæc animalcula fectorem & malos fectores vehementer abhorreant. Unde Chryſoſtomus ſcribit: *In vaſ & veſtimentum immundum, nunquam ſe demittit genus apum, propterea enim & ſuſſuribus, & unguentis, boniſque odoribus locum aſpergunt, qui harum rerum ſunt periti.* Cera igitur puritatis ſymbolum eſt, quæ virtus, ut in cordibus noſtris odoris ſui fragrantiam ſpargere poſſit, ignem requirit. Quod ſi autem per hanc candelam, Virginem interpretemur, pro ut alibi diximus, ſatis conſtat quantum hæc omni ſenſualitatis ſpurcitiei contraria exiſtat. *Quanto ipſa eſt purior* (inquit Richardus à S. Laurentio) *magis ſætet ei luxurioſus; ipſa enim cum ſit apis, fugatur fector, Eccleſiaſt in brevis in volatilibus apis* Neque hoc vitium duntaxat, verum etiam cujuſlibet peccati fector eam nobis alienam reddit: *Cum ſit Mater pietatis magis ſætet ei impius & avarus; cum ſit exemplar humilitatis, plus diſplicet ei ſuperbis; & ſic de cæteris abominationibus vitiorum.*

4 *Iſe enim quaſi ignis* Audite, obſecro, quodnam myſterium, ex hiſce luminibus, accidentibusque candelis moveat S. Eligius Archieſcopus Novionenſis in homilia ſua, de hoc feſto: *Fidei lumen, inquit, quod filiorum ſuorum In bibl. fulget in cordibus designans cereorum lumine, vet. Patr. quod eorundem gestatur manibus. Enimvero tom. 2. primus occurſus, per quem Salvatorem noſtrum, ut ei grati ſimus, debemus recipere, vitæ cujuſdam fidei eſſe debet, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Scio equidem non nullos eſſe, qui dicunt, ideo in fine vitæ noſtræ candelam accenſam manibus noſtris ingeri, ut tunc vel maximè vivam fidem noſtram proteſtemur. Unde in rationali divinorum officiorum dicitur: *Candela in manu accenſa, eſt fides cum bona operatione.* Et hæc quidem candela in manu portatur, non vero ſuper candelabra collocatur, ut per hoc inſinuatur, ſimul cum fidei lumine manum operis conjunctam eſſe debere. Porro cera ſine lumine non ſervit, nec lumen ſine cera ſubſiſtit: eodem modo non valet fides ſine operibus bonis,*

nis, nec opera quantumvis bona, nisi à viva quadam fide deriventur. *Fides sine operibus mortua est.* Enimvero de hoc sancto senecione insuper dicitur; quod *accepit eum in ulnas suas*; id est, Christam nostrum; ut per hoc nos doceamur, quod lumen hoc fidei ex bonis operibus manifestum fiat: *Offendam tibi ex operibus fidem meam*: ait S. Jacobus Apostolus. Etenim sicut cera quam manibus nostris hodie ferimus, pura est & candida, & ab apibus castitatem amantibus fabricata; ita quoque ex hoc monemur, ut fidei, quam profiteamur, operibus bonis & sanctis respondeamus. *Istud benedictum lumen* (inquit Albertus Magnus) *jugiter mundis manibus bonorum operum portare debemus, ut per illud purificationis mentibus, Deo Patri presentari mereamur.* Per lumen vero istud Christum intelligit. Quod tamen si quidem ita se habeat, attamen etiam de fide, quam in eum habemus intelligi potest, quæ bonis operibus debet esse exercitata. Unde Guericus Abbas ait: *Eja fratres mei, ecce ardet cereus in manibus Simeonis, accendite & vos cereos vestros de illius mutatione luminis; lucernas dico, quas Dominus subest esse in manibus.* In manibus etenim lumina ista portari debent: *Accedite ad eum & illuminamini, ut non tami lucernas feratis, quam ipsi lucerna sitis, lucentes intus & foris, vobis & proximis.* Demum vero in eadem lucernarum metaphora persistens; subjungit quod hisce luminibus & candelis accensis, pariter adaptari commodè potest: *Sit ergo lucerna in corde, sit in manu, sit in ore. Lucerna in corde lucet vobis; lucerna in manu vel ore luceat proximis, lucerna in corde est pietas fidei; lucerna in manu exemplum operis; lucerna in ore sermo adificationis.* Sanctus Bruno ponderans, quod Salvator prius dixerit: *Sint lumbi vestri præcincti*; postea vero; *lucerna ardentis in manibus vestris*; dicit: *Non possunt alii esse lucerna ardentis, nisi illi qui lumbos præcinctos habent.* Lucerna quadam esse possunt, ardentis esse non possunt; nisi enim ignis inferior extinguatur, superior lucere non potest. Inferior ignis luxuria est; superior vero quis alius, nisi gratia Spiritus sancti? qui lucerna ardens esse vult, lumbos præcingat; continentiam & castitatem custodiat. Nec solum istud faciendum est, sed cum præcinctum esse, habitum viatoris & peregrini repræsentet, simul denotat, quod de-

currenda nobis strenuè sit divinorum mandatorum via: *Vitam mandatorum tuorum cucurri*, si ardentem fidei Christianæ, quam profiteamur, faciem in manibus portare velimus.

5. *Ipsè enim quasi ignis.* Intra ceram lychnæ opus est, hic enim est, qui accenditur & ardet. *Lychnus sub cera occultatur* (inquit Durandus) *recta in tertio est.* Hæc tanti refert, ut dici de ea possit, quod totum in ea consistat. Nostra etenim opera nullius apud Deum meriti essent, nisi bona suffulcirentur intentione. Nam operationum nostrarum bonitas vel malicia à fine quo factæ sunt, recto nimirum vel inordinato unice dependet. Unde optime S. Augustinus monet dicens: *Non valde attendas, quia homo faciat, sed quid, cum facit, aspicias.*

12 ps. 11.

6. *Ipsè enim quasi ignis.* S. Bernardus serm. de fallacia vite, circa hanc candelam accensam, quam manu nostra hodie deferimus, aliam quandam considerationem instituit: quæ hisce præcipuè diebus, quibus mundus sensuabilibus delectationibus, in prædam vel maximè cedit, longè est utilissima. Candela etenim uno eodemque tempore, quo ardet & illuminat, pariter consumitur & deficit. Eodem modo dum nos vitam nostram per voluptates, delicias, ludos, epulas, aliaque mundi gaudia prolongare satagimus, quanto id majori cum industria facimus, tanto magis vita nostra abbreviatur & minuitur, idque ob inordinationem, quam interea committimus. *Ipsè ignis propria fomenta consumit, nec nisi propria consumptione sovetur.* Non procul ab eo tempore absumus, quo nobis in fine vitæ candela manui inserta, ori admovebitur; unde optime Spiritus sanctus Ecclesiast. 7.18. nos monet: *Ne impiè agas multum, ne moriaris in tempore non tuo.* Tandem verò S. Bernardus de Candela ejulque igne & lumine sic concludit: *sicut ergo flamma illius novissima, finis occupat & caligo, sic latitia rei in tristitiam commutatur.* Verum enim vero quia, ut jam significavimus, candela benedicta conservatur ad hoc, ut in puncto mortis nostræ ardeat, & ab ipsa vita defuncti signemur, optarem profectò quod quoadusque vivimus, ad participandam ejus benedictionem, oculos mentis nostræ in mysteriis in es figuratis de figuratis defixos teneremus. Enimvero sanctus hic senex cæleste

Iac. 2. 18.

Serm. 3. de pur.

Serm. 1. de pur.

Ser. 5. de confess.

ste hoc lumen inter brachia sua stringens lætus
cecinit dicens: *Nunc dimittis seruum tuum
Domine, &c.* Circa quæ verba Origenes scribit:
*Si quis egreditur è mundo, si quia è carcere vin-
diorũ domo dimittitur, ut ad regnandũ vadat,
sumat Iesum in manibus suis, & circumdet eum
brachijs suis; totũ habeat in sinu, & tunc exul-
tã ire poterit, quo desiderat.* Rupertus Abbas de
divinis officijs hanc rationem reddit Cæremo-
niã illius ob quam hæ candelæ ardentes por-

tentur, & dicit id fieri, ut aliqua ex parte is qui
eas defert, in gaudio Simeonis, quo perfulsus
est, quando in brachijs suis bajulavit Chri-
stum, participium haberet: *Hoc enim signo
commoniti exterius, ipsum verum lumen,
quod illuminat omnem hominem venientem
in hunc mundum, in mente nostra fidei ulnis
artius adstringimus, & absentiam ejus corpo-
ralem, sursum tendentibus desiderijs gementes
quarimus, quarentes gemimus.*

Hom. 15.
in Luc.

Lib. 3. c. 27.

De origine & mysterijs Processionis hujus festi. Et nonnul-
læ exponuntur moralitates circa lumina, quæ in
manibus portantur.

DISCURSUS DECIMVS.

Lumen ad revelationem gentium. Luc. c. 2.

Hæ processio, quam Ec-
clesia hodie candelas ac-
censas fidelium manibus
deferens, instituit, si Hu-
goni Cardinali fidem ad-
hibere volumus, ab illo
verbo originem suam ha-
bit, quo usus est sanctus Simeon senex in suo
Cantico: *Lumen ad revelationem gentium*:
Nota, ab hoc verbo habuit occasionem Ecclē-
sia, ut cum luminaribus faceret processionem.
Veruntamen nullatenus dubito, quin præter
hanc plures aliæ rationes à sacris expositori-
bus in medium fuerint adductæ. sciendum est
igitur, antiquos Romanos, quoadusque Ido-
latræ fuerunt, hoc mense solitos fuisse ex-
lustris in lustrum, seu singulis quinque annis e-
volutis, in honorem Februe, quam tanquam
Martis matrem speciali devotione veneraban-
tur & à qua hic mensis denomiinationem
suam obtinet) in forma processionis, Civita-
tem hanc, cum delatis in manu facibus ar-
dentibus, circumire, apud filium suum implo-
rarent auxiliũ, ut in bellis imminentibus illis

semper esset propitius, Ecclesia igitur à Spiritu
sancto gubernata, ut ritum gentilium commu-
taret in melius, in rationali officiorum divino-
rum instituisse dicitur, ut eodem prorsus tem-
pore ad honorem Beatissimæ virginis, in præ-
senti Purificationis ejus festo, processionem
hanc instituamus, lumina, & candelas arden-
tes portando, nosque ejus intercessioni, quæ
apud Filium potentissima est, recommendan-
do, ut in hujus mortalis vitæ militia, in qua
varia nobis occurrere solent certamina, nobis
velit esse propitius. Dionysius autem Carthu-
sianus alterius fuit opinionis, nimirum pro-
cessionem hanc institutam esse, in memoriam
& honorem ejus, quod virgo beatissima, S.
Joseph, S. Simeon S. Anna hodie fecisse le-
guntur: *Quoniam hodie oblatione Christi in
templo facta est processio prorsus devotissima at-
que sanctissima à virgine & Joseph, Simeone
& Anna, ideo ad commem. orandum & re-
presentandum, imo & honorandum istam pro-
cessionem, facimus nos processionem cum laudi-
bus Dei, canticis spiritualibus, cum ardentibus
quoque candelis.*

Guil.
Dnr.

Serm. 3. de
pur.

2, Quod

In Luc.

2. Quod autem Candelæ & cereorum, quos manibus portamus, mysterium attinet, varias illas interpretationes & significaciones habuisse reperio. Etenim Rupertus Abbas Tuitiensis de divinis officiis, de hodierna solemnitate tractans scribit: *Ejus signum visibile signum portamus omnes in manibus, quem jam visibilibus portare, sicut Simeon, nec necesse habemus, nec possumus.* Paulo post vero, quæ ratione cerei isti Filium Dei repræsentent, declarat, dicens: *Bene autem consecrati cereoli id, quod visibile erat Christi nobis significant; nam sicut apes ceram cum melle virginali producit opere sic Maria Virgo Christum Deum & hominem salvatorem sui genuit integritate: apes namque nullo concubitu miscentur, neque libidini solvantur. Et quidem Christum Salvatorem nostrum in hisce cereis figurati, præter Rupertum, plures alii pariter scripserunt. Albertus Magnus dicit: *Cum B. Virgo istud gloriosum lumen hodie portaverit in Ierusalem, & obtulerit in templum, nos etiam ad imitationem ipsius, istum præclarum cereum in manibus bonorum operum continuo portare debemus.* B. Thomas de Villa nova, in serm. de hodierno festo, ita scribit: *Hanc hodie processionem, toto orbe, sancta celebrat Ecclesia, in conspectu deferens in manibus cereos in typum Domini Salvatoris. Ut autem declaret, quo modo candelæ hæc Filium Dei nobis repræsentet, subiungit dicens: Sicut enim in cereo triplex est natura, scilicet ignis, cera, & lychnus: ita in Christo triplex est substantia, divinitas scilicet designata per lumen, caro designata per ceram, anima designata per lychnum, ac propterea cereus hic merito à fidelibus in devotione habetur, cum propter Christi representationem, tum propter solemnem illius à sacerdote benedictionem. Porro in vita S. Franciscæ Romanæ legisse me memini, quod, dum nocte quadam Candelam benedictam accensam manu sua tenens per totum obiter, Dæmon ei sub specie humana apparens, lumen istud benedictum è manu ejus abripuerit; Cùmque sancta mox aliam cereum benedictum apprehendisset, dæmon iterato ei & illum quoque violenter abstulit, eumque in terram magna cum furia projectum, spuro aliisque sordibus opplevit. Quod sancta hæc mulier videns, eum conjuravit, eoque adstrinxit, ut hujusce furie, quam erga cereum evomuerat, causam sibi**

ediceret; qui protinus candelam benedictam, ob benedictionem ejus sibi infestam esse respondit. Ac proinde deinceps, quoties in aere tempestates exurgebant, in quibus & Dæmones per sæpe concurrunt, candelam benedictam accendere solita erat. Et hoc est mysterium, propter quod Candelæ hæc benedicta conservatur, & in hora mortis accensa moribundi manibus inferitur; quia tunc vel maxime si unquam, infernus in nostram perniciem solutus esse noscitur. *Descendit ad nos Diabolus habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Hæc igitur Candelæ accenditur, ad dissipandas Diaboli tenebras, adeoque armorum loco nobis deservit, quibus cum adversus ipsum præliemur: idque tanto magis, quod Salvatorem nostrum repræsentet, ut jam diximus, quodque Petrus Blefenis, in serm. quodam de Purificatione confirmat, dicens: *Quia in face cerea designatur Christus, exemplo perseverantia Christi, ad perseverandum ipsis luminaribus hodie instruntur fideles, ac si nobis dicatur: videte quid gestetis in manibus, typum Christi gestatis, scilicet ejus gestate in mente, confessionem nominis ejus in ore, imitationem in opere. Quibus in verbis notandum est, quod in hisce candelis perseverantiam significari dicatur, quæ propriissime illa virtus est, quæ præ cæteris corona donatur, quæ etiam ad ultimum usque spiritum semper opus habemus; quia qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Porro hujusce veritatis, quod scilicet in lumine isto Redemptor noster symbolizetur & referatur, varia præsto sunt testimonia. Domine (dicebat David) apud te est fons vita, & in lumine tuo videbimus lumen; quasi diceret: Per Messie adventum, ignorantie nostræ tenebræ penitus dissipabuntur: Surge illuminare Ierusalem, inquit Isaias, quia venit lumen tuum. Apud S. Joannem Christus ipsemet ait: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite. Atque ideo Albertus Magnus scribit: *Filius Dei non solum est lumen hujus mundi per militantium illuminationem, verum etiam est lumen cæli per triumphantium glorificationem. Pro cuius probatione illo Tobie dicto utitur, qui ait: Quale gaudium mihi est, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Salmeron quoque horum luminum mysteria optime tenget, dum ait: Ignis vero, quem Pater sanctificavit,***

Apo. 12.

12.

Lib. 2. c. 25.

Serm. 3.
de pur.

Ioan. 8. 12.

Ps. 56.

Lo. 6. 6.

Lib. 2. c. 32.

To. 3. 17. 41

Et misit in hunc mundum. Et cui benedicitur in Ecclesiis, Christus est, qui dixit: ignem veni mittere in terram. Et quid volo, nisi ut accendatur; Hodie verò de Christo Simeon ille venerabilis cecinit: Lumen ad revelationem gentium. At verò Guericus Abbas existimat, quòd nos, hæcè portando candelas, hodie memoriam S. Simeonis senis, puerum Jesum portantis in brachiis suis repræsentemus: En verba ipsius: Quis enim hodie cereum ardentem gestans in manibus, non statim illius senis reor datur, qui hodie Jesum accipiens in ulnas suas, verbum in carne, tanquam lumen in caera, ipsum esse lumen ad illuminationem gentium perhibebat?

3. Verum enim vero utilissimum quoddam Hugonis Cardinalis monitum, occasione hæc tenus dictorum, mentibus nostris imprimamus necessum est: Accendi, inquit, debemus, ut ei vicem rependamus. Minimè etenim convenit, ut dum lumen istud, quod divini illius ignis typus quidem est, manibus nostris detulerimus, cor in nobis habeamus infidelitatis aliorumque peccatorum frigore rigidum & congelatum ignem sui amoris accendat Deus in cordibus nostris. Carthusianus postquam conditiones ignis Christo propriè adaptari demonstrasset, dicit: Itaque quoniam Christus ignis vocatur, meritò in hoc festo ad ejus honorem portant fideles in manibus suis candelas accensas. Demum verò sequentibus verbis nos omnes invitat. Itaque Dominum Jesum devotissimè deprecemur, ut in præsentì vita nos clementer expurget, peccata nostra consumat, suo nos accendat amore, sursumque elevet in divinatorum contemplationem, quatenus sicut candelas splendentes & ardentes in manibus bajulamus, sic intus in anima per patientiam salutarem atque sinceram dilectionem fulgeamus & astuemus Rupertus Abbas huic quaesito: Cur in Purificatiõne B. Mariae candelas portamus? ita respondet: ut felici gaudio justì Simeonis aliquatenus participemus, qui Christum infantem gestans in ulnis agnovit, & confessus est paratum ante faciem omnipotum

populorum, lumen ad revelationem gentium. Verum quidem est, quòd, si lætitiæ ejus velimus esse participes, necessum sit, ut imitemur ejus virtutes, eo modo, quem in discursu Ser. 3. de quinto explicuimus. Ex Evangelio docemur, Epi. (inquit Dionysius) quòd non nisi virtuosì ac justì processionem Deo placitam faciant, siquidem in primam processionem non nisi mei intervenerunt sancti, Christus nimirum, Virgo, S. Joseph, S. Simeon, & Anna Prophetissa. Ad hanc sanctitatis munditiam hæcè nos verbis S. Cyrillus Hierosolymitanus invitat: Venite vos omnes Christi & Dei amantes, Dominò lati & mundi occurramus. Mundi igitur, sancti & purificati esse debemus, si in hanc processionem intervenire, & gaudium hujus sancti senis participare velimus: Non legaliter sed spiritualiter occurramus, non ventrem delictis expletentes, sed spiritu exultantes, non nos vino inebriantes, sed spiritu ferventes, lati hodie lampades ornemus, tanquam filii lucis cereas vera luci Christo offeramus, quoniam lumen ad revelationem gentium mundo apparuit. Audite autem quamnam subinferat, hujus invitationis à se factæ consequentiam. Ideo lumine ex lumine supra nivem resplendeamus. Purificandæ igitur nobis sunt animæ nostræ, adeo ut puriores & candidiores sint ipsamque nivem, si hæcè candelas dignè portasse, & huic processionì fructuosè assistere velimus. Verùm heu (quæ magna est nostra miseria) hæcè diebus omnino contrarium facimus e jus, quod nos docet S. Cyrillus, dum hoc tempore vel maximè ebrietati, crapulæ, sensualitati, cunctisque aliis carnis privii dissolutionibus, tot nos modis turpiter contaminantibus operam damus, & in prædam cedimus.

* *

*

Ser. 1. de purif.

Ibid.

Ioc. cit.

Serm. de pur.

DE S. MATTHIA APOSTOLO

Discursus Sex.

DISCURSUS I. Observationes & varia documenta traduntur circa Epistolam, quoad electionem S. Matthiæ.

DISCURSUS II. De virtutibus & meritis S. Matthiæ; deque ejus scientia & aptitudine ad munus Apostolatus, ad quod ipsum non fors, sed divina sapientia evexit.

DISCURSUS III. Ex nomine MATTHIAS, quod idem significat, quod PARVUS DEI. Et ex variis expositionibus circa ly PARVULUS aliz deducuntur hujus Sancti laudes.

DISCURSUS VI. Ex sanctitate & sinceritate Electorum; nec non ex præconiis competitorum, & præcipuè S. Barfabæ, facile arguere licet dignitatem S. Matthiæ ad Apostolatam; ubi & alia ejus merita considerantur.

DISCURSUS V. Ostenditur, quòd fors, quocunque tandem modo illa exponatur, meritum S. Matthiæ ad Apostolatam aptissimè declaret.

DISCURSUS VI. Ostenditur, quòd Deus, non verò fors S. Matthiam ad Apostolatam elegerit, utpote in quem omnes illæ conditiones concurrerunt, quæ ad bene deliberatam electionem requiruntur.

Observationes & varia documenta traduntur circa Epistolam, quoad electionem S. Matthiæ.

DISCURSUS PRIMVS.

Exurgens Petrus in medio fratrum dixit: Oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David. Act. cap. 1.

Rom. 1. 4.

S Paulus Apostolus ad Romanos scribens, expressè dicit Scripturas sacras ad nostram doctrinam & instructionem exaratas esse: *Quocunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.* Et hinc est, quod

facri Chronistæ multa facta per sepe per minutissimas circumstantias delineant. Sic etenim hæc S. Matthiæ in Actibus Apostolicis descripta electio, in omni penè verbo mysterium quoddam secum subinfert, atque ad nostram eruditionem totaliter est ordinata.

2. Ad

Ad. Apo.
1. 3.

2. *Ad nostram doctrinam.* Quod si stella illa extranea, post Christi in caelos ascensionem de Apostolici Collegii caelo lapsa fuisset, nulla esset admirandi ratio, quod a sacro illo Apollorum Concilio, hac in locum fieret substitutio: nunc autem cum Judas in nocte passionis Domini defecerit, & Salvator post resurrectionem suam, praecipue illis quadraginta diebus, quibus per sepe Apostolis apparuit, de rebus ad Ecclesiam regimen spectantibus, cum illis disserendo, in ejus locum: *Per dies qua iraginta apparentis, & loquens de regno Dei*, alium eligere potuerit, summo opere mirandum est, quod substituendum ore suo proprio non denominaverit? Veruntamen utriusque factum est, ut Apostolos honoraret, attribuendo eis hanc potestatem principaliores Ecclesiae ministros & pastores eligendi, Ideo enim illos ex tunc in juris possessionem immisit, ut vel sic omnibus palam fieret, quod ad finem usque saeculorum hanc eis facultatem & potestatem semper quiete relicta esset, eligendi scilicet ministros ad suum regimen deputatos. At verò dubium quoddam hic subnasctur, videlicet quod si S. Petrus tanquam summus Christi in terra Vicarius per se solum, alium in Judae locum eligere, eumque, qui sibi magis placebat, ad illam dignitatem promovere poterat, cur igitur illorum centum viginti congregatorum discipulorum consilio & opera uti voluit? Theophylactus ideo id factum esse dicit, ut mirum eos, qui illo munere digniores aestimarentur, tanto magis honoraret & qualificaret, utpote qui idoneitatis & sufficientiae suae approbationem & testimonium à tot tantisque viris sortiti fuissent. *Eos, qui eligerentur, venerabiles efficiens* Praeterea ut per hoc ianueret aestimandum à quolibet esse non proprium, sed alienum iudicium, propriam suam auctoritatem, ad eos magis honorandos, cum eis communicando. Hinc factum est, quod summi Pontifices à principio in id condescenderint, ut scilicet in aliquibus casibus populi Episcopos & Pastores suos eligerent. Primo videlicet, ne ii, ad quos spectabat nominandi potestas, odium & invidiam paterentur pretenduntium. Secundo, ne suscitarentur jurgia & contradictiones inter ipsosmet pretendentes, quando totus populus iudex erat. Tertio, ut electo inter subditos conciliaretur amor & respectus, utpote qui ab

ipsis, ad id muneris esset promotus. Quarto, quia commune testimonium maxime cuiusdam multitudinis, electi dignitatem & idoneitatem magis authorizabat. Progressu temporis autem, jus illud ob multa, quae interveniebant, inconvenientia, à populo sublatum fuit; siquidem verissimum semper est, quod *ubi multitudo, ibi confusio*, dum nullus ad merita haberetur respectus, sed ad passiones tantum & ad interesse.

3. *Exurgens Petrus in medio fratrum* Tamen hi homines subditi ipsius essent, & quidem valde erga eum reverentes & obsequiosi, S. Lucas tamen eos fratres nominavit; eo quod S. Petrus eos semper hoc in gradu aestimaverit, idque ex humilitatis & modestiae suae peculiari instinctu. Et quidem maxima consideratione dignus est respectus ille, quo ceteri discipuli S. Petrum prosequiebantur, adeo ut nemo eorum esset, qui ei contradiceret. Ceterum propositioni à S. Petro factae opponere potuissent, satius futurum esse, si adventum praestolaretur Spiritus sancti, utpote qui juxta factam promissionem, propediem sine longiori mora adfuturus esset, ab hoc enim merito expectari posse launius & discretionis melioris communicationem. Potuissent etiam unum potius quam alium electionis modum proponere; aut dicere injustum & irrationabile esse, quod ex numero centum viginti, duo tantum eligerentur & tamen his non obstantibus, omnibus illis, quae S. Petrus proposuit, acquieverunt, capita sua ejus ordinationibus perfecte submittentibus, nosque pariter docentes, debitum, quem superioribus nostris, tanquam à Deo nobis praedictatis deferre debemus respectum; Et quidem tanto acquiescit, ut exemplum istud nobis imprimatur, quando quidem in illa congregatione simul erat flos quidam lectissimus hominum, sapientia, sanctitate & prudentia praeditissimorum, quos unquam ab ipsomet Christo plantata Christianitas haecenus hahuisset sciat: *Vos sacri iusti iudices, & vera mundi lumina.*

4. *Oportet impleri Scripturam de Iuda*, &c. Seneca inquit: *Felix sapientia, quae a aliorum discitur insipientia.* Et quidem quot sunt, quos lapsus ille & praecipitium Judae conservavit, & cautius ambulare fecit? Porro inter alia motiva, cur Saul à Deo

in Regem Israël electus fuit, non obstante, quod Deus malum ejus exitum non ignoraret, unum fuit, ut David ex ejus lapit maloque sine, bene & providè se gubernare disceret: *Fori asse idcirco reprobis Rex eligitur, ut successor ejus Rex David in eo cognoscere, quid cavere debuisset.* Ita quoque in nostro proposito nos dicere posse videtur, quod in locum Judæ substitutus fuerit S. Matthias, non solum ut is instrueretur de eo, quod sibi fugiendum erat ad hoc, ne ab Apostolatu instar Judæ decideret, & ut se Apostolica dignitate dignum officeret, verum etiam ut omnes fideles doceret, quantum in via Dei semper timendum & tremendum sit, nec ulla uspiam præsumenda sit securitas, quando tremere, imò collabi videmus firmissimas & solidissimas Ecclesiæ columnas. *Si desit spiritus, non adjuvat locus,* inquit alio in loco idem Gregorius. Quis uspiam reperiri poterit sanctior locus Collegio Apostolico? & tamen ex hac tam eminenti conditione præceptus factus est unus ex Apostolis. Quod aliquis alius in virtutibus & Spiritu habituatus labatur, justam utique ingerit maximi pavoris occasionem: at verò quod Apostolus alioris, ab illo Deo, qui scrutatur renes & corda, qui quæsit, quia sit in homine, vocatus, qui etiam tanto tempore illum fuerat confectatus, & sacerdos factus in ejus schola fuerat eruditus, qui denique Evangelium multis annis prædicaverat, plurimas animas Christo adduxerat & converterat, multaque miracula passim patrarat quod inquam talis in adeo profundum barathrum corruat, quis non expavescat? *Beatus homo, qui semper est pauidus*

Prov. 28:

14.

S. Episcopatum ejus accipiat alter Ad ultimum usque Spiritum formidare semper debemus, ne corona, quam nobis præparatam esse credimus, ab alio nobis ob culpam nostram non eripiatur, prouti Judæ accidit, cui S. Matthias substitutus fuit. *tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.* Diadema Saulis super tempora Davidis collocatum fuit. Tertulliano successit S. Cyprianus, Origeni S. Cyrillus, Ruffino S. Hieronymus, Pelagio S. Augustinus. In locum ejus qui è gelido quadraginta martyribus præparato balneo egressus est, custos carceris successit, ejusque coronam promeruit. Sancto quoque Francisco in ordine ad suam Religionem hæc promissio fa-

cta fuit: *Aliis recedentibus alios subrogabo, ita ut si nati non fuerint, faciam illos nasci.* Considerare etiam possumus, quam verum sit, quod scripsit Theophylactus: *Dei est vocare, electos autem fieri, aut non fieri nostrum.* Ac proinde non est, quod lamentemur, quod Deus nos non vocet, bene tamen de nobis dolere possumus, quod vocanti Deo non correspondeamus. Matthias non est salvatus, aut sanctus factus, quia fuit electus Apostolus, quia Judas etiam multo tempore talis fuit, & tamen est damnatus: sed sanctus & salvus factus est, quia vocationi suæ dignè respondit, ad finem usque in illa perseverando per actus virtutum adeo sublimi dignitati proportionatos. S. Bonaventura in sermone quodam, de hoc sancto, illa verba: *Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atris tuis:* mature ponderans querit, cur Judas à Christo ad Apostolatam vocatus fuerit, licet is pessimum illius finem optimè prævideret? Et respondet Christum, per hoc omnibus palam facere voluisse, quod quantum in se est, omnibus dare gratiam paratus sit, & quod nemo perit, nisi qui salutem suam negligit, & se ad gratiam non disponit, vel Dei gratia non bene utitur, si accipit.

In vitæ. 8.

In cap. 2. Matth.

Ser. 2. de S. Matthia.

o. Ad nostram doctrinam scripta sunt. In sancta illa congregatione Barabas quoque aderat, vir tanti meriti & æstimationis, ut communi epitheto sanctus appellaretur, proximus Salvatoris cognatus, qui que tres in Collegio Apostolico fratres habebat, scilicet sanctum Jacobum Minorem, S. Judam Thadæum, & S. Simeonem; adeo ut secundum judicium humanum, illum sine ulla controversia eligendum esse videretur; & tamen licet ex omnietiam alio respectu dignus esset, statuerunt dios: ad denotandum, quod neque ad consanguinitatem, neque ad quemvis alium mundi respectum attendere vellent. Unde Salmeron ait: *x hoc sensu elucimus primò, cavendam esse acceptionem personarum, si prælati est Matthias consanguineo Christi Apostolorum, quia etsi consanguineo (si dignus sit) conferri possit dignitas Ecclesiastica (non enim propter consanguinitatem perdere illud debet, quo dignus est) tamen ob scandalum, ut rectè docet B. Thomas, cavendum est, dare consanguineo aequè digno.* Quod

To. 12. tr. 10.

Quod punctum Apostoli optimè intelligētes, duas prout uerunt, ut hac ratione Deus ipse mereret qui eligeret. Ubi etiam notandū est, quod dicit S. Lucas: *Statuerunt; nō dicit, quod duo illi seingesserint, aut quod obsequia sua recommēdarent, aut quod inuicē illud ambiverint, quia ut S. Bernardus Eugenium monet: Pro quo rogari sit suspectus. Et alibi ad Episcopum quendam Coloniensem, qui se consuluerat, an Episcopale onus acceptandum sibi esset, scribit: Quis hoc mortalium definire presumat? Deus forsitan uocat, quis audeat dissuadere? forse non uocat? quis appropinquare consulat? Item statuerunt duos, non multos inquit Glossa, sed solos duos, ne maior causaretur tristitia, multorum ejectione. Duos Nonnulli crediderunt hos duos inter ceteros electos, esse tanquam doctiores magisque eruditos in schola Christi, ad inuendum, quod in ministris, qui nobis in Ecclesie ministros eligendi sunt, præter bonitatem, necessaria quoque sit scientia, quia Labia sacerdotis custodiunt scientiam, Lyranus etiam ait: Hos non distinxerunt ab aliis per sortē, sed per electionem, tanquam magis notabilē scientia & factorum Christi experientia.*

7. Ad nostram doctrinam. Obseruandum etiam est, quod Apostoli non prætenderint à Christo miracula, cum enim nulla esset eorum necessitas, illa petere uisisset Christum tentare. Iudicio igitur & prudentia humana eousque uisunt, quousque hæc petitiere ualebat: at uerò quando postea in ambobus uisa sunt merita paria, atque ideo, uter eorum præligendus esset determinare non potuerunt, tunc ad orationem suam acceperunt confugium, totumque negotium Deo recommendarunt, ut per uisibile aliquod signum uer eorum præferendus esset, dignaretur declarare. Unde Glossa interlinearis dicit: *Exemplis equalibus duos pares esse cognouerunt, quos ceteris præferendos esse non dubitauerunt: alterum uerò præferre alteri, nō hominum erat, sed Dei. Et ideo ad Deum conuersi dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus uisū. Quibus uerbis uno eodemque tempore monstrarunt, & quam in Deum habebant fiduciam, futurum nimirum ut quænam uoluntas sua esset, illis monstraret: suamque pariter probarunt modestiam, suam in magna hac æqualitate nō intromittendo iudicium. Iisdem quoque uerbis utilissimum hoc dederunt documentum, recurrendi prius ad orationem, & Deum con-*

sulendi, prius quam ad Pastorum Ecclesie electionem procedant. Agebat in hac electione de erigenda Columna quadam, quæ una futura erat earum, quibus tota inuinitur Ecclesia, quid igitur mirum, quod orantes, ut inquit Euangelista, consilium implorent eus, qui magni consilii Angelus est. siquidem ipsamet in creata sapientia, dum sibi huic incumbendum esset actioni, erat pernoctans in oratione. Etenim iudicium hominis decipi potest, quia homo uidet quæ parent, Deus autem insuetur cor. Atque ideo tu Domine, qui corda nosti omnium. Idque post orationem præmissam dixerunt. Unde Salmeron ait: *Quia præmissa oratione, hæc uerba locuti sunt nam quia in chone interna cognoscitur uoluntas Dei, cum nemo noruerit quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei inspiratio autem Dei uel unctio commoda orationis præsidio impetratur. Et ad hoc demonstrandum ueritur Exemplo à Christo insinuato, quæ de S. Ambrosio ita loquitur: Cum Apostolus orauit, quod alias semper solus fecisse legitur, quæ tanta res tam communis, communem & unanimum posuisset orationem.*

8. Ad nostram doctrinam S. Petrus ex instinctu, ut piè credendum est, Spiritus sancti Apostolatum ministerium appellauit locum ministerii. Unde deducitur quod omnes gradus Ecclesiastici conjunctos habeant labores, Unde idemmet Christus Dominus noster Collegio Apostolico dixit: *Qui maior est uestrum, erit minister uester. Imo ipsemet summus Pontifex intulatur Seruus seruorum Dei. Unde blasphemia est dicere: Ero Episcopus ut quietere possim. Apostolus ad Timotheum scribit: Tu uerò uigila, in omnibus labora, ministerium tuum imple.*

6. Ad nostram doctrinam. Dederunt sortes eus, & sors cecidit super Matthiam. Verum inquiet fortasse aliquis, quod si alius in sanctitate adeo celebris erat, cur Deus illum Matthiæ postposuit? hinc igitur elici poterit consequentia quædam, scilicet quod non semper ii, qui sanctiores sunt, majorem quoque ad gubernandum habilitatem habeant. S. Joannes uirgo erat à Christo summè dilectus. S. Andreas ætate major erat S. Petro, fuitque prius ad Apostolatum uocatus, & tamen Petrum in suum vicarium elegit, quia semper ubi est uirtus sufficiens, oculus electorum singulariter dirigendus est ad gubernandi majorem aptitudinem

10. Ad nostram Doctrinam. Quidam ex iis, qui

Lib. 4. c. 5.
de cons. s. d.
epist. 8.

In Luc. c. 6

Matt. 23.

2. Tim. 4. 5.

10. Ferus.

qui super actus Apostolorum sunt commentati, dicit: Non sibi placuit Matthias additus undecim Apostolorum; nec indignatus est Ioseph. sibi praeferrī parem: uterque enim scivit Dei voluntatem. Adhuc licet S. Matthias humillimus fuerit, munus tamen, ad quod eligebatur, accipere non detrectavit, quia hanc Dei voluntatem esse cognovit: neque Barlabas contristatus est, dum se Matthiae posthaberi vidit, sciens, quod paulo ante ipsemet Christus Barrabae postpositus fuisset. In Martyrologio Romano de eo legitur: Cum fors cecidisset super Matthiam, ipse nihilominus praedicationis & sanctitatis officio inserviens, multamque pro Christi fide à Iudaeis persecutionem sustinens, in Iudaea victorioso fine quiescit. Sciebat etenim, quod non dignitas, sed sanctitas & amor Dei, nos in conspectu eius magnos & sublimes afficiat.

20. Iul.

II. *Sors cecidit super Matthiam.* Ratio est, quia qui se humiliat, exaltabitur. Matthias idem est, quod *Parvus Dei*. Sors autem illa, vel quidam lucis radius fuit, ut nonnulli sustinent, aut verò signum aliquod Spiritus sancti, super quem requiescet, inquit Deus, Spiritus meus, nisi super humilem? Fecerunt familiari consilio Spiritus sancti in jaciendū sortibus, in-

quit Salmerton, cecidit autem fors super Matthiam; interpretatur Matthias donum Dei, quia singulare Dei beneficium est Ecclesiae collatum, bonus pastor.

12. *Cecidit fors super Matthiam Humilibus* In Ps. 30. *enim dat gratiam.* Hæc gratia fors illa est, cuius in hoc loco fit mentio. S. Augustinus super illa verba: *in manibus suis sortes vee*, rationem reddit, cur hoc modo denominetur, dicens: *In sorte non est electio, sed voluntas Dei; nam ubi dicitur, isto facit, isto non facit, merita considerantur, & ubi merita considerantur electio est, non fors.* Quando autem nulla in nobis merita invenit, sorte voluntatis suae salvos nos facit, quia voluit non quia digni sumus: adeoque dona & gratias, quas sine aliquibus præcedentibus meritis nobis impertitur, primo quidem loco Deo, ejusque meræ liberalitati in acceptis referre debemus, illis autem postea cooperando, nos dignos reddemus augmento ejusdem gratiæ. Quod nos ad fidem veram vocare, nobisque tot auxilia pro nostra salute ministrare dignatus fuerit, donum ejus & fors nostra est, sors cecidit super nos; nullum enim erga Deum meritum habemus, sed meræ gratiæ ejus & fortuna nostra est.



De virtutibus & meritis S. Matthiæ, deque ejus scientia & ap-
titudine ad munus Apostolatus, ad quod ipsum non
fors, sed divina sapientia evexit.

DISCURSUS SECVNDVS.

*Exurgens Petrus in medio fratrum dixit; Oportet ex his
viris, qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore, quo
intravit, & exiit inter nos Dominus Iesus, te-
stem Resurrectionis ejus nobiscum fieri unum
existis. Act. apostolic. cap. 1.*

Mat. 27.
34. 7. 73.

1. **E**X propositione, quam S. Petrus pro substitutione alterius Apostoli, in locum Judæ, in Collegio Apostolico fecit, facile colligi possunt S. Matthiæ egregiæ virtutes & merita. Enimvero in Annalibus Ecclesiasticis, quando Baronius tractare incipit de concione, quam Christi vicarius ad sacrosanctum illud congregatū concilium, in ordine ad electionem hanc instituendam peroravit: audite, quid hac de re scripserit: *Vt Ecclesia afflictata, & Iuda proditoris perditione concussa consuleret, de substituendo aliquo ex discipulis, in locum illius perditum hominis, concionem habuit.* Præterdebat enim S. Petrus per electionem ejusdam alterius Apostoli, omnia damna refarcire, omnemque reparare fragem, quam Ecclesia per tam enormem & scandalosum excessum perperam fuerat; atque ideo procedere voluit ad substitutionem alicujus subjecti, tantæ virtutis & meriti, talisque exemplaritatis, ut potens esset omnem abolere afflictionem ex lapsu traditoris perpeſſam. Poterat quidem S. Petrus, prout jam in discursu antecedenti diximus, tanquam caput Ecclesiæ, subjectum aliquod pro suo libitu eligere; id tamen facere nequaquam voluit, quia potius illorum centum viginti congregatorum consilium, vota, & ap-

probationem adhibendam esse duxit, ut hac ratione in declarando electi merito omnes unanimis essent atque concordantes, utpote omnium, qui tunc in congregatione fidelium, erant sapientissimi & illuminatissimi.

2. *Oportet ex his viris.* Ecce tibi propositionis, in sapientissimo & sacrosancto hoc Concilio explicata prima verba: *Viri à virtute dicuntur,* inquit almeron Eundem titulum Spiritus sanctus beatissimo Josepho dedit, qui una cum ipso sanctissimæ virginis sponsus erat. *Ioseph autem vir ejus.* Atque ideo dictio hæc, *vir*, occasionem nobis obire & per modum cōpendii, de virtutibus S. Matthiæ tractandi ministrat. Enimvero à primis annis, ut testatur Dionysius Carthusianus, admirabilem quandam conservavit innocentiam & morum honestatem, quam deinceps in toto annorū tuorum decursa semper retinuit; *Laservium de-
tans, pueriles annos morum gravitate ornavit.* Inter alias autem virtutes maxime quas in annis juvenilibus exercuit, magnopere æstimanda est continentia & pudicitia, utpote quam non nisi per multas molestias, tentationes, & difficultates consequi licet. In hoc autem dono S. Matthias singularis exitit, secundum quod de eo variis scripserunt auctores. S. Bo-

To. 12. 27. 9.

Ser. 2. de S.
Matthia.

Ser. 1. de S.
Matthia.

Opus.

Ser. 2. cit.

Et pudicitia animi, notatur an: ma puritas & torius vite honestas. Dionysius hoc ei pariter adscribit encomium: Coram emundus. Fundamentum autem omnium aliarum virtutum, prout cuique notum est, humilitas dicitur: quæ in hoc Apostolo mirabiliter emicuit. Unde Evangelium & Homilia in Marutino hodierni officii lecta, de ea passim tractant. Et quidem non sine mysterio unimè errans Dei providentia, ei nomen hoc *Matthias* imposuit, quod ut diximus idem est, quod *Parvus Dei*. Collegium Apostolicum extraordinarium habebat de ejus idopeitate, habilitate & sanctitate conceptum, siquidem cum ex tanto numero elegerat; ut in hac electione competeret cum alio quodam subjecto adeo digno, qualis Barfabas fuisse noscitur: Et tamen in sensu & æstimatione propria se veluti nullius frugis hominem reputabat; ideo que semper delitescere, & inter homines publicè comparere fugiebat, non obstante, quod præ cunctis aliis Salvatorem semper fuerit consecratus, fueritque semper operarius admodum fructuosus & indefessus. Hæc est propriè humilitas illa, quam adeo admiratus est S. Bernardus: *Magna & rarior virtus profecto est, ut magna licet operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem.* Multi in conspectu hujus mundi humiles apparere affectant, cum tamen in interiori cordis ipsorum subtilis quædam lateat superbia; hi autem in oculis hominum duntaxat humiles existunt: sanctus Matthias verò ab omnium se hominum oculis subduxit, & si possibile fuisset, ab ipsismet etiam Dei oculis se libenter abscondisset, sed id obtinere aut assequi minimè potuit. *Parvus Dei*. Erat humilis coram Deo, & ideo exaltari meruit. *Verus humilis*, inquit idemmet S. Bernardus, *quasi esse, non quarit apparere humilis.* Scribitur quod *scientia inflat*; Et ideo humilitas & modestia S. Matthiæ tanto est admirabilior, quanto is majori fuit sapientia dotatus. Quod idiota aliquis ignorans, ideoque ab omnibus contentent; pus, humilis sit, nil mirum est, quia nullam habet per superbiam evanescenti occasionem. Etenim Poëta ille non ineptè recinit, cum ait: *Qui velit ingenio cedere rarus erit.* Sanctus autem Matthias Apostolus vir fuit scientia & doctrina singulari imbutus, & tamen latere semper & occultari ubique voluit. Porro interpretes quidam propositionem hodiernam sancti Petri ponderans ad illa verba

Serm. 13. in Cant.

Testem Resurrectionis. Et inquit: *Ad testem requiritur, ut rem ipsam conceptam habeat divini verbi prædicator. sacrarium literarum mysteris instructus sit, ut ad unguem sciat Dominum lessum, hoc est, gesta simul & doctat a universa probe teneat.* Sanctus autem Matthias non solum hanc intelligentiam habuit, verum insuper. in lege & prophetis (inquit Dionysius Carthusianus) à pueritia eruditus, in solvendo questionibus scripturarum acutus, erat in lege doctissimus. Id quod de nullo aliorum Apostolorum legitur, si S. Paulum excipias, Ad hæc singularissimam quandam possedit voluntatis suæ cum divina conformitatem, adeo ut tam in prosperitate quam in adversis, eandem semper conserva verit animi pacem, eandemque mentis serenitatem. Unde Dionysius Carthusianus ait: *In prosperis non fuit elevatus, in adversis constans atque intrepidus.* S. Bonaventura quoque magnam ejus in passionibus firmitatem & stabilitatem admiratur: *in patièdo stabilitas.* In conspectu persecutorum in Judæa, ac demum in Æthiopia intrepidus stetit: potuit cum sancto Prothomartyre Deo dicere: *Caro mea lapidata est pro te Deus meus.* Verum enimvero si charitas virtutum omnium aliarum Regina consideretur, in hac quoque sanctus hic Apostolus valde insignis extitit, hæc enim est virtus illa, per quam Christus Apostolos ab aliis agnitos, & condistinctos esse volebat: *In hoc cognoscant omnes quod discipuli mei estis si dilectionem habueritis ad invicem.* Apostolus moxter igitur tam in amore erga Deum, quam in dilectione proximi, se præ omnibus ardentem exhibuit & inflammatum: *In præf. to spirituali amore.* *S. Matthias fuit perfectus* inquit Dionysius Carthusianus, *quia pro Deo & proximorum salute totum se ipsum impendit.* Et mori paratissimus fuit. Salmeron in glossa, quam super hujusce Concionis Petri prima verba fecit, ita inquit: *Ex hujus viris, qui nobiscum sunt congregati, innuitur charitatis conditio, qua in vinculo patris unetur quis & superioribus suis, & coequalibus, & inferioribus: non solum ergo ad sit fides, sed & charitas.* Et tandem ad nostrum propositum concludit: *Ex melioribus igitur in Ecclesia & ab humero eminentioribus, i. e. ab his qui sapientia excedunt, & virtus charitatis, aliorum opera portantis, faciendæ est electio boni Pastoris.* Affirmare igitur oportet, Matthiam, qui à Deo pariter & hominibus ad Apostolatam electus fuit, præ cunctis aliis

Ioan. Pe. rus in A. la.

Ser. 10.

Ser. 3.

Ser. 20.

Sera. de S. Matthia.

Ser. 20.

Tom. 11. Tr. 10.

fuisse

Serm. 3.

fuisse hisce virtutibus dotatum, Felix iste Matthias (inquit Dionysius Carthusianus) propter virtutum suarum perfectiones fuit angelicus, charitate repletus, zelo fraternæ salutis accensus.

3. Verum enim verò laus ejus ex verbis sequentibus mirè augetur: *Ex his viris, qui nobiscum sunt congregati, in omni tempore, quo intravit & exiit inter nos Dominus Iesus.* Matthias igitur ex illo tam sacrosancto illorū discipulorum numero electus fuit, qui Christū ab eo tempore secuti sunt, quo prædicandi Evangelii initium sumpsit, quod factum est postquam se à Baptista baptizari fecit. Erant quippe in hoc cœnaculo congregati viri totius Ecclesiæ longè sanctissimi, Deoque acceptissimi, omnes nimirum in virtute & bonitate celeberrimi. Aderat namque ibi S. Philippus diaconus, S. Lucas, S. Marcus, S. Barnabas, qui postea cum Saulo declaratus fuit Apostolus, S. quoque Prothomartyr Stephanus, & alii ejusdem profus sanctitatis plurimi, & tamen, d. ingentem S. Matthiæ gloriam, cum in electione cum Barlaba, proximo Christi consanguineo, per antonomasiam appellato sancto vel justo concurreret, nihilominus tamen huic quoque præferri meruit, idque non iudicio humano, quod errare potest, verum potius infallibili cœli oraculo *Ex his viris*, i.e. ut Lyranus interpretatur, *qui per experientiam novērunt conversationem Iesu Christi & ejus opera.* Ac proinde verisimile est, nullum fuisse, qui longiorem magisque familiarem ac domesticam cum Christo conversationem habuerit, quàm S. Matthias, non solum post prædicationem & baptismum, verum etiam diu antea prima scilicet ætate, quia ut nonnulli notarunt. natus Bethlehemita erat, & ex eadem tribu Juda, è qua Christus carnem suam assumpsit. Unde Author quidam antiquus in suo sermone de hoc Festo ait: *Ipsum elegit ex eadem tribu & patria, unde Christus ipse fuerat oriundus, utpote ex tribu Iuda, & civitate Bethlehem.* Quantum autem bonis exemplis & conversatione Salvatoris profecerit, deinceps demonstrat dicens: *Sed eo ipso commendabilior est B. Matthias, quod consortium*

Iudoc,
Glicetov.

tribus & solinatalis sibi cum Christo commune egregia virtute illustravit, & non minus proba moribus, quàm participatione originis, ipse Christo consimilis evadere studuit. Ecce causam, ob quam omnibus prælatus fuit, quia nimirum Christo potius, quàm cuivis alteri in actionibus & moribus suis omni conatu similiis evadere tentavit, id quod ad ultimum usque spiritum continuavit, si verum est, quod scribit Dionysius, dum inquit: *Al qui dicunt, quod pro Christo crucis patibulo sit affixus demmet potero author ulterius in eodem sermone profequitur dicens: Domesticus fuit, & admodum familiaris illi patri vivo, qui de cœlo descendit, Christo scilicet, in cujus contubernio & sodalitate etiam diutius in carni versatus est; adeoque juxta propositionem à S. Petro factam, & conditiones, quæ ad munus Apostolatus requirebantur, nullus ad id aptior inveniri poterat, aut magis idoneus, David in Psalmis suis optime suadet: *Accedite ad eum & illuminamini;* ac proinde cum S. Matthias præ omnibus aliis majorem & diuturniorem cum Christo familiaritatem habuerit, verisimile est, quod præ cunctis etiam aliis illuminatus fuerit. Deum verò Redemptorem nostrum etiam in hoc imitatus fuisse cernitur, quod sicut ipse in Judæa prædicaverit, multa que miracula operatus fuerit, unde & ejusdem sibi odium tantum concitavit, ut ignominiosa morte eum in Crucis patibulo affecerit. Ita enim de S. Matthia sanctus Antonius scribit dicens: *Qui cum per Iudæam prædicaret, multos signis & prodigiis convertebat, unde Iudæi invidentes, ipsum in concilio statuerunt. Duo igitur, qui eum de blasphemia accusaverant, in eum primi lapides miserunt.* Dionysius Carthusianus etiam scribit: *In Iudæa insisteret ad prædicationis officio plurimosque convertens, magna & multa fecit miracula, illuminavit cœcos, mundavit leprosos, claudis gressum, surdis audientiam, defunctis restituit vitam.**

Serm. 2.

Psal. 33. 6.

Serm. 2.

* *

†

EX nomine MATTHIAS, quod idem significat quod PARVUS DEI; & ex variis expofitoribus circa ly PARVULIS adductis alia deducuntur hujus Sancti laude s.

DISCURSUS TERTIVS.

Revelasti ea parvulis. Matth. cap. II. v. 25.

Illa gratiarum actio in presenti Evangelio relata, quam Christus æterno Patri suo ideo retulit, quod divina mysteria sua scribis & Pharisæis superbis occultaverit, revelaverit autem parvulis & humilibus in celeberrimo illo, in Cœna Domini habito sermone, authenticata fuit, quando ad Apostolos suos conversus dixit: *Omnia quaecumque a Patre meo, nota feci vobis.* S. Thomas dicit verba illa intelligenda esse de sapientia & intellectibus superhumanis, quam vilibus & abjectis piscatoribus communicavit: *Potest illud intelligi, quia revelasti ea parvulis & abjectis piscatoribus.* Merito igitur Evangelium istud in hoc festo legitur, utpote quod nulli Apostolorum a deo propne, sicut S. Matthiæ adaptatur, cum enim Deus illi divina secreta sua revelavit, verè ad literam verificatur: *Revelasti ea parvulis*, cum *Matthias* idem significet, quod *Parvus*. Observandum est autem, quod, qualemcumque interpretationem sacri expofitores illis verbis adhibeant, omnes tamen S. Matthiæ aptè conveniant, ejusque gloriæ illustranda mire deservant.

2. *Revelasti ea parvulis* simplicitate, inquit S. Thomas ex illo S. Pauli textu: *Malitia parvuli estote.* S. Matthias à primis ætatis sue annis mira quadam simplicitate & singulari innocentia decoratus fuit, Unde S. Antoninus hanc ei laudem tribuit, ut dicatur *Mundus corpore*, & jam paulo superius in sententia Dionysii diximus, quod *veritas in nas morum gravitate ornavit.* S. Bonaventura in sermone de hodierno festo, pro Themate sibi illa ex sacris Canticis verba assumpsit: *Delictus meus candidus & rubicundus, electus ex parvulis.* Ubi dicit, quod

commendatur ab excellentia amoris eximi; & munditia & pudicitia animi; notatur anima puritas & totius vite honestas. Non qui seipsum commendat, ille probatus est. Inquit S. Paulus, *sed quem Deus commendat.* Admiranda est autem, vel in eo maximè bonitas S. Matthiæ, quod licet illam pro viribus suis semper occultarit, eadem tamen ab hominibus pariter & Deo manifestata & approbata fuerit. Unde Dionys. Carthus ait: *Fuit utique vir valde præcipua perfectionis, approbataque sanctitatis, tam coram Deo quam coram hominibus.*

3. *Revelasti ea parvulis* Ubi idem S. Thomas ad literam ait: *Parvuli dicuntur abjecti; unde in Abbatia: Ecce parvulum dedit te, contemptibilis es valde.* Illis etenim qui amant contemni, sapientia increata, divina secreta sua, mysteriorumque cœlestium intelligentiam ut plurimùm communicat Unde Beda dicit: *Humilitas clarus est scientia, hæc autem sapientia teste S. Antonino, S. Matthiæ revelata & infusa fuit; siquidem hæc de eo elogium scribit: Matthias in lege Domini fuit doctissimus, in solvendis questionibus sacra Scriptura acutus, in consilio providus, in sermone expeditus.* Tali sui ipsius contemptu præditus fuit, ut non obstante, quod de numero septuaginta duorum discipulorum existens, operarius esset in vinea Christi indefessus, ejusque familiaris, se tamen eo modo contemnere & occultare noverit, ut nulla unquam de eo in Evangeliiis mentio facta fuerit, imò nec in toto novo testamento quippiam de eo scriptum fuerit, nisi per hanc electionis ejus occasionem. Et tamen in sanctitate, merito, & idoneitate omnes præcallebat Hoc est quoddam humilitatis genus, quod valde admiratur S. Bernardus, quamque omnem aliam virtutem longè antecel-

Joan. 15. 25

Ser. in lect.

In Matt.
20 Cor. 14.

1. Cor. 10.

Cicatus
ab Hugo,
Matt. c. 14
cit. à Loro
no Ab. A-
post.

Serm. 13.
in Cant.

cellere censet: *Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare hoc ipsis virtutibus mirabilis iudico* Porro Batfabas vir erat sanctitate nominatissimus & talis apparebat non solum in cōspectu Dei, verum etiam mundi Et tamen S. Matthias licet Apostolatu dignior, & similiter illo, ut credibile est, sanctior & excellentior esset, se tamen, si non ab oculis Dei, saltem ad minus ab hominum oculis cautè abscondere novit, per quod eam in se veram & solidam humilitatem esse probavit, de qua S. Bernardus ait: *Humilitas est virtus, qua homo vilissima sui agnitione sibi ipsi vilescit.*

De grad.
humilit.

Prov. 9. 1.

4 Revelasti ea parvulis, i.e. humilibus Spiritu, ut interpretatur glossa interlinearis Eademque est Carthusiani opinio, qui proinde hoc Psalmistæ textu utitur dicens: *Declaratio sermonum tuorum illuminat & intellectu dat parvulis. Et sapientia in Proverbiis: Si quis est parvulus, veniat ad me.* Memorandum quoque est, quod in eodem sapientie libro scribitur c. 3. *Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum & proposuit mensam suam; quibus verbis dicere vult, quod sapientia Dei incarnata, Christus Redemptor noster suam fundaverit Ecclesiam in eaque septem instituerit sacramenta, quæ sunt velut totidem eadem sustentantes columnæ, mensamque in ea proposuit sacrificiorum incruentorum, quæ in ea sub panis & vini specie quotidie offeruntur. Misit ancillas suas ut vocarent ad artem & amentia civitatis* Per has autem ancillas Apostoli intelliguntur, qui universum percurrerunt orbem, ut omnes ad mysticū hoc fortalitium invitarent. Vocantur autem hoc nomine Ancillæ ob sui ipsius contemptum, & agnitam debilitatem. Ita S. Hieronymus ait: *Predicatores infirmos & deprecabiles elegit.* Valde autem considerabilia sunt verba paulo post sequentia: *Si quis est parvulus, veniat ad me.* Et enim postquam hæc sapientia, i.e. Christus, cū ex duo denario electorum Apostolorum numero cecidisset Judas, alium in ejus voluisset locum substituere, quos eum imitasse putatis? *Si quis est parvulus, veniat ad me.* Parvulus Dei Mattheus; homo scilicet in sua propria opinione contemptus & abjectus Ac proinde videtur, quod supremus ille Architectus in erigendo sublimi hoc Ecclesiæ ædificio, eundem stylium servaverit, quem in mundi fabrica adhibuisse no scitur. Quænam enim sunt fundamenta quibus mundus innititur? *Extendit Aquilonem super terra*

Job. 26.

*cum, & appendit terram super nihilum. Et quænam sunt fulcra aut bases, super quas Ecclesia collocatur? Infirma mundi & contemptibilia elegit Deus; cujus rationem reddit S. Ambrosius dicens: Ne traduxisset prudentia, ne remissa divitiis, ne potentia nobilitatisque auctoritate traxisset aliquos ad suam gratiam videretur. Enimvero quod S. Mattheum attinet, sciendum est, quod licet omnes alii Apostoli, remos potius quam libros tractaverint, nihilominus S. Matthias doctissimus fuerit, ita tamen ut in conceptu suo proprio Idiotam se æstimaret. Etenim quando Redemptor noster ait: *Absecundasti hæc a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis, doctrinam & scientiam in servis suis nequaquam excludit; imo in abbas sacerdotis custodiunt scientiam, sed condemnare vult illos, qui illa aburruntur, indeque superbiunt, qui scientiam suam propriæ industriæ attribuunt, eamque Deo in acceptis minimè referunt. Quos proinde sapiens monet: Ne sis sapiens apud te ipsum* Et Apostolus: *Ne sitis vobis ipsis sapientes. Si quis vult detur inter vos sapiens esse stultus sit, ut sit sapiens.* S. Antoni^o de Padua doctrinam suam multis annis celavit, vilissimis sese ministeriis mancipando. Cui similis erat heroica S. Matthei humilitas: Ipse namque magna erat sapientia dotatus, vir quoque erat eminentissimæ sanctitatis, & tamen hæc omnia ab oculis mundi, qui aitas plusquam Lyncei sunt, cautè abscondere sciebat. Interrogatus quadam vice sanctus Thomas, quodnam sit certissimum & infallibile quasi veræ cujusdam sanctitatis indicium? Illam vel maximè dignoscendam esse respondit, ex contemptu sui fugæ honoris & laudis. Utrunque autem istud in S. Matthea reperiebatur, idque in gradu valde eminenti. Unde Salmeron verba illa observat: *Statuerunt duos & dicit: Non ipsi se ipsos ingesserunt, atque obruserunt; sed ab aliis constituti sunt.* Quotquot honores fugiunt, illis vel maximè digni existunt. Unde S. Bernardus de Considerat. ad Eugenium: *iraque non volentes, neque currentes assumitis, sed cunctantes, sed reventes, etiam coe illos & compelle intrare.* salvator noster, cum pro se & Petro tributum solvisset, advocati mox coram eo Apostoli interrogarunt, dicens: *Quis putas major est in regno caelorum? id est, in Ecclesia. Et contestum; advocans Iesus parvulum statuit eum in medio eorum & dixit: Amen, amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini**

1. Cor. 1. 28.

Lib. 1. in
Luc.

Malach.
2. 7.

Prov. 3. 7.
Rom. 12. 25
1. Cor. 7. 38.

To. 12. 17.

Lib. 4. c. 6.

Mat. 18. 1

sicut parvuli, non intrabit in Regnum caelorum quasi dicere velle: quod nullum unquam in Ecclesia habituri sint locum, nec futuri sint digni Prælati, Pastores & Apostoli sui, nisi summam professi fuerint humilitatem. Et quidem quo putas nomine totum Collegium Apostolicum compellavit? Pusillus grex. Quicumque igitur humilis, verit se sicut parvulus iste, hic est major in regno caelorum. Ecce tibi immensam S. Matthiæ Apostoli gloriam, Nimirum per tot prærogativas ad hanc dignitatem tunc electus fuit, quando ab eadem magis, quam unquam erat alienus, ad illaque se in habitum & indignum judicabat. Non solum igitur Parvus Dei, sed & parvulus fuit. S. Joannes & S. Jacobus primas à Christo sedes postularunt, S. Petrus nomine omnium Christo etiamnum viventi dixit: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse major? Similiter quando Christus ascensus erat in caelum, omnes in capite suo dominandi cogitationes & consilia agitabant, dicentes: Quando restitues regnum Israel? In solo autem Matthia humilitatem quandam conspicimus profundissimam, & infimum sui ipsius contemptum Parvus Dei; quid igitur mirum, si ipsiusmet altissimi manu exaltatus fuerit, qui suscevit de pulvere egenum, & de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum Principibus? Posuit illum super unam de sedibus duodecim. Constituit eum principem super omnem terram. In eodem libri Regum capite hæc S. Matthiæ exaltatio multis antea sæculis prædicta fuisse videtur, cum Deus ipse ait: suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet, & edificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo in diebus. Observandum hic est verbum illud suscitare, quod valde mysticum est; vult enim per illud alludere ad exaltationem quandam, ex humili loco factam: Suscitatus d. pu. v. magis tamen proprie ad quemdam paulo ante mortuum, mox verò revivificatum alludit, & significare intendit substitutionem S. Matthiæ, in locum Judæ paulo ante miserabiliter mortui, S. Ambrosius super illum

Psalmi textum: Tu autem Domine miserere mihi, & resuscita me, ita ait: Non resuscitari se petir, sed resuscitari sibi postulat Matthiam in locum Judæ, ut Apostolicus numerus impleatur, etenim quia necesse habebat perire filium perditionis, oportebat in locum ipsius subrogari filium salutis. Fuit porro S. Matthias sacerdos fidelis, quia restaurare debebat damna Collegio Apostolico per infidelitatem & traditionem Judæ illata, fidelissimum se exhibendo. Enimvero Judas valde superbus fuit, prout in cœna videlicet, in qua rapaces manus suas in unam eandemq; paropsidem simul cū Christo immittere non erubuit, bolum inde meliorem sibi eximendo. Meritò igitur illius superbiam contraponitur vir aliquis adeo humilis & modestus. Publicanus ille a superbo Pharisæo contemptus, in quodam templi angulo, timidulus hærebat, sibi metipsi diffidens, suam tamen fiduciam in divinam misericordiam constituens: nec audebat oculos ad caelum levare. Ubi S. Bernardus ait: Vim faciebat publicanus ille regno caelorum, qui dum non auderet oculos ad caelum levare, ipsum caelum ad se potius inclinare. Ecce hic tibi præfiguratum in Publicano S. Matthiam, in cœnaculi illius abjecto angulo quodam latentem, divinamque majestatem impellantem precibus suis, ut dignum aliquod subjectum ad hoc Ecclesiæ ministerium eligeret, nequaquam reflectens, aut imaginans sibi, divinam sortem in se casu terminandam esse: Dum non auderet oculos ad caelum levare, (Apostoli etenim caelum denominantur) ipsum caelum ad se potuit inclinare. Collegium etenim Apostolicum, & omnes alii in eodem Concilio congregati, ad eum & ad Barlabam sese inclinabant. Cœlum quoque, id est, Ecclesia triumphans, sive Paradisus ad Matthiam eligendum signum quoddam visibile dimisit; adeo ut sanctus hic Apostolus ut in vitis Patrum legitur, meritò dicere solitus fuerit: Si superbia ascenderit usque in caelum usque ad inferos detrudetur (id quod Judæ revera accidit); ea humilitas si descendit usque ad infernum, usque ad caelum extolletur.

Ser. de 4. modis observandi.

1. Reg. 2. 8.

Ex sanctitate & sinceritate electorum, nec non ex præconiis in hac electione competentium, & præcipuè S. Barsabæ, facile arguere licet dignitatem S. Matthiæ ad Apostolatam; ubi & alia ejus merita considerantur.

DISCURSUS QVARTVS.

Statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam, Act.

Apost. cap. 1.

Cum damnum ex Judæ de-
fectione perpeſſum, in Col-
legio Apostolico, per alterius
cujusdam Apostoli substitutionem restaurari de-
buerit, S. Petrus, cui tanquam capiti Ecclesiæ, cura
hujusce electionis singulariter competebar, assistente sibi Spiritu sancto, inprimis quidem ferventes orationes præmisit, postea vero aliorum Apostolorum, discipulorum, omniumque aliorum, ibidem ad numerum centum & viginti congregatorum adhibuit; Et quidem tamen se solo, ad munus istud, sibi magis collibitum promovere poterat, id tamen facere noluit, quin potius meritum electi per omnium illorum approbationem magis qualificare placuit. Illi autem, quia in hanc electionem intervenerunt, à Dionysio Carthusiano, glorioso titulo *Electissimi* cognominantur, & merito, quia in eo Concilio simul congregati erant viri zelosissimi, sanctissimi, & perfectissimi, quos eo tempore universa habuit Ecclesia, omnes enim illi, columnæ & fulcra erant sublimis illius ædificii, quod Filius Dei, increata illa sapientia, manibus suis hic in terris erecturus erat, hos ad totum mundum convertendum, depellendasque ignorantia tenebras, omnium denique populorum cæcitatē illustrandam elegerat, unde Ecclesia de illis canit: *Vos facti sunt iudices & vera mundi lumina.* His doctrinam & prudentiam tam sublimi ministerio correspondentem

elargitus fuerat: *Quorum doctrina (ita de Apostolis singulariter dicitur) fulget Ecclesia, ut sole luna.* Omnis erant passionis inordinatæ expertes & sinceri: *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba.* Illi denique erant, qui in primo illo nascentis Ecclesiæ sæculo, per totum universum dispersi, in provinciis & regnis, in quibus fidem seminabant, Christianamque plantaverant religionem, ad regimen & directionem populorum, varios debebant ministros atque Pastores eligere. Hi inquam Iudices adeo sapientes, sinceri, prudentes & sancti ex toto illo concilio, æquissimo suo iudicio duos elegerunt, optimè meritos dignissimosque. *Statuerunt duos.* Liberè & spontè tanquam huic muneri aptiores fuere propositi, ita ut ipsi ne quidem per umbram, se vel minimum in id munus ingesserint. Unde Interlinearis dicit: *Exemplis equalibus duos pares se cognoverunt, quos ceteris preferendos esse non dubitaverunt.* Hos duos & S. Philippo Diacono, & S. Luca, & S. Marco, & S. Barnaba, & S. Stephano meliores & sanctiores esse sunt arbitrati. *Istos non distinxerunt ab aliis per sortem, inquit Lytannus, sed electionem tanquam magis notabiles in scientia & factorum Christi experientia.* Dionysius Carthusianus adjungit: *Tanquam præ ceteris sanctitate conspicuos, atque ad gratiam Apostolatus, ut videbatur, magis idoneos.* Idemmet Scriptor alibi, in sermone super Epistolam hodierni festi, ita scribit: *Statuerunt duos, fama, sanctitate & sapientia eminentes; ac de-*

Enar. in Act.

num ad idem probandum, stringens quoddam argumentum proponit, dicens: *Est credendum quod si in toto illo Collegio judicasset aliquem eis meliorem, & ad eam summum officium eis digniorem & aptiorem, illum utique statuisset; & tamen in illo Collegio non fuerunt viri sanctissimi.* Enimvero quando inter Apostolos, de septem Diaconorum electione agebatur, quis est, qui nesciat, quanta ad eam rite perficiendam usi fuerint industria & diligentia? *Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testi monii septem, plenos Spiritu sancto & sapientia quos constituamus super hoc opus.* Multo igitur verisimilius est, quod oculatiores & circumspetiores fuerint, in eligendo quoddam Apostolo. Magna etenim est differentia inter electionem unius Apostoli ab hoc sacrosancto Discipulorum Concilio factam, & eam, qua Salvator noster totum elegit Collegium Apostolicum. Hæc enim incarnata sapientia sciebat, quid esset in homine; scrutabatur renes & corda. Et licet Moyses se excusaverit, elinguem se esse dicendo; num fortè idem quoque ipsemet Deus dicere poterit; *Qui fecit os hominis? Principes mundi, dum quempiam ad munus aliquod eligunt, illam experientiam, scientiam, & prudentiam, quam muneris illius legitima administratio requirit, eidem dare nequaquam possunt; sed illam jam antea habeant, necessum est, ut in muneris illius ministerio exercere se possint: Non autem sic Deus; Nam, quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? non ne tu qui solus es? Qui igitur eis gratias & privilegia superiora concessit, multo magis eis quodvis gratuitum donum dare poterit.* Et ita quidem Christus fecit, qui piscatores in oratores convertit. Postquam verò Christus jam ad cælos ascendit, jamque hæc Matthiæ in Judæ locum substitutio, ab Apostolis facienda erat, Deum nequaquam tentare, vel ab eo sine necessitate miracula postulare debebant, cum que iis, quos electuri erant, scientiam & humilitatem ad id munus requisitam ministrare non possent, ex toto illo numero, duos eligere voluerunt, qui in sanctitate, doctrina, & prudentia excellentissimi essent. Porro alii Apostoli à Christo vocati fuere, hi quidem à recti piscatorum illi verò à mensa collybistica: S. Matthias autem scrutinium quoddam prius sustinere debuit, à judicio & sapientia humana omnium Apostolorum, & discipulorum, om-

niumque aliorum illi concilio presentium, postea cælitus per signum visibile veluti per cæleste quoddam oraculum fuit approbatus. In cap. 7. libri Numerorum legitur, quod Deus voluerit, ut oblationes sibi in templo suo presentandæ, non haberent pondus & mensuram publicam & communem, sed æstimandæ essent ad pondus Sanctuarii. In pondere publico denotatur iudicium hominum, in pondere autem sanctuarii Dei iudicium intelligitur: Ecce igitur insignem hujus electionis excellentiam, utpote quæ utroque pondere æstimata fuit. *Perpendere possumus (inquit Dionysius Carthusianus, & nos quoque superius terigimus) ex textu lectionis, quod S. Matthias fuit utique vir valde præcipuus perfectionis, approbatæque sanctitatis, tam coram Deo, quam coram hominibus.*

2. *Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus.* S. Lucas qui Evangelista simul & pictor fuit, in presenti casu, pictorum artificio uti videtur, qui ut colores & figuras magis elucescere faciant, umbris adhibitis ingeniosè uti solent. Idem, inquam, in casu nostro præsentis facere videtur Evangelista. Prius enim facit emicare merita, virtutes, & dignitatem Barsabæ competitoris S. Matthiæ, ut ex inde hujus insignes prerogativæ tantò magis eluceant. Porro *Ioseph*, idem est, quod *accrescens*; *Barsabas* autem interpretatur *filius quietus*. Unde arguitur, quod in virtutibus & perfectione semper magis magisque incrementa sumpsit, quodque in sinu cordis sui imperturbabilem quandam rectæ conscientiæ pacem & quietem, infallibile puræ cuiusdam animæ iudicium expertus fuerit. Per Authonomasiam quoque Iustus denominabatur; *Cognominatus est Iustus* ubi Interlinearis ait: *Tanta virtus erat, ut etiam à Romanis, qui eum nosse non justus diceretur.* Denique proximus fuit Salvatoris nostri consanguineus. Eicænim Lyranus causam assignat, cur S. Lucas sanctitatis Barsabæ adeo celebris, & ipsis quoque gentilibus manifestæ mentionem fecerit, dum ait: *Ex evidentia sanctitatis, quæ rationaliter hic exprimitur, ne repulsus ab Apostolatu, tanquam indignus videretur. Quam etiam observationem Carthusianus fecit, dicens: Prudenti consilio Ioseph iste laudatur, ne ex sua culpa viaceatur ab Apostolatu repulsus.* Enimvero quod S. Lucas ob tam rationabilem causam, laudes & merita S. Barsabæ

Act. Apo.

6.

Exod. 4.

21.

Job. 14. 4.

Barfabæ expresserit, convenientissimum fuit, ac verò cur ne verbum quidem de prerogativis & meritis S. Matthiæ expressit? Doctissimus Salmeron dubium istud movet pariter & resolvit, dicens: Nota quoque prudentiam Spiritus sancti: Iosephum Barfabam iustum commendat; Matthiam sine ullo encomio nominat, ne exclusus credatur Iosephi tanquam magis & indignus; alter verò ex utroque sortis satis commendatus fuit aliis laudibus, ut minime indignetur, Dionysius quoque aliam rationem, eamque convincentem assignat cur de virtutibus & meritis sancti Matthiæ nequicquam locutus fuerit: Nam ei præ omni præconio potest sufficere, quod alio tam iusto in hac parte relicto, ipse ad Apostolatus apicem est assumptus. Verum enim vero ex multis quoque aliis capitibus, singularissima S. Matthiæ, pro hoc ministerio adæquando, merita nobis innotescere possunt. Dedit etenim Christus nobis infallibile Apostolatus sui signum, ipsam dilectionem; & ideo S. Thomas super illa verba S. Joannis: In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis, ita scribit: Speciale discipulatus Christi signum, est charitas Sanctus autem Matthias à Dionysio vocatur Charitate repletus, Seraphicus etiam Bonaventura de eo testatur dicens: Commendatur ab excellentia amoris iuxta B. Laurentius Justinianus in sermone, quem de hoc festo composuit, dicit: Extolluntur Apostolorum merita, non quia Sanctus præferuntur omnibus, dignitatis gratia, sed quoniam animarum zelo præ cæteris sublimius inarsere, utpote propinquiores verbo. S. Matthias intimus Christi familiaris fuit, utpote qui à primis annis cum eo fuit conversatus, tanquam ex eadem tribu, eademque patria oriundus, & consequenter fuit actionum ejus oculatus testis. Certum quoque est, quod præ quovis alio exarserit zelo salutis animarum, & ideo Apostolata, quovis alio dignior fuit. Ita enim de eo scribit Dionysius: Pro Deo & proximarum salute seipsum totum impendit. Et alibi: Zelo fraterna salutis accensus ab eo dicitur. Ex testimonio autem Richardi à S. Victore: Hi sunt sublimis ante Deum, nihil enim æquè placeat Deo, sicut zelus & lucrum animarum. Passim omnibus notum est: quod Apostoli in Scriptura sacra per cælos figurentur: Cæli

o narrant gloriam Dei? qui nimirum, ut Hugo Cardinalis scribit, *Alti sunt per viam eminentiam, clari per bonam opinionem, mundi per intencionem, volubiles per discursum ad predicationem.* Atque ideo S. Matthias in Apostolum electus, quia in eo mirabiliter concurterunt omnes jam dictæ conditiones. Fuit enim alius per vitam eminentiam, quem proinde S. Bonaventura hoc epitheto sanctissimus honorandum esse censuit, & de eodem dixit: *Mira commendatio est, quod ex omnibus sanctorum, super hoc orantium Deum, in Apostolum sic electus.* Et cur, inquit B. Laurentius, eum ad hanc cœlestem principatum exaltatum fuisse existimatis? Constitues eos Principes. Primatum quippe adeptus est gentium, quia prius sibi metipso didicit principari. Fuit etiam clarus per bonam opinionem. Id quod probatione non indiget, talem enim omnes de spiritu & meritis ejus habuere opinionem, ut eum simul cum Barlaba, ex tota illa tot virorum præclarissimorum congregatione velut digniorem elegerint. Mundus quoque per intencionem fuit, idque ex nonnullis Carthusiani verbis facile arguere possumus, qui ait: *Coram Deo virtuose se habuit in vera sinceritate; intentio enim à Deo solo videtur, coram quo sincera comprobata fuit.* Volubilis quoque fuit per discursum ad predicationem; prout testatur Baronius dicens; *Matthias in Æthiopiã post Iudaam Evangelii causa profectus traditur.* Porro S. Ambrosius aliam adfert rationem, ob quam Apostoli cœli denominati fuerunt: Cælum, inquit, dicitur, quia vitam Angelorum, custodia integritatis exerceat. In hac autem pudicitia virtute S. Matthias, ut diximus, à S. Bonaventura mirè deprædicatur; Et Carthusianus ait: *Per virtutum suarum perfectionem fuit Angelicus.*

3. Considerandum est etiam, quod Redemptor noster sequaces & discipulos suos, inter alias virtutes, præcipue has duas ediscere voluerit, humilitatem nimirum & mansuetudinem: *Discite à me quia mitis sum & humilis.* Ecce igitur mysterium, cur Evangelium hodiernum, S. Matthiæ accommodetur, in quo nimirum verba jam dicta recensentur; utramque enim virtutem in summo gradu habuit, & ideo Apostolatu dignissimus fuit. Enimvero mansuetudini ejus

To. 16. 17.
10.

Ser. 3. de S.
Matthia.
Ser. 2. de S.
Matth.

Ser. 2.
Ser. 3.
Cap. 2. 1. in
Cant.

Ser. 1. de S.
Matth.

Ser. 2. de S.

Anno 4. 4.
7. 4.

Ser. 12. in
Pf. 118.
Ser. 3.

ejus hoc Spiritus sancti testimonium propriissime quadrat: *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.* Quod verò humilitatem ejus attinet, hanc jam in discursu antecedenti examinavimus. Porro quidnam Christus discipulis inter se de majoratu contententibus respondit? Nimirum ut conarentur omnino oppositum illius facere, quod facit mundus: *Reges gentium dominantur, vos non sic; sed qui major est in vobis, fiat sicut minor.* Ecce tibi causam cur S. Matthias fuerit exaltatus, quia videlicet se infra quemvis alium humiliavit, fuit enim hic sui ipsius apud semetipsum contemptus, dispositio efficiens, ut donis thesaurisque cœlestibus locupletaretur. *Matthia* idem est, quod *Parvus Dei*, vel etiam secundum Interlinearem: *Donum Dei*. S. Hilarius super illa verba: *Dedit discipulis pannes, discipuli autem turbis*, mysterium in illis latens declarando, scribit: *Quia per Apostolos erant divina gratia dona inferioribus hominibus reddenda; ideo gratias & dona cœlestia eis distribuit Spiritus sanctus; Super quem requefecit Spiritus meus, nisi super humilem? Abscondisti hac à sapientibus, & revelasti ea par-*

ulis. Superbis resistit, humilibus dat gratiam. S. Augustinus, Magdalenam ad pedes Salvatoris procumbentem, considerans, scribit: *Quantò humilius sedebat, tantò amplius capiebat: confluit enim aqua ad humilitatem convallis. Aquæ cœlestium gratiarum in humiles valles derivantur. Matthias in hoc munere constitutus, ulu. no loco sedebat, seque omnium indignissimum reputabat, atque ideo Cœli thesauris mirè fuit locupletatus, quia cecidit sors super Matthiam.* B. Laurentius de Apostolis ait: *Spiritualibus donis sunt locupletiores, id quod in S. Apostolo nostro mirè adimpletum fuit, siquidem ipsissimum nomen ejus humilitatem pariter & dona secum subinfert.* Dicitur enim: *Parvus Dei, donum Dei.* Etenim excellentius quidpiam eo, quod B. Laurentius de S. Matthia scribit, de hoc S. Apostolo dici posse, nequaquam existimo; sic enim loquitur: *Neque enim minus Petro & Apostolis ceteris Matthias adeptus est gratia, quamvis in vocationis ordine extiterit ultimus: eandem plenitudinem spiritus eademque munera spiritualia percepit, qua reliqui.*

Ser. 27. ca.
20. de
ver. Domi

Ostenditur quòd fors, quocunque tandem modo illa exponatur, meritum S. Matthiæ ad Apostolatam aptissimè declaret.

DISCURSUS QUINTVS.

Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam.

Act. Apost. cap. 1.

2.

Q

uia fortasse, audiendo promotionem S. Matthiæ, ad sublimem Apostolatus dignitatem, factam esse mediante sorte, minus dignum de eminentibus virtutibus & meritis ejus conceptum

formare vobis potuistis, ideo præsentis discursu pluribus ostendere decevi, quod in quocunque demum sensu hæc fors à factis scriptoribus explicetur, fors ista in ejus semper cedat majorem honorem, majoremque gloriam.

2 *Dederunt sortes eis.* Salmeron ait: *Quidam vertunt gratè jecerunt sortes; alii possuerunt; utiturque Chrysostrami testimonio,*

Tom. II.
cr. 10.
existi.

existimantes sortem illam veram fuisse sortem, qualis nunc in usu est apud Hebræos. Dederunt sortes, inquit Salmeron, nimirum in vasculum aliquod; id est, posuerunt nomina Barfabæ & Matthiæ in urnam quandam, indeque ea per sortem extraxerunt. Alius quidam expositor in hunc textum ait: *Miserunt sortes sed secundum ordinem & consuetudinem Iudaici populi; sic enim Ionas sorte deprehensus est; itemque & Ionathas filius Saul, Dionysius S. Hieronymi & Bedæ auctoritatem citat, dicens: Voluit, quod fuerit fors communiter fieri solita, cujus in lege Moysi celebris fuit usus, per quam Iosue deprehendit Achan furem.* Et S. Ambrosius ait: *Super Apostolum Matthiam fors cecidit, ne Apostoli electio à mandato discrepare legis veteris videretur.* Et quidem hac etiam opinione supposita tanquam vera, fors hæc meritis & dignitati electi Apostoli nihil derogat, imò verò infallibile fuit suæ ad illud munus habilitatis & idoneitatis testimonium, cum verissimum semper sit illud Spiritus sancti testimonium in Proverbiis nobis traditum. *Sortes mixtuntur in sinum, sed à Domino temperantur. Cum duos probatos eligissent, inquit quidam interpres, nihil periculerat, super quemcumque decidisset. Demum prosequitur dicens: Nec sortibus rem omnem commiserunt, quod eorum oratio indicat. Omnes etenim simul conjuncti, orationem quandam valde ferventem præmiserunt, in qua à Deo approbationem & iudicium suum postularunt: Fors ergo nihil aliud quam divina voluntatis declaratio fuit.* Origenes idipsum quoque expresse dicit: *Præcedente oratione, non casu, sed divina providentia, fors divinum iudicium proferebat; idque ex duobus Apostoli textibus probat. Primo enim Apostolus dicit: In qua sorte vocati sumus, prædestinati sumus secundum propositum ejus, qui omnia operatur. Deinde idem dicit: Gratiis agens Deo Patri qui idoneos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine; Ex quibus textibus, inquit Origenes, colligitur, quid nobis à Apostolis fors ducta designat, qui ubi ex fide integra & oratione præmissa fors ducitur, ea, qua Dei voluntas continet in occulto, fors hominibus declarat in manifestis.* Adeoque S. Petrus merito ex instinctu Spiritus sancti, post jactas hæc sortes ad Deum se convertit, & dixit: *Tu Domine, qui corda nostri omnium ostende, quem elegeris ex Mansi Sanctuarii Tomo 1.*

his duobus unum. Quasi dicere voluisset; ad ostendendum, quem tu elegeris, decidat per tui providentiam fors super primum, qui extractus fuerit ex urna. S. Laurentius Justinianus dicit: *Declaravit autem visibilis fors Dei electionem invisibilem; quis non pratulisset ex his justum cognomento & vita? Duo illi, quos ex his centum viginti elegerant, universali omnium congregatorum iudicio dignissimi erant, & juxta communem opinionem, à vulgo quoque authenticatum, Barfabas altero sanctior apparebat; & tamen ex altera parte dignissimum quoque agnoscebant Matthiam.* Unde in hac perplexitate & ambiguitate, recurrerunt ad divini oraculi infallibilitatem, quod ab eventu sortis expectabant. Deus autem in S. Matthia plus aliquid quam in Barfabâ videns, humanum hoc decidit dubium, dum fors cecidit super Matthiam. *Et tamen aliter judicavit omnipotens (inquit idemmet Justinianus) cujus iudicia longe ab humanis dissimilia sunt.* Salmeron postquam sapientissimi & prudentissimi hujus concilii, uter ex ambobus è toto numero selectis dignior esset, discernere nescientis, & utrosque tales esse existimantis, perplexitatem considerasset, demum ait: *Decretum est, ut potius sorte interposita cognosceretur, non tam electus hominum suffragiis, quam divino iudicio creatus: quæ ratione Paulus non ab hominibus, neque per hominem, sed per ipsum Christum, factum se Apostolum predicat.* Demum verò hujus electionis S. Matthiæ prærogativas demonstraturus, prosequitur, dicens: *Reliquerunt Deo iudicium, qui scires meliorem, ut eligeret quem vellet; atque ex ratione Matthiæ sortis eventu, gratum & ratum Deo suum fuisse Apostolatam cognosceres.* Idem quoque Hugo Cardinalis consideravit, dum ait: *Hic Matthias eligitur non virtute sortium, sed voluntate ejus, qui sortes regit incertas.* Adeoque ejus ad Apostolatam promotio, licet forte facta fuerit, suâ tamē tam ab hominibus, quam à Deo approbationē habuit.

3. *Cecidit fors.* Hanc sortem alii existimant fuisse demonstrationem quandam benignitatis & misericordiæ Dei, ostendentis, Matthiam sibi ad hoc ministerium, præ aliis vel maximè complacere. Oecumenius ait: *S. r. em præterea appellat, & rem omnem ostendens benignitatis & electionis esse divina.* Quod identificatur cum illo, quod Theophylactus his verbis

Ioan. Fe
rum.

Ser. 1. de
S. Mat.

In Luc. 1.

Prov. 16.
v. 33.
Io. Ferm.

Hom. 23.
in Iosue.

his dicit: *Sortem autem eam vocat, ostendens totum negotium pendere à humanitate Dei.* Et forte ad hunc sensum Glossa etiam alludere voluit, dum nomen istud *Matthias* interpretando dixit: *Qui donatus est, vel donum Dei interpretatur, cui donum Apostolatus à Domino collatum est.* Verum enimvero in hac sorte mundo quoque, dignitas manifestatur electi, licet enim *Barfabas*, vir tantæ sanctitatis, ab hoc tam sublimi ministerio fuerit repudiatus, *Matthias* verò ex mera benignitate fuerit ad idem promotus, nihilominus prout in hunc locum Glossa animadvertit; *Hinc exemplum humilitatis accipimus, ne temerè discutere presumamus superna consilia de vocatione horum, & repulsione illorum.* Et tandem concludit: *injustum esse non potest, quod iusto placeat.* Verum quidem est, quod omne bonum, omne donum, omnis virtus nostra à Deo dependat: *Sorte vocati sumus* id est, Deus nos gratia sua sine ullo nostro præcedente merito prævenit: Verum tamen non minus quoque verum est, quod hic Deus tanquam justus Judex merita nostra in æquissima bilance ponderare non omitat. *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris.* Quibus verbis Petrus insinuat; quod prius Deus idoneitatem, merita, & virtutem uniuscujusque accuratè consideret, postea vero voluntatis suæ beneplacitum demonstrat. Unde verisimile est, quod Apostolum quendam electurus (qui gradus in Ecclesia Dei tantæ est considerationis) certè recognoverit *Matthiam* præ quovis alio huic officio dignius cooperaturum esse.

4. *Cecidit fors.* Alii dicunt S. Lucam hoc loquendi modo insinuare voluisse, quod in hoc dubio, uter scilicet è duobus propositis dignior esset, Deus Apostolis interius inspiraverit, ut in *Matthiam* eligendum unanimiter propenderent. Unde *Salmeron* ait: *Declarare secundum Deum, uter deberet in Apostolatu proferrì, essentiam ob eminentiam sanctitatis uterque primo facile occurreret dignus, præmissa tamen postea oratione, Deo occultè inspirante, & illorum animos excitante Matthiam dignior & aprior judicatus est.* Postea idem ulterius declarat, quamobrem Evangelista huic divino instinctui nomen sortis indiderit; licet in substantia fuerit impulsus & inspiratio cœlestis. Dicit igitur hujus hanc esse causam, quia si impulsus naturalem & san-

guinis ductum secuti fuissent, *Barfabam* utique Apostolum declarassent, utpote Salvatoris consanguineam, & ut diximus duorum aliorum Apostolorum fratrem: *Sed secutus sunt impulsus Spiritus sancti, & ideo fors è cælo venisse dicitur, si us Papa ex alto venisse dicitur, licet per electionem fiat promotio: sortes verè dare, id est, decerni re dicitur, quis debeat honore illo potiri.* Huic autem opinioni fidem præbent postrema hodiernæ Epistolæ verba: *Annuneriatus est cum undecim Apostolis.* Ubi versio Græca dicit: *Communibus calculis cooptatus est.* *Vatablus* quoque & *Pagninus* legit: *Suffragiis additus est.* Unde colligitur, quod interius à Deo inspirati, votis suis unanimiter in *Matthiam* concurrerint.

5. *Cecidit fors.* Per hanc sortem etiam interpretari possumus eandemmet Apostolatus dignitatem; adeo ut idem sit dicere, *cecidit fors super Matthiam* ac si diceret, *Matthias electus & declaratus est Apostolus, ut numero duo decario suam adderet perfectionem & complementum.* Et quidem si per sortem intelligatur status aliquis magnæ felicitatis & fortunæ, multa ambitione concupitus & desideratus, quæquam poterat præ Apostolatu dignitas major desiderari? *Ecclesiarum Principes.* Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, ac inde virtutes; unde videtur, quod primo loco ponantur Apostoli. Porro in hujusce veritatis confirmationem, quod scilicet per tale nomen fors intelligatur Apostolatus, faciet hodiernæ Epistola, prout *Salmeron* optime observavit, dicens: *Favet huic sensui quod Iuda Apostolatus, in hoc eodem Petri sermone, fors dicitur: qui sortitus, inquit, eras sortem ministerii hujus, & Apostolatus, cum tamen sine sortibus à Domino ex merito beneplacito fuerit electus: Paulus quoque ad Ephes. 1. Divinam electionem sortem vocat, in quo etiam nos, inquit, sorte vocati sumus, id est, gratia pro Dei voluntate.*

6. *Cecidit fors.* *Dionysius Carthusianus* ait: *Apostolatus, qui est donum gratia gratis data, sicut & prophetia.* Et *Hugo Cardinalis Ethymologiam* hujus nominis *Matthias* exponens, dicit: *Matthias interpretatur donum Dei, cui donum Apostolatus à Domino collatum est.* Cum hoc autem dono, consequenter donatur illa gratiæ illius cœlestes thesauri, qui a deo sublimi, & in Ecclesia Dei digno annexi

esse noscuntur. *Sors cecidit super Matthiam*; id est, *gratia super humilem*; hoc enim epicheto sanctum hunc denominari jam diximus, *Parvus Dei*. Unde ratione non caret illa nonnullorum opinio, qui censent, quod sanctus hic Apostolus, uno eodemque tempore, simul cum Apostolatu receperit dona prophetia, miraculorum, linguarum, omniaque alia, quae ceteris data fuerint; licet verius sit, quod omnes paulo post illa pariter in die Penthecostes receperit.

Ann. 34.
n. 37 de
ecl. hier.
sarch. p.
S. 6. 5.

7. *Cecidit sors*. Dionysius Areopagita à Baronio citatus, inquit: *Videtur mihi Scriptura sortem appellesse divini quoddam & precipui muneris, per quod illi choro sacratissimo insinuaretur, qui esset divina electione declaratus*. Id quod de quodam lucis radio caelitus super Matthiam visibiliter dilapso, exemplificant; ad eum ferè modum, quo quondam illa in aère pendens columna, Gregorium Pontificem, in loco ubi latebat, insinuabat, vel sicut columba Fabianum Papam elegit, aut sicut virga florida summum Aaronis sacerdotium significavit. Alter vero Dionysius Carthusianus ait: *Quidam splendor divinus, seu radius divinitus missus super Matthiam*; adeoque nullum potest majus aut evidentius dignitatis electi haberi testimonium quam hoc sortis oraculum, quod de oculo ab illa increata sapientia & providentia nunquam errante, missum illuxit. Sanctitas autem Barfabæ non indigebat ut mundo manifestaretur, utpote quae omnibus erat manifesta: non item sanctitas Matthiae ita nota erat, utpote qui meritum & virtutes suas, quantum poterat, ab omnium oculis occultabat.

In Acta.

8. *Cecidit sors*. Per hanc sortem etiam interpretari possumus, ipsum cultui divino, pro ratione ministerii, ad quod assumptus fuerat, totaliter fuisse consecratum, Nomen etenim *sors*, in Græco idem est, quod *Clerus*; unde Clerici vocantur qui, cum sint tanquam sors & hereditas Dei à laicis separati, singularius divino cultui dedicati esse censentur. Hinc est, quod, quando prima tonsura confectur, illa verba dicantur: *Dominus pars hereditatis meae tu es qui restitues hereditatem meam mihi*. Porro Levitæ, quoad temporalium bonorum distributionem, nullam habebant cum reliquo populo partem: cum enim tabernaculi ministerio dedicati essent, de oblatione in eo tabernaculo facta participabant. Ita in novo testamento: Hereditas Clericorum esse debet, servire Deo sine terrenorum bonorum ambitione. Unde S. Hieronymus nos monet: *Clericus interpretetur primo vocabulum suum, & nominis definitione prolata nitatur esse quod dicitur*. Deinde verò dicit, quod *Ly Cleros*, in Latino idem sit quod *sors*. *Sors propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, id est pars clericorum est*. S. Augustinus quoque id ipsum confirmat, dicens: *Clericus dicitur à sorte, quia sorte in sortem Domini adsciscitur*. Magna etenim & egregia sors est, ad divinum servitium à Deo esse vocatum. *Servire Deo regnare est*, Denique S. Hieronymus eodem in loco nos sic exhortatur: *Qui autem vel ipsa pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, ut & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino*.

Cornel. à
lap. in.
Acta c. 1.

Lib. 2. c.
pist. 12.

In ps. 67.



Ostenditur quod Deus, non vero fors, S. Matthiam ad Apostolatam elegerit, utpote in quem omnes illæ conditiones concurrerunt, quæ ad bene deliberatam electionem requiruntur.

DISCURSUS SEXTVS.

Et orantes dixerunt; Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum, accipere locum ministerii huius & Apostolatus.

Act. Apostol. cap. 1.

EX hac cum ferventibus fidelium precibus, associata supplicatione, quam S. Petrus nomine totius illius sacrosancti Concilii, Divinæ Majestati præsentavit, evidenter fati colligitur, quod hanc ad Apostolatam instituendam electionem, nequaquam forti commendatam esse voluerint, sed potius divinæ voluntatis decretum de cælo expectarint, ideo enim dixerunt: *Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris* Probè namque sciebant, quod Deus jam illum elegerat, quem dignum & secundum cor suum esse sciebant, ideoque nihil aliud petebant, quam ut Deus illis visibili aliquo & externo signo mediante, suam illis voluntatem notificaret. Dignissima autem consideratione sunt verba illa, quæ mox S. Petrus subjunxit dicens: *Accipere locum ministerii huius & Apostolatus, de quo prævaricatus est Judas, ut abiret in locum suum.* Quasi dicere velle, quod Judas hæcenus locum non suum occupasset, Beatus Laurentius Justinianus ait: *Elegerat profectò Matthiam ad hunc gradum dignitatis, antequam darentur sortes, & priusquam fieret mundus.* Ac proinde cum sedes illa ab æterno S. Matthiæ destinata fuerit, Petrus ingenti cum mysterio dixit: *Ut abiret in locum suum.* Cajetanus ait: *At ut in locum suum, quia hæcenus occupaverat alienum Apostolatus & ministerii locum.* In huius quoque confirma-

tionem observandum est, quod S. Petrus, tanquam Christi in terra vicarius, per instinctum Spiritus sancti, & veluti ex omnium congregatorum ore loquens, non dixerit: *Ostende quem eligas;* sed in præterito tempore, quem elegeris, optimè intelligens, electionem istam non à sorte, quæ paulo post jacienda erat, dependere, sed ab æterno Dei decreto jam ab æternitate factò, quam fors illis declarare debebat. Unde Chrysostomus: *Non dixerunt elige, sed ostende electum, hoc est, quem tu eligisti. Beatus quem eligisti & assumpsisti* Quibus verbis S. Bonaventura utitur pro themate sermonis secundi de hoc festo. Quando Saul per instinctum Divinum à Samuele in Regem Israël unctus fuit, Propheta ad populum cõvertens eadem dixit: *Cerid videtis, quem elegit Dominus, quod non sit similis illi in omni populo.* Id quod de hoc Apostolo etiam dicere possumus; in toto etenim mandato nullus erat hoc munere dignior, siquidem in illo cænaculo præsentés aderant sanctissimi & dignissimi viri, quos Dei filius uspiam in univèrsa terra habebat: *Principes populorù congregati sunt cum Deo Abraham* Et hi meliorè utique elegerunt. Etenim si Moyses dixit, ut Dionysius Carthusianus in c. 1. Deuteronomii optimè notavit; *Date ex vobis viros gnaros & sapientes, quorum conversatio probata sit in tribubus vestris & ponam eos nobis principes & tamen ibi de solo temporali regimine agebatur, quanto igitur creabilis erit S. Petrum in hac electione, in principio*

Ser. de S.
Matth.

1. Reg. 10.

24.

ff. 46 10.

nalce.

Ser. 1. de S.
Matth.

a. Cor. 3.6.

nascens Ecclesie longè plus præmississe, quando de quodam ejusdem Ecclesie cardine substituendo tractabatur; de Apostolis enim scribitur: *Ecclesiarum Principes*. Et quidem sollicitudo quam hac in re tractanda habebat ex Concione ad Concilium habita satis liquido deduci possit: *Oportet ex his viris*. Unde S. Bonaventura ait: *Quia ergo hic sanctus Apostolus ex tanta multitudine est electus, tanquam Deo inspirante sanctissimus, bene de eo dicitur: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus; non dicitur millibus, quod mille essent, sed millenarius numerus, quia perfectus, perfectionis Apostolici cætus est significativus. Idoneos, inquit Apostolus, nos fecit ministros novi testamenti*. Illa namque talenta, dona, & gratias Apostolis contulit, quæ eos ad exercendum sibi impositum munus magis habilitare & idoneos facere poterant. Porro in sancto Matthia, ut jam diximus, præter judicium & vota humana, mirum in modum etiam concurrerunt decreta cælestia. Experientia equidem demonstrat, quod quando in loco aliquo, qui optimi est nominis, culpa alicujus imbi degeneris, scandalum aliquod publicum committitur, tunc ad damnum illud refarciendum, & ad recuperationem boni nominis deperditi, præter poenam irrogatam delinquenti, in delinquentis locum subjectum quoddam omni exceptione majus substituitur. Certissimum est, quod Collegium Apostolicum per traditionem & facinus Judæ, in communi omnium opinione plurimum perdidit; substituitur igitur in locum ejus subjectum aliquod adeo dignum, adeoque sanctum, quod scandalorum & criminum ab hoc sacrilego commissorum per eminentem sanctitatem, vitæque suæ exemplaritatem abolere possit memoriam.

Exod. 18.
21.

2. Porro unum ex evidentioribus argumentis, ad probandum, quod in sancto Matthia omnes illæ conditiones concurrerint, quæ eum Apostolatu dignissimum efficere poterant, est hoc sequens. Quando Moyses in decidendis populi sui controversiis, laboribus nimium aggravabatur, Deus illum non nihil sublevare volens, Jethro socero ejus inspiravit, ut ei suggereret plurimum Judicum collegiarum electionem simulque conditiones in talibus requisitas, distinctè præscriberet. Quanto igitur credibilis est, quod, quando Deus unum electurus erat, ex iis Judicibus, de quibus scribitur: *Vos facti iusti iudices, & de quibus ipsemet ait:*

*Selebitis super sedes judicantes duodecim tribus Israel, tale sibi subjectum selegerit, in quo omnes istæ qualitates perfectè concurrerent? Porro eodem hoc textu Exodi sanctus Bonaventura serm. 1. de hoc sancto Apostolo utitur. Circa quem aliquas ex sacris interpretibus excerptas considerationes, breviter proinde facere constitui. *Provide autem de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas; & qui oderint avaritiam*. Provide, Lyranus dicit: *Cum magna diligentia & deliberatione* Volebatque insinuare, Moysen prius maturè diligenter deliberare debere, facereque virorum præstantissimorum delectum. Id quod tandem mandatum est executioni, prouti nunc ex prælecta Epistola audivimus. Meliorem autem hoc sine eligentium delectum facere non poterat, hi namque congregati electi à Dionysio *Electissimi* denominantur, à quibus postea selecti sunt duo, qui ex omnibus optimi & dignissimi erant, idque cum tam serâ deliberatione ab iis factum est, ut magis seriam adhibere vix potuissent; siquidem *orantes dixerunt*. Sequitur: *De omni plebe, per quod excluditur consanguinitas, inquit sanctus Bonaventura*. Hæc autem in præsentī electione locum non habuit, quia facta est, *Atque personarum acceptione* ut inquit Lyranus. Joseph enim, qui cognominabatur Barsabas, proximus Christi consanguineus, & trium aliorum Apostolorum frater erat, & tamen exclusus fuit, ut per hoc doceremur, inquit Carthusianus, *quod ratione consanguinitatis, aut ex affectu carnali non sint aliqui ad Ecclesiastica beneficia, aut officia promovendi*. Salméron ait: *Non sunt secuti carnis affectum, quia sic preferendus esset Joseph, quod esset Christi consanguineus*. Et quidem quia huic dignum esse cognoscebant, ideo totum hoc divinæ electioni remissum esse voluerunt, dicentes: *Offende quem elegeris*. Voluit in veteri lege sapientia increata, ut in summi Sacerdotis rationali omnes aliæ gemmæ essent, solo excepto adamante, non quasi hic cum aliis consistere non posset, sed propter mysterium; hic enim lapis licet aliàs ad quemvis gravem ferri ictum infrangibilis sit, adhibito tamen sanguine frangitur. Per quod Deus docere nos voluit, quod in dignitatibus Ecclesiasticis, consanguinitas ne per umbram quidem locum habere debeat. *De omni plebe*. Ex hisce verbis adhuc alia quædam eruitur conditio, nam ut sanctus Bonaventura ait: *Per hoc exclu-**

dicur nobilitas Hujus etenim nulla in schola Christi habita est ratio, qui in discipulos suos pauperes elegit piscatores; Et ut sanctus Hieronymus ad Celantiam ait: *Apud Deum nobilitas est. Utrum est. ut virtutibus.* Hac autem nobilitate sanctus Matthias præ omnibus aliis præditus fuit, prouti in secundo discursu vidimus. Sequitur: *Viros. Per quod, ut ait S. Bona ventura, excluditur fragilitas.* Nam pro muneribus & ministeriis publicis tales desiderantur personæ, quæ forti & invicto pectore valeant. Talis autem sanctus Matthias fuit, qui præterquam quod Christum in omnibus contradictionibus & persecutionibus, quibus à populo ad mortem usque ipsum odiente passus est, longo tempore inestatus fuit, per tot insuper annos Evangelium annuntiare, Christumque in eadem Judæa prædicare continuavit, non obstante, quod hæc fides Judæis scandalum, gentibus autem stultitia esse videretur ac demum lapidatus, vel etiam, ut aliqui credunt, crucifixus, horrendum sustinuit martirium. Sequitur *Potentes.* Hugo Cardinalis legit *Sapientes Illi enim, cui alios judicare convenit, opus est, ut sapientia præditus sit & iudicio.* Utrumque verò in Matthia præsto fuit, prout iam alias diximus, & quidem superabundanter præ aliis. Sanctus Antoninus scribit, quod licet Salvator noster quoad usque vixit, piscatores idiotas & ignorantes elegerit, tamen ab Apostolis Matthiam doctum eligi, ad insinuandum posteris electoribus Ecclesiarum, quod periti viri non idiotæ sunt ad clavum & regimen animarum assumendi. Sanctus Hieronymus scribit: *In Ecclesiis quamvis sanctus sit, Pastorem sibi nomen assumere nemo debet, nisi possit docere, quos præcipit.* Lytanus de Barfaba & Matthia inquit: *Istos non distinxerunt ab aliis per sortem, sed per electionem, tanquam magis notabiles in scientia* Baronius de excellentia traditionum Ecclesiasticarum tractans, scribit: *Res maximi ponderis, ut quæ basis quadam sit & fundamentum totius Ecclesiasticae Oeconomiae.* Et tandem de sancto Matthia subjungit: *De traditionibus scripserit volumen auctor est Clemens Alexandrinus, qui ipsum sapiens citat.* Alii verò hoc nomen potentes interpretati sunt, ut notat Author Catenæ, *robustos & duros, qui labores sufferre possint.* Quod si ita est, quod scilicet ad rem aliquam difficilem & veluti impossibilem expremendam dici soleat: *Simulare potest Æthiops pellem suam,* ad litteram verè affirmare possu-

mus quod sanctus Matthias per improbos duosque labores, quos in Æthiopia sustinuit eorundem obtinuerit totalem mutationem ad fidem Christianam eos convertendo. Poterat quidem hic Apostolus ad ministerium istud electus, intermisso labore requiescere; verum nimis quam bene intellexit, quanti interit axioma sancti Petri executioni mandare, nimirum: *Sit agite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Christus quando à matre filiorum Zebedæi sibi dici audivit: *Dic ut sedeam: hi duo filii mei.* Protinus respondit: *Nescitis quid petatis: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* Sequitur alia conditio, scilicet: *Et timentes Deum,* ut enim iudices justii & incorrupti sint, permagni refert, quod oculos suos in iudicem æternum, qui illos iudicaturus est suo tempore, defixos habeant. Sanctus Matthias conversatus est diu cum illo, qui iudicaturus est viros & mortuos, & reverentialem prorsus erga eum timorem concepit. Dionysius Carthusianus de eo inquit: *Coram hominibus irreprehensibiliter se habuit, in vera exemplaritate, nam in tam magno Apostolorum & discipulorum consortio tam irreprehensibiliter conversabatur, & in tantum cunctis complacuit, quod eum concorditer statuerunt unum duorum quos ad Apostolatus officium reputabans magis idoneos.* Sequitur: *In quibus sit veritas.* Clarus habetur in Hebræo viros & virtutis, inquit Author ejusdem Catenæ in Exodo. Ministri enim Ecclesiæ sinceri esse debent sine fictione & duplicitate. In hac etiam virtute optimè radicans fuit sanctus Matthias. Carthusianus ait: *Virtuosè se habuit in vera sinceritate.* Et quod si ad reddendum legitimum testimonium, super omnes alias virtutes veritas desideretur, de sancto Matthia optimè affirmari potest, eum hanc in summo gradu habuisse, cum in eo adimpleri debuerit, quod in electo per hanc electionem sanctus Petrus requirebat: *Testem resurrectionis &c.* & *Septuaginta pro Ly veritas,* legunt *viros justos.* Hoc pariter in eo verificatur, quia si Barfabas cognominatus est justus. Sanctus Matthias Barfabæ antelatus fuit. Unde Dionysius ait: *Idem certius consideratur ex parte justii sapientissimi Dei, cujus ordinatione fors cecidit super Matthiam; anquam super meliorem.* Denique sequitur: *Et qui oderint avaritiam, quæ est ultima conditio.* Porto iudices ab omni avaritia & cupiditate habendi alienos esse debere, proba-

2. Petr. 2.
190.Serm. in
le. 3.

Lippom.

Ann. 53.

n. 140

Lippom.

Jerem. 13.

28.

tione

tione nequaquam indiget. Cum igitur S. Matthias Judæ proditori per omnia contrarius fuerit, utique tantum in eo avaritiæ odium fuit, quantus fuit in traditore erga avaritiæ affectus Alii autem legunt *superbiam* ut notat Hugo Cardinalis. Hoc autem vitium S. Matthias pariter degeſtatus eſt, uti jam alibi vidimus. Quid ergo nunc amplius deſideramus, ad hoc, ut ſacroſancto illo miniſterio censeatur eſſe digniſſimus? Sic *teſtimonium hominum accipi-*

a. Ioan. 5. 9.

mus, teſtimonium Dei majus eſt. Quod ſi approbationem & teſtimonium Dei velimus, illud utique habemus, & multo magis teſtimonium hominum. Et quidem de teſtimonio Dei dubitare nequaquam poſſumus, ſiquidem in oratione vel collecta hujus feſti claris verbis expreſſum habemus, quod Deus, non verò ſors ipſum elegerit, cum dicitur: *Deus qui B. Matthiam Apoſtolorum tuorum collegio ſociaviſti.*

DE S. FRANCISCA ROMANA.

Discursus Quinque.

DISCURSUS I. S. Francisca imitata ſeu potius aſſecuta eſt virtutes, dona & merita omnium Sanctarum Romanarum, cujuſcunque demum ſtatus illæ fuerint; imo ſupergreſſa eſt illas omnes.

DISCURSUS II. Sanctitas S. Franciscae in ſtatu conjugali conſideratur, & variæ adducuntur expoſitiones ſuper illa verba ſancti Pauli; *SANCTA CORPORE ET SPIRITU,*

DISCURSUS III. In S. Francisca demonſtrantur inſigniora veræ fortitudinis encomia; & ſimul declaratur ipſam eſſe mulierem illam fortem, quam Sapientia quaſiſvit.

DISCURSUS IV. Conſiderantur aliqua myſteria circa Angelum, qui S. Franciscae viſibiliter aſſiſtebat.

DISCURSUS V. Oſtenditur S. Francisca hoc nomen ſortitam eſſe, ut varia æmularetur facinora, recluderetque in ſe merita, virtutes, dona, aliasque prerogativas trium ſanctorum, qui Franciscae nomine inſigniti in Eccleſia Dei effuſerunt; id eſt, S. Franciscae Xaverii, S. Franciscae de Paula, & S. Franciscae Aſſuſinatis.

S. Francisca imitata seu potius affecta est virtutes, dona & merita omnium Sanctarum Romanarum, cujuscunque demum status illæ fuerint; imo illas omnes multum est supergressa.

DISCORSVS PRIMVS.

Multa filia congregaverunt divitias, tu supergressa es universas.

Roma quovis tempore Mater quædam fuit sacrosanctorum Hæcroum fecundissima & præ quavis alia natione germinavit in sexu debiliore, in viridario Ecclesiæ arbores in majori numero sanctitate eminentissimas. In quovis etenim statu, sive conjugalis illa sit, sive vidualis, sive etiam virginalis, Romæ mulieres reperimus sanctas, quæ omnes cœlestibus divitijs virtutum, donorum & meritorum accumulandis summè fuerunt intentæ. Unde urbi Romanæ verè dici potest: *Multa filia tua congregaverunt divitias*: ex omnibus autem filia ejus ultima, quæ beatarum animarum catalogo fuit ascripta, S. Francisca extitit; quæ accumulandis omnium aliarum thesauris adeo ex proposito dedita fuit, ut sine aliqua exaggeratione affirmari posse censeâ, quod non merita cujuslibet in particulari, & in universali omnium fuerit æmulata, verum etiam, quod omnes multis parafangis transgressa fuerit: *Tu supergressa es universas*. Porro cum ea comparare omnes sanctas Romanas ampli nobis voluminis materiam pareret; ac proinde discursum hunc nostrum ad aliquas magis præcipuas, & summa quidem cum brevitate restringere decrevi.

Lib. 2. ep. 16.
2. *Multa filia congregaverunt divitias.* De Demetria describit S. Hieronymus: *Puellares annos fidei ardore superavit; & inde cepit, ubi alius desisse perfecta consummatâq; virtutis est.* Porro S. Francisca non solum in pueritia, sed & in infantia inter fasces demonstravit, qualis progressu temporis ejus esset futura sanctitas;

Neque enim inter fasces aut in cunis aliquem sibi, licet proprius ejus genitor esset, ablandentem sufferte poterat. Vix linguam ad sermonem solvere didicerat, cum ecce balbutiendo licet, beatissimæ Virginis officium recitare cepit, quod deinceps quotidie profecuta est, adeo ut etiam agonizans, id ipsum recitaret. Nunquid ab ea strepitus aliquis illi ætati proprius auditus fuit, Vitas sanctarum Virginum continuo legebat, iisq; lectis, se illis in virtutibus inferiorem vivere nolle, firmiter proponebat.

Fuit devotio supra ætatem, inquit S. Ambrosius virtus supra naturam. *Lib. 1. de Virg.*

3. *Multa filia.* De Fabiola nobilissima matrona scribit pariter S. Hieronymus: *Oderat gemmas, ornamenta fugiebat, faciem per quam secundo viro placuerat, verberabat, in condemnationem vestium sericarum plebeium cultum & servilia indumenta quaesita.* Subjungit nihilominus sanctus Doctor: *Plus est animum deposuisse quam cultum: difficilius arrogantiam quam auro carere & gemmis.* Porro de sancta Francisca legimus, quod animus ejus ab omni fastu & superbia alienus fuerit, adeo ut in opulenta & nobili domo sua, cujus illa hera & domina erat, ipsismet servis suis persæpe ministraverit, & quidem quoad usque ad marito suo obediendum obstricta fuit vestes quidem divites & pretiosas induit: at verò mox ut ab eo, se pro libitu suo vestiendi licentiam obtinuit, *servilia indumenta quaesivit*; quia ut in lectionibus matutinalibus de ea legimus: *Lanea ac vulgari veste utens, maxime in id incumberat ejus sollicitudo, ut Roma-*

In Bull.
Canoniz.

nas matronas à pompis saculi, & ornatus vanitate adduceret. Scripsit ad hæc de eadem Fabiola pariter sanctus Hieronymus: *Prima omnium instituit Xenodochium, in quo agrotantes colligeret de plateis. Quoties morbo regio ac dolore confectos humeris suis ipsa porta vitæ Quoties lavit purulentam vulnerum sanem quam alius aspiciere non valebat? Enimvero Fabiola hæc vera quædam fuit sanctæ Franciscæ effigies; in eo tamen ab hac superata, quod videlicet Franciscæ non contenta fuerit, quod infirmos è publicis plateis sublato ad xenodochia & hospitalia deportarit, verum etiam ex propria donato xenodochium fecerit, in quovis vilissimo maximeque nauſebundo ministerio, infirmis ibidem inserviando, imò ex heretice mortificationis instinctu eoultque perveniendo, ut aquam illam, in qua fascias aliosque pannos fordidos, pure, vermibus, ac putredine plenos, propriis manibus elucrat, ad Catharinæ Senensis imitationem ebieteret.*

Lib. 2. epi.
200

4. *Multa filia.* Audite obsecro documentum utilissimum, quod sanctus Hieronymus Cælantie dedit, quoad solitudinem ejus, quam licet in medio regiminis domestici familiæ suæ strepitu constituta, inviolabiliter observavit. *Ita habeto sollicitudinem domus, ut aliquam nam vacationem anima tribuas, obligatur tibi opportunum, aliquantum à familiæ strepitu remotus locus: in quem tu velut in portum quasi ex multa tempestate curarum te recipias; tantum ibi sit divina lectionis studium, tam crebra orationum vices, ut omnes reliqui temporis occupationes facile has vacatione compenses.* Hæc nostra sancta duo sibi loca, veluti Eremitoria elegit, unum in aliori domus suæ fastigio, alterum verò in quadam horti sui spelunca, sub nonnullis ruinis seu ruderibus abscondita, ubi Deo penitus unita, suavissima sæpe extasi fruobatur; atque hoc insuper peculiare habebat, quòd in gravissimorum negotiorum domus suæ multitudine, à recollectione animi sui, & stricta cum Deo unione nunquam distrahebatur, adeo ut nunquam visa sit operari, ambulare, respondere, licet in altissima contemplatione absorpta esset.

Lib. 3. ad
Principiam.

5. *Multa filia.* De sancta Marcella scribit sanctus Hieronymus: *Opibus & nobilitate contempsa facta est paupertate & humilitate nominis. Sanctuaru Tom. I.*

bilior nostra vidua talibus usa est vestibus, quibus arceret frigus, non membra nudaret: illi erant moderata jejunia, carnis abſtinentia, vini odor magis quàm gustus: rorò procedebat in publicum, & maxime nobilium matronarum visitabat domos, ne cogeretur videre, quid contempserat. Baronius quoque in Annotationibus ad Martyrologium de ea dixit: Urgentibus animis calcans fastum nobilitatis. Quæ omnia etiam de sancta Franciscæ affirmare possumus, atque de ea plus quam de Marcella dicere, quod jejunia fuerint ei rigorosissima. adeo ut sublato, in casibus urgentibus, Confessarii sui præcepto, ipsa nec carnes, nec ova, nec lacticia, nec pices gustaverit, nec vinum biberit; imò ad conciliandam matronis Romanis humilitatem Christianam, & ad ipsas ab omni fastu & pompa mundana retrahendum, domos illarum frequentare non iniermittebat, ut à pompis saculi & ornatus vanitate abduceret, easque in veræ perfectionis via dirigeret.

6. *Multa filia.* Quantum sancta Paula à sancto Hieronymo commendata fuit utpote filia sua spiritualis dilectissima! tanta se humilitate deiecit, ut qui eam non vidisset, ipsam esse non crederet, sed ancillarum ultimam. Enimvero sancta Franciscæ non solum instat vilis cuiusdam ancillæ vestita erat, verum insuper quotidie fere gravi lignorum strue in capite onusta. Aliquum quendam lignis quoque onustum, per urbem Romanam ante se agebat, idque ad subveniendum pauperibus, quibus, quicquid proprii habebat, elargita fuerat, insu per elemosynam pro eorundem subsidio postulans: Sanctam Paulam in hoc imitando, de qua præfatus sanctus Doctor scribere pergit: *Curiosissimè tota urbe perquirens (id est pauperes) damnatum putabat, si quisquam debilis & esuriens cibo sustentaretur aliteris. Plures Virgines scribit hoc etiam de eadem sancta) tam nobiles quam medi & infimi generis in tres turmas, monasteriaque divisi, ita duntaxat, ut in opere & cibo separata, psalmodiis & orationibus jungerentur.* Legatur obsecro fundatio & institutum à sancta Franciscæ erectum oblatarum in Turri speculorum, & videbimus protinus, quantum hæc sancta similis sanctæ Paulæ extiterit. Demum verò idemet sanctus Doctor, ut quoad ea, quæ de sancta Paula relaturs erat, fidem sibi conciliaret, ita effatus est: *Testor*

Ad Euseb.
Euseb.

lesum & sanctos ejus, ipsumque proprium Angelum, qui custos fuit & comes admirabilis femina Veruntamen verba hæc nondum de sancta Paula innuunt privilegium aliquod adeo singulare, quali sancta Francisca gavisa fuit, nimirum habendi in suo consortio non solum Angelum suum custodem, verum etiam duos Archangelos, successivè nimirum unum post alterum, quorum unus erat è secundo Choro primæ Hierarchiæ, alter verò ex primo Choro Hierarchiæ secundæ ad eam in specie, quæ ei visibilis erat, quotidie destinabatur. Sancta Paula Roma discedens in speluncam se subduxit Bethlehemiticam, ibidemque reliquo vitæ suæ tempore demorata fuit: at si verum est, quod sanctus Hildebertus ait: *Ut efficiamur discipuli Christi, bajulare monemur ipsius Crucem, non quarere sepulturam*; Possumus utique etiam de sancta Francisca certo modo dicere, quod etiam intra Romanam urbem, speluncam Bethlehemiticam inveniret; neque hac in parte ipsi quicquam meritorum S. Paulæ defuit, siquidem non semel sed per sæpe in extasi, in Palæstina ad pueri Jesu præsepium veluti præfens adfuit; ipsum quoque puerum Jesum sinu suo frequenter excepit; & semel inter plures alias vices, in vigilia Natalis Domini hoc raptu usque ad diluculum sancti Stephani gavisa fuit, quando ei pariter hujus sacrosanctæ Nativitatis mysteria clarè fuere revelata

7. *Multa filia.* Verum enim vero quod si ad illas sanctas Romanas Virgines transire velimus, quæ præter insignem Virginitatis Coronam floridam, martyrii quoque aureolam sibi adliverunt, videri non nemini posset, sanctam nostram talibus meritis posthabendam esse, tanquam illis inferiorem, minusque dignam, utpote quæ in statu conjugali imprimè vixit, deinde verò sanguinem suum pro Christi fide nunquam effudit. Verum nequaquam ita est, Auditores, quin potius ad finem usque discursus, vestrum si placet, suspendite judicium. Et quidem quod martyrium attinet, inquit sanctus Bernardus: *Martyrium sine sanguine triplex, paucitas in ubertate, largitas in paupertate, castitas in juventute.* Ipsa autem in omnibus hisce tribus martyrii participavit, & maximè in secundo, siqui dem licet ob infortunia, domum illius divitem alias & opulen-

tiam divexantia, in paupertatem redacta esset, non tamen ob id in pauperes liberalis & munifica esse desit, quin potius, ut illis subveniret, sibimetipsi commoditates necessarias subtraxit. Verum discursum nostrum ad celebriores Virgines & Martyres Romanas denuò convertamus.

8. *Multa filia.* Sanctus Gregorius in Homilia, quam in Ecclesia sanctorum Nerei, Achillei & Flaviæ Domitillæ recitavit, dicit: *Sancti isti, ad quorum rumbam consistimus, florentem mundum mentis despectu calcaverunt.* Idque de sancta Flavia Domitilla præcipuè intelligi voluit, postquam duo præfati Eunuchi, eidem Virginitatis excellentiam, & matrimonii incommoda atque molestias pluribus exposuissent, eam ad renunciandum contractis cum Aureliano Consulis Romani filio sponsalitiis induxerunt. Veruntamen asserere nequaquam formido sanctam Franciscam, collum suum conjugali jugo subjiciendo, majorem se merito locupletasse Ratio autem id asserendi hæc est, quia ipsa in statu se virginali conservare non minori quàm Flavia Domitilla desiderio affectabat, & tamen ut suis obsequeretur genitoribus, Deoque ad hunc se statum eo sine vocanti, ut in illa vocatione cunctis conjugibus norma & speculum esset veræ sanctitatis, obedi- ret, propriam voluntatem suam abnegavit, seque jugo cuidam, quod summopere abhorrebat, promptè submitit; Jam de facto per firmissimum Virginitatis propositum sponso suo cælesti adstricta erat, & tamen per expressam cælestis sponsi voluntatem sacramentali vinculo se sponso terrene adstrinxit: *Virginitatem consecrare & monasterium ingredi proposuit; verum quia voluntas Dei erat, ut virginalis status perfectionis grande documentum daret, parentes, quibus subdita erat, nubere voluerunt; Sanctus Ambrosius de sancta Agnete scribit: Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ipsa ad supplicii locum. Immutemus hoc dictum, & dicamus de sancta Francisca illam abivisse (non quidem quoad spiritum, sed quoad sensum) ad thalamum quasi ad supplicii locum. Hoc enim jugum suas semper subinfert miseras. In illo autem statu tali cum repugnantia vixit, ut propter ingentem nauseam per sæpe vivum evomuerit è stomacho sanguinem Sancta Flavia Domitilla virginitatis coronæ diadema con-*

Hom. 29.

In bulla canonizata.

Lib. 1. de Virg.

Epist. 63.

In sententia.

Rom.

Lib. 1. de virg. c. 7.

De V.

Junxit Martyrii: Nostram autem sanctam meritum utriusque perdidisse nequaquam existimo Sancta Lucia adversus Tyrannum protestata fuit, dicens: *Si in vitam jufferis violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* Cum igitur facta sit sponsa viri mortalis, non ex propria voluntatis libera electione, sed ut Patri suo, & maxime sponso suo celesti obediret, qui mediante ejus confessario, hanc suam voluntatem esse ei manifestavit, minime credendum est, ipsam meritis hujus virtutis, & nuptiarum Agni immaculati destitutam fuisse; imò dicere audem ipsam eodem tempore factam fuisse Martyrem, Deo quoddam sui ipsius holocaustum offerendo, idque divinæ suæ majestati tanto acceptius, quanto *melior est obedientia quàm victima.* Dum offertur victima sacrificii, mors inferitur carni alienæ, obediendo autem voluntas propria mortificatur. Veluti æmulatrix doctrinæ sancti Pauli, (qui ei valde familiaris per frequentes apparitiones ipsam persæpe docuit) quam ad ipsos quoque Romanos transmisiit: *Exhibuit corpus suum hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium suum.* Fuitque in ea adimpletum, quod sanctus Augustinus de mulieribus illis veteris Testamenti scripsit, quod videlicet eo duntaxat fine, maritus copulata fuerint, ut populum Dei, unde filius Dei incarnandus erat, propagarent: *Quas nubere obedientia, non concupiscentia compellebat.* Violentia isthæc, quam sibi, se ipsam vincendo, & Virginali statu se privando, intulit, effecit, ut ejus refert historia, quod longam sibi valdeque pœnosam infirmitatem sibi adsciverit. Sanctus Ambrosius ait: *Quodammodo enim Magisterium Virginis atis, Viduarum valefecit exemplis.* Sententiam istam S. Franciscæ applicemus, dicamusque liberè, ipsam in hoc quoque statu conjugali, in puritate immaculata vixisse, ut omnes Virgines ab eo modum ediscere potuerint, illibatum conservandi candoris sui lilium.

9. *Multa filia.* De sancta Cæcilia scribitur: *Cæcilia cilicio membra domabat, non diebus neque noctibus vacabat à colloquiis divinis & oratione.* De sancta Francisca etiam in ejus lectionibus dicitur: *Corpus suum vigiliis, jejuniis, cilicio, cingulo ferreo, crebriusque flagellis in servitutem redigere jugiter satagebat.* In ora-

tionibus, & suavissimis cum Deo colloquiis non solum dies noctesque prolongabat, verum etiam nonnunquam tres dies continuos in extasi perseverabat. *Angelum Dei habere amatorem,* inquit Cæcilia, *qui nimio zelo custodit corpus meum.* Quod si sancta Cæcilia in ea occasione, qua se à Valeriano sponso suo tueri & defendere volebat, visibilem quandam Angelum sibi assistentem habuit, sancta Francisca è contra, ut jam diximus, non unum Angelum, sed plures Archangelos ad suum servitium promptissimos, quotidie in visibili specie assistentes habuit, qui in cunctis urgentioribus necessitatibus suis eam defenderunt Corpus sanctæ Cæciliæ sub Pontificatu Clementis octavi, cum exquisita diligentia requisitum, & cum universali totius Romæ lætitia inventum fuit Idem quoque in hisce diebus nostris, ad unguem contigit circa corpus sanctæ Francisca sub Pontificatu Urbani octavi, cum non minori ejusdem civitatis jubilo, Deo hanc corporis sui inventionem, multis iisdemque valdis stupendis miraculis specialiter honorante.

10. *Multa filia.* Fuit quoque dignissima hujus alimæ urbis filia sancta Martina, quæ in sexu debili martyria sustinuit adeo atrocita, & repetitis sæpe vicibus, majori cum barbarie replicata: *Iterum atque iterum affectata verberibus, unci, unguis ferreis, testarum fragmenta lacera-
ta, acutissimis gladiis membratim concisa, a dipe ferventi peruncta, dum in amphitheatrum damnatur ad bestias, à quibus illesa divinitus evadens, in ardentem rogam injecta, pari beneficio incolomis servatur.* Verum hisce cruciatibus sancta hæc Martyr ab humana crudelitate dilaniata fuit, ac demum intra pauculos dies postea terminati fuerunt. Sancta Francisca autem per multorum annorum curriculum, carni-fices suos passa est, sævissimos & atrocissimos Dæmones, qui tanta ei intulerunt tormenta, ut quæ intra breve tempus in nostram venerunt notitiam, incredibilia esse videantur. Apparebant ei in horrenda diversorum monstrorum, aprorum scilicet, luporum, leonum, aspidum, viperarum specie, quæ velut eam devoratura illam aggrediebantur, integris illam noctibus flagellando, & quam nunc in altum sustulerant, paulo post horrendum in modum præcipitando, ut omnia ejus ossa inde constingi potuissent: *Omnia armorum suorum genera*

Rom. 12. 1

Li. de bono
viduitatis.
c. 7.

De Viduis.

Serm. 28. (inquit Chrysologus) *callidus inimicus exegit.* Legite quæ sanctus Antonius cum universo inferno habuit certamina, eadem que hinc hujus sanctæ certaminibus longè inferiora esse competitis. Ipsa verò *induca loriceam justitiæ, & sumpto cincto fidei, tentatorem sic imperterrita elusit, ut illi formidabilis exaderet, sed & Angeli præsidio, quem familiarem protectorem & commitem singulari Dei beneficio habebat, ab hujusmodi inimici tentationibus defensam appareret.* De sancta Martina legimus, quod è corpore ejus odor suavissimus emanavit. Id quod de S. Francisca in ejus vita similiter scribitur; nam cum corpus ejus per quatrimum inhumatum remansisset, mira quædam Liliorum, Rosarum, aliorumque florum in eo loco, in quo jacebat, ex eodem percipiebatur fragrantia. *Tenera res in feminis, ait Divus Hieronymus, sicut a pudicitia, & quasi flos pulcherrimus cito ad levem mare cedit auram.* Non erat tempus illud odoriferis floribus producendis conveniens & aptum, ideo que fibrum istorum fragrantia, in corruptæ puritatis & castitatis ejus, licet conjugalis, evidens testimonium erat; utpote quæ cum Virginitate S. Martine pari poterat. passu procedere.

11. Multæ filie. Inter alias quoque sancta Agnes Virgo & Martyr Romam egregiè nobilitavit. Hæc autem de cœlesti sponso suo dixisse fertur: *Sanguis ejus ornavit genas meas, quasi diceret: quicquid in virginea anima mea pulchrum esse conspicitur, id totum Passionis crucifixi sponsi mei, eiusque continuæ meditationi debeo.* Potuit id ipsum quoque sancta Francisca dicere; etenim Speculum, coram quo ipsa animam suam venustabat, Crucifixus fuit. Porro Speculum prout cuilibet notum est, penes sexû femininum unicum est cogitationum, curarû, & gaudiorum obiectum; & veluti idolû quoddam, quod Virgines speciosæ quasi adorant ut plurimum, quò ab aliis adorentur. Ingeniosa autem prorsus & devota responsio fuit, quod insignis ille Dei servus Joannes Baptista defulgio cuidam Ultramontano Speculum à se postulanti subiit, dicens: *Ego aliud speculum non habeo nisi te, cum Christum & hunc crucifixum.* Id quod sancta Francisca maiori cum veritate dicere potuit. In lectionibus ejus etenim quo ad hoc punctum habemus sequentia: *Divina mysteria, præsertim verò Christi Domini Passionem tanto mentis ardore, tantaq; lachrymarum vi contemplantatur, ut præ doloris ma-*

gnitudine penitus confici videretur. Unde de ipsa dici potuit, quod B. Laurentius Justinianus de corde beatissima Virginis scripsit: *Carissimum Passio Christi speculum effectum cor ejus Ecce tibi igitur hic duo in se mutuo sese reflectentia specula; speculum namque ejus Crucifixus erat, cor autem & corpus illius speculû quoddam erant Christi crucifixi. Enimvero propriû est speculo, species omnium earum rerum in se recipere, quæ eidem è diametro opponuntur; ideoque dolores Christi Crucifixi, quos meditabatur, cordi & corpori hujus sanctæ, tali cum vivacitate imprimebantur, ut, quotiescunque exempli causa crucifixionem pedum Salvatoris meditabatur, intensissimos acutissimosque in pedibus suis dolores perferentia, haud secus ac si eidem clavis transdigerentur. Dum speculam meditabatur Coronam, tempora quoque sua puncturis acerbissimis perforari sentiebat. Lateris quoque vulnus, meditando, vulnus quoque in ejus latere apertum fuit, unde multo tempore sanguineus aut cruentus quidam humor emanabat. Nunquid igitur in hac sancta ad literam adimpletum fuisse videtur illud Apostoli consilium: *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo lesu?* Sanctus quidem Augustinus piam hanc petitionem Redemptori nostro proposuit, sed eandem in effectu sicut S. Francisca assecutus fuerit, ignoramus. Dicit enim S. Augustinus: *Scribe Domine vulnera tua in corde meo* (sancta nostra in super addere potuit, in corpore meo) *pretioso sanguine tuo, ut ligam in eis amorem tuum ad contemnendû pro te omnem amorem.* Sancta etenim nostra licet sponsum haberet terrenum, ad imitationem tamen S. Agnetis dicere potuit: *Nullum præter eum amatorem admisit, licet enim huic sponso suo matrimonio vincula adstricta fuerit, sancta tamen Dei Ecclesia de ea publico instrumento expresse declarat, quod, in sancto & immaculato conjugio virû habuit, tanquam non haberet.* Ex hac autem meditatione, & tenerissima erga mortem Redemptoris cõpassione hoc consecutû fuit, quod sicut S. Agnes adversus Tyrannum constantissima & vigorosissima semper permansit, ita quoque sancta nostra adversus insultus infernales semper manserit intrepida, quia ut S. Augustinus scribit: *Tuum refugium contra hostes vulnera Salvatoris.* De S. Agnete scribit S. Ambrosius: *Mirrentur viri, non desperent parvulis, stupeant nupta, imitentur innupta.* Idemmet*

Cap. 21. de triumpho Christi.

In bulla canonica.

MAN. 6. 21.

de

de sancta nostra quoque majori jure affirmari potuit: *Mirantur viri*: nam vita ejus Historia, cuiuslibet eam legenti stuporem adfert, considerando in ipsa rigorosissimos Thebaidis Anachoretas. *Non desperent parvuli*: Huic etenim ætati, bonæ & sanctæ educationis exempla post se reliquit. *Studeant nuptæ*: Deus etenim illam in Eecksam collocavit, veluti status conjugalis & multo magis vidualis egregium exemplum & normam. Et ideo *iminentur imitæti*. Estque hoc argumentum, quod ipsa omnium Romanarum matronarum pedibus imitandum proposuit. *Tu supergressa es universas*, nulla enim unquam aliarum reperta fuit, quæ in hisce tribus statibus, id est, virginum, conjugum, & viduarum, in quibus ipsa sanctissimè semper vixit, pari passu scum ipsa ambulavit. *Gaudere in Domino delectissimè* (inquit S. Bernardus) *Qui inter continua sua pietatis beneficia induxit hominem mulierem* (dicamus nos potius) *mundo*. *cujus multi salvarentur exemplo*. Et hoc fuit unicuique votum, quod in ejus confanguinitate optavit sanctæ memoriæ Cardinalis Bellarminus: *B. Francisco omni statui, omni sexui, omni gradui exemplar virtutum proponetur*; quippe ab ipse infans multis annis virginatatem coluit, adultus non paucis in casto conjugio versatus est, postea etiam laboriosam viduitatem exersuit, ad ultimum vitam perfectam & religiosam in monasterio duxit: itaque & virginibus, & conjugatis, & sanctimonialibus ejus declarata sanctitas miris, è proderit.

Ser. 2. de S.
Victore.

12 Tu supergressa es universas, dici de sancta nostra potest, quod castitatis virtutem attingit. S. Ambrosius dicit: *Docemur triplicem castitatis esse virtutem, unam conjugalem, alteram viduitatis, tertiam virginatatis*. Et quidem in omnibus hisce tribus speciebus castitatis in gradu heroico mirè respicitur; id quod in nulla alia sancta Romana, quæcunque demum illa sit, inveniri poterit. Subjungit autem idemmet sanctus Doctor: *Advertamus, quemadmodum singula aptis laudibus predicentur, & ubinam commorantur, nupta in Paradiso, vidua in templo, virgo in secreto*. Alludit verò ad Evam, ad Annam Phanuelis, & ad sanctissimam Virginem. Ecce igitur S. Franciscam in statu virginali, in solitudine quadam degentem, licet in abundantia velletur deliciarum domus paternæ: in statu autem

Lib. de vit.

viduali, in illo turris speculorum à se fundato-sanctuario piissimè viventem, Dei laudibus totaliter intentam: Nupta autem, quod majori admiratione dignum est, erat velut in Paradiso, quia cum Angelis, & Beatissima virgine, sæpe etiam cum puerulo, cum S. Paulo & aliis sanctis visibiliter & dulcissimè conversabatur, visionibus fruebatur & revelationibus celestibus, & de rivulis torrentis illius, qui civitatem Dei inundat, bibebat.

13 Supergressa es universas; nimirum tale Martyrium, quod omnibus aliis nobilissimum est, fortiter tolerando. De Beatissima virgine & Martyrum omnium Regina firmiter credimus, quod licet sanguinem suum non fuderit, non tamen ob id martyrii palma destituta permanferit, eo quod una cum filio suo in Calvario monte passa fuerit, vivacissima & tenerissima quadam cum compassione amarum ejus Passionem associando; in quo eodem casu, etiam Joannes & devotè illæ Mariæ haud dubiè fuere, atque ideo errare non valens divina providentia specialiter disposuit, ut tametsi quasi omnes alii in principio nascentis Ecclesiæ per manum carnificis necati fuerint, nullus tamen eorum, qui funesto huic spectaculo interfuerunt, & patiens Christo tenerrimè fuere compassi, aliquo martyrii genere afficerentur. Ex quo eodem capite nos quoque affirmare possumus quod S. Franciscam similiter in hoc privilegio participaverit in suis namque extasibus, cum tali compassionis ardore & vehementia, Crucifixi passionem mediata fuit, ut sicut dictum est, eam suo quoque corpori adeo fortiter impresserit, ut illud sæpe sanguine abunde leaturerit. Quis unquam eo pervenit, ut illam Paradisi ambrosiam, quæ ex Christi sacrosancto latere emanabat toties bibent, sicut ipsa? S. Thomas Apostolus, ut à suo posset errore respicere, vix semel in latius illud digitum suum immisit: S. Franciscam autem os suum quinque ad idem vulnus admovit. Quod si ferrum Christi pectus aperuit, ut inde exiret sanguis & aqua, idem quoque liquor ab ejus pectore manavit, accepto nimirum vulnere ab amore & compassione, qua erga Domini Salvatoris passionem semper commota fuit. Quod si Christus à Crucis patibulo deponi noluit, licet populus circumstantans, se in eam crediturum protinus esse promitteret, longè tamen mitior erga Franciscam fuit.

fuit, quia ad eam amplexandam imago Crucifixi dexteram suam semel à cracis arbore legitur solvisse. Unde eam sponso suo cœlesti dicere potuit: *Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*

14. *In supergressa es universas.* Enimvero si una ex parte singularissima considerentur dona, quibus ipsa super omnés alias abundatur locupletata fuit, altera vero ex parte ponderentur sexus, locus item ubi vixit, id est, Roma, sæculum, strepitus domus cum paternæ, tum mariti sui, inter quos in statu matrimoniali, in summa divitiarum abundantia vixit, mirari utique satis nemo poterit, quod hæc ita inter se sociari potuerit, ut scilicet his non obstantibus, adeo gavisa fuerit continuis raptibus & extasibus, ac si in ipsissima Ægypti Thebaide, inter rigorosissimos Eremitas demorata fuisset. Donum habuit continua-

rum revelationum & visionum cœlestium, nec non & prophetiarum spiritum, secreta quoque penetravit alienorum cordium, prodigiosa & innumera in vita & in morte operata est miracula, in extasi, sacra sæpe synaxi fuit relecta: Puerum Jesum suis brachiis septies excepit: Ipsi quoque non ab Angelo, uti S. Pachomio, sed à Doctore Gentium Oblatarum, quas ipsa instituit & fundavit, regula dictata fuit: Privilegiata fuit continua cujusdam Angeli, aliorumque duorum Archangelorum præsentia: Electa fuit à S. Gregorio Papa, ut Eugenium Papam instrueret: Divinæ quoque justitiæ iræ fulmina, quæ adversus Romam vibraturus erat, repetitis vicibus eripuit. Quænam igitur inter sanctas Romanas inveniri poterit, de qua adeo rara legi possint prodigia! *In supergressa es universas.*

Sanctitas S. Franciscæ in statu conjugali consideratur; & variorum adducuntur expositiones super illa verba

S. Pauli: SANCTA CORPORE ET
SPIRITU.

DISCURSUS SECVNDVS.

Et mulier innupta & virgo cogitat, qua Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. 1. Cor.

7. V. 34.

1. **S**anctus quidem Apostolus hisce verbis libenter agnovit excellentiorem esse sanctitatem in statu virginali & viduali; nec tamen ob id conjugalem penitus exclusit. Unde Beda & sanctus Anselmus scripserunt: *Ampliolem innuptarum & in corpore & in spiritu sanctificationem, Apostolus his verbis intelligi voluit, non tamen corpus nuptarum*

omni sanctificatione privavit. Cujus hanc rationem reddit: Minor est enim divina sanctitas ex ea parte curarum, qua mundana cogitatur voluptas. Verum enimvero, ut quod sentio aperte edicam, hæc est S. Franciscæ singularis & prorsus eximia gloria, quod in perfectione & sanctitate non minus eminens fuerit, quando per nodum matrimonialem ligata fuit, quam dum soluta, id est, vidua, vel virgo permansit. Adeo ut de ipsa salva veritate affirma-

affirmate possumus, & dicere: *Et virgo, & innupta, & nupta cogitavit, quae Domini sunt, & fuit sancta corpore & spiritu.*

2. *Fuit sancta.* Etenim ipsam à Deo ad hunc statum conjugalem vocatam fuisse perfectionem & sanctitatem ejus nequaquam diminuit, sed potius adauxit. Atque ideo S. Augustinus, dum in libro de bono conjugali praedicta S. Pauli verba interpretatur, diu ante Bedam & S. Anselmum hisce verbis similiter scripsit: *Quod ergo ait, quae innupta est, cogitat ea quae sunt Domini ut sit sancta & corpore & spiritu; non sit accipendum est, ut scilicet non esse sanctum corpore Christianam conjugem castam. Cujus paulo post hanc rationem subnequit: Omnibus quippe fidelibus dictum est, ne scitis quoniam corpora vestra templum in vobis sunt, ergo etiam corpora conjugatorum, fidem sibi & Domino servantur.* Porro impedimentum, quod Apostolus in hoc statu conjugali esse agnovit, quo minus ad majorem sanctitatem, cui recipiendae Virgines & viduae magis sunt dispositae, conjuges pertingere possint, hisce ab eodem verbis propriissime tangitur: *Quae nupta est, cogitat quae sunt mundi, quomodo placeat viro.* Id quod in sententia S. Anselmi declaravimus: *Minor est enim divina sanctitas ex ea parte curarum, quae mundana cogitatur voluptas.* Verum enimvero evidenter nobis in praesenti discursu probandum incumbit, non solum omnem delectationem, verum etiam vel minimam illius umbram ab hac sancta alienissimam fuisse. Unde in Bulla de ipsa legimus: *illa verò haud desit nupta cogitare, quae Dei sunt.*

In bulla
Canonix.
Cap. 22.

3. *Sancta corpore, propter castitatem,* interpretatur Oecumenius, S. Augustinus in eodem libro paulo ante citato, multis affirmat, quam grata & accepta Deo sit castitas conjugalis, & dicit, quod, sicut Joannes, qui sanguinem suum non fudit, non est inaequalis in merito à S. Petro, qui crudelem sub tyranno mortem sustinuit: *Sic non est impar meritum continentia in Joanne, qui nullas expertus est nuptias, & Abraham qui filios generavit.* Unde concludit, quod non magis in Dei gloriam & obsequium redundarit coelibatus Joannis, quam Abraham matrimonium: *Joanne continentiam & in opere, Abraham verò in solo habitu habebat.* Quantum igitur castitatem S. Franciscæ Deo placuisse credemus, quae ab omni voluptate humana alienissima fuit, utpo-

In Bulla.

te quam statui & vocationi conjugali velut speculum & exemplar continentiae in Ecclesia sua Deus elegerat? *Voluntas Dei erat, ut conjugalis status PERFECTIONIS GRANDE DOCUMENTUM DARET.* S. Hieronymus de Virginitate scribit: *illa Virginitas hostia Christi, cuius nec mentem cogitatio, nec carnem libido maculari.* Quibus in verbis liceat id mihi dicere) ad vivum nobis delineata fuit castitas immaculata Franciscæ. Illa etenim ex propria voluntate in statu virginali perseverare, & huic religiosum statum conjugere elegit: *Christo Virginitatem consecrare, & monasterium ingredi proposuit.* Sed cur sanctum hoc propositum reipsum non adimplevit? Nimirum ut victima Christi fieret, sponsoque suo caelesti, cui intimè unita & conjuncta erat, de semetipsa gratum sacrificium offerret, idque tanto perfectius, quanto melior est obedientia quam victima. *Sancto proposito huiusmodi convenienter vivendo (id est, Virginitatis & religionis) quasi solitariam vitam agebat, & jam in caelis conversari incipiebat.* Quia tamen tanquam sponsa agni immaculati, contestari cupiebat, se ei in omnibus perfecte subjectam esse, per vinculum matrimoniale se sponso terreo adstrinxit, postquam hanc expressam Dei voluntatem esse cognovit: *Verum quia voluntas Dei erat ut conjugalis status &c.* Porro S. Hieronymus ad Celantiam scribens, aptius ad praesens propositum loqui non poterat, dum ait: *Ut cognita Dei voluntate inter honores seculi & divitiarum illecebrarum morum magis diligas suppellestem, atque ut possis in conjugio placere, sed etiam ei qui ipsum induisit conjugium.* Nec tamen ob id se unquam à sponso suo caelesti separavit, utpote cui puritas ejus in isto statu, ad quem ipsemet eam, per particularem providentiam, ob finem jam dictum elegerat, magis placebat, quam si in statu virginali permansisset. Enimvero valde considerabilis est propositio illa, quae ab ore tam sapientis ardentisque honestatis suae zelotypæ Virginis, qualis, uti in discursu praecedenti diximus, Lucia Virgo fuit, emanavit: *Si invitam jussis violari, inquit ad Tyrannum, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* E quibus verbis, ni fallor, clarè deducitur, quòd si daretur casus, in quo corpus Virginis alicujus violaretur, remanente nihilominus illibata mentis integritate, cum proposito nulli proximo delectationi consentiendi, quin potius haberetur

In Bulla.
Cont. 10.
vin.

In bulla.

1. Reg. 15.
22

Lib. 2. epi-
stola 20.

beretur infinita quædam ergo actum venereum nauseæ, in tali casu virtus & meritum castitatis nequaquam amittatur, sed reduplicetur potius. Nunc igitur ad propositum nostrum hoc modo discurremus: S. Francisca contra suam voluntatem, imò cum excessiva repugnantia, quoad sensum & inclinationem suam naturalem, per vinculum matrimonii adstricta & ligata fuit, tantum ut obediret Deo, qui id ei per parentes suos, & Patrem suum spiritualem, præceperat. Etenim in contractum quidem maritalem nunquam verè, ne quidem per imaginationem consensit, aut cor suum inclinavit in aliquam carnis sensualitatem aut voluptatem illius status, quantumvis illa honesta censeret possit, etenim a status illius spinis quidem transfigi placuit, illius ramos olfacere semper abhorruit. Cur igitur castitatis virtutem in ea per statum conjugalem auctam & duplicatam fuisse, dicere dubitabimus, si in eo statu cogitavit semper, quæ Dominis sunt ut esset sancta corpore? Certissimum autem est, nunquam fuit ab ea cogitata voluptas, quodque nec ipsius mentem cogitatio, nec carnem libido macularit; quia Ecclesia, cui infallibiliter assistit Spiritus sanctus, dum de hoc sanctæ nostræ sponsalicio per specialem Dei voluntatem contracto agit, postquam declarasset, quod nuptia non desit, cogitare, quæ Dei sunt, protinus conjugium ejus illustri hoc titulo adornat, dum ait: *In sancto & immaculato conjugio fieri non potest* scriplerunt S. Anselmus & Beda, *ut sanctificatio spiritus, non sit sanctum etiam corpus, quo sanctificatus utitur spiritus*. Atque ideo si immaculatam animæ ejus integritatem probaverimus, facile erit insuper credere, quod nec carnem libido macula vit. Enimvero omitto hoc loco ingeniosas illas adventiones, quibuscum castissimum corpus suum omnis voluptatis & sensualitatis incapax & insensibile reddere studuit. Hoc unicum dixisse sufficiat, quod à consortio conjugali talem semper horrorem in se pertulerit, ut ob infinitam quasi nauseam & aversionem vivum persæpè sanguinem vomuerit; unde maritus ejus compassione commotus, domusque suæ successionem jam stabilitam videns, facile acquievit, ut ab hoc eam vinculo liberam pronuntiaret, Apostolos ad Ephesios scribit: *Fornicatio & omnis immoran-*

ditia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudines; atque ideo cogitare, qualis fuerit Francisca sanctitas, & quam immaculata honestas, cui ad unius duntaxat minus honesti verbi auditum stomachus movebatur, quæque alienæ impudiciæ fetorem è longinquo sentiens, adeo excessivam inde perferatiscibat pœnam & afflictionem, ut sæpe velut semimortua esse visa fuerit. Verum enim verò ad hoc, ut de puncto aliquo adeo essentiali nequicquam dubitare possimus, ipsamet Bulla Apostolica omnem nobis dubietatem eximere voluit; hæc etenim certiores non facere intendit, quod, dum circa ipsam de hac puritatis virtute agitur, cum nobis de ipsa formare debeamus conceptum, ac si nullam unquam maritum sibi conjugali vinculo alligatum habuisset, quod idem est, ac si diceret, eam suam, tam quoad corpus, quam quoad animam virginitatem conservasse. *In sancto & immaculato conjugio virum habuit, tanquam non haberet*. Insuper considerandum est, quod in initio ejusdem bullæ aliarum virtutum in genere mentio fiat, specialiter autem nominetur ejus castitas, utpote quod in ea specialiter plus quam in omnibus aliis eluxerit. *Renovans Dominus castitatis, & multarum excellentium virtutum vetusta Romanarum mulierum fidelium exempla*.

a. Sancta corpore. Doctissimus Salmeron hæc eadem Apostoli verba exponens, aptius ad propositum nostrum dicere non poterat, quam sequentibus verbis: *Corpus sanctificatur per animum sanctum, animus vero penitentia, oratione, & meditatione divinorum operum & adhesionem cordis cum Christo; corpus verò peculiariter per jejunium, vestis asperitatem, vigiliis, peregrinationes ad loca sancta sanctitatem induit*. Subjungit tamen: *Hoc autem præconium non tribuitur à Paulo mulieri nuptæ*. Et ratio est, quia statum hunc tantæ perfectionis difficulter capacem esse existimabat. At verò in vita S. Francisca non tantum viduali, sed etiam conjugali hanc sanctificationem ad vivum expressam invenimus. Et quidem imprimis penitentiam, quia ita amarè peccata sua deplorabat (licet Historia ipsam nullum unquam peccatum grave commisisse dicat) ut Pater ipsius spiritualistimens, ne ob continuam planctum visum

In bulla.

In 1. Cor.

7.

Eph 5. 3.

sum hebetaret aut penitus amitteret, hanc illi prohibuerit, dicendo ei, se omnia peccata ipsius animæ suæ propriè vendicare velle. Ex ejusdem quoque Paris spiritualis obedientia juncis intextis indormiens paleam quoque seu stramen insuper adhibere debuit. Quotidie pectus suam centies pugnè graviter percutiebat: restibus, quibus acuta & serrata ferra inferta erant, quibus sanguinis rivi è corpore eliciebantur carnem suam castigabat. Secundò verò adhibuit orationem & meditationem. Hæc etenim adeo ei familiaris fuit, ut jam à primis annis in cœlis conversari inceperit. Glossa quidem super hunc Apostoli textum ita scribit: *impedit conjugium iugitatem orationis*: In nostra tamen sancta dictum hoc suam patitur exceptionem, cujus vita non nisi continua quadam fuit contemplatio rerum divinarum. *Cui: dixerunt in templo* (inquit de S. illa Phanuelis Anna vidua S. Ambrosius) *colloquium in prece, vita in jejunio, qua dierum nocturnaque temporibus indefessa devotio nis obsequio cum corporis agnosceret senectutem, pietatis tamen nesciret ætatem*. Id quod in S. Francisca vel maxime admirationem merebatur, hoc fuit, quod videlicet continuis orationibus suis, nullum unquam vel minimum regimini & curæ familiari domus suæ causaverit præjudicium, Corpus suum perpetuo quodam & nunquam intermisso rigorosissimo jejunio sanctificavit, à vino carnibus, ovis, & lacticiis semper abstinendo, & vix se lupinis vel etiam herbis absque ullo condimento præparatis reficiendo. Quod autem victus asperitatem attinet: *Sive vigilaret, sive dormiret, asperum laneum in ausum non exuebat, duroque cilicio ac ferreo cingulo super nuda membra moriscebatur*. Hoc autem cilicium duplicatum erat, sub hoc vinciebatur cingulo è pillis equinis contexto, nec non & circulus ferreus, qui lacerum & extenuatum ejus corpus pluitibus in locis dirumpebat. Vigiliæ ipsius continuæ erant, siquidem post longa cum spiritibus immundis & rebellibus habita certamina, frequentiaque ab iis, singulis quasi noctibus, vibratis in illam catenis, recepta verbera duabus tantum horis somno indulgebat. Peregrinationes quoque ad loca sancta frequentes ei erant, nam præter pedestre iter, quod versus S. Franciscum Affinatem conse-

Mansi Sanctuaris Tom. 1.

cit, ad visitandas septem almæ urbis Basilicas, nec non ad alia ejusdem Civitatis sacra loca se recipiebat.

5. *sancti Spiritus*. Addit Occumenius *Propter familiaritatem ad Deum Spiritus paraclæti in habitationem*. Etenim hujusce familiaritatis visiones, revelationes, raptus, extases, & colloquia cum Deo ipso frequentissimè habita evidens perhibent testimonium, idque tanto magis, quia id, quod nos quoad hoc scimus, licet multum sit, tamen idiptum ex sola notitia ab ultimo suo confessorio à tribus tantum annis & non ultra accepta habemus. Evidens quoque hujus familiaritatis indicium est, quod puerulum Jesum, uti diximus, pluries inter brachia sua straxerit, quodque caput suum in sinum sanctissimæ matris ejus reclinaverit, quod item à S. Paulo perducta fuerit ad videndum, quomodo se sacrosancta Christi humanitas secundæ sanctissimæ Triadis personæ uniretur: quod etiam demonstrata ei fuerit cœlestium Angelorum creatio; quod denique ipsammet incomprehensibilem divinam essentiam viderit, eo tamen modo, quo illius pura quædam creatura, in hac præfenti vita, capax esse potest. *Sancti per spiritus paraclæti in habitationem*. Possemus equidem singulos hujus sanctissimi Spiritus fructus enumerare, qui in magna hac anima ad stuporem utque resplenderunt: *Fructus autem spiritus est: caritas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas*. At verò quia Historiæ ejus semes illos clarè satis demonstrat, sufficet dicere, quod omnes aliæ gratiæ omnia dona, omnia ejusdem spiritus privilegia ipsi nequaquam defuerint: siquidem alieni cordis reconditissima secreta penetrabat, multos vaticinabatur futuros eventus, spirituum miram habebat discretionem, altissima quadam divino tum mysteriorum sapientia dotata erat, multa, eaque prodigiosa valde operabatur miracula.

6. *Sancta*. Id est inquit Dionysius Carthusianus, *virtutibus perornata*. Solida enim & vera sanctitas in Christianarum virtutum exercitio & habitu consistit. Potuit igitur in veritate dicere: *Omni ornatum sæculi contempsit propter anorem Domini mei*

Bb

Ic/m

Lib. de
vid.

In Bulla.

Gal. 5. 22.

Iesu Christi; quem vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. Illud tamen ornamentum, quod ipsam in cœlestis sponsi sui conspectu adeo reddebat venusitan, nequaquam contempsit, quin potius omni adhibita industria sibi comparare studuit. *Sacra, id est, virtutibus perornata.* Et quidem si de virtutum omnium Regina, charitate videlicet; major autem horum est, *charitas, agere velimus, ut pote quæ unica est sanctitatis animæ cuiuspiam mensura, ad hoc ut secure credere possimus, hanc in ipsa, in gradu valde eminenti scintillasse, Deus in ultima ipsius infirmitate, catenam quandam igneam, eam videre fecit cœlum tangentem, cui ipsa illigata erat, & eadem catena in terram descendens, ingenti cuidam flumini ibidem immergebatur; sub qua visione dici sibi audivit, catena hanc ardentissimum ipsius denotare amorem, quo quovis tempore erga cœlestem sponsum suum exarserat. Unde de ipsa scribitur: *Currens per arvas christiana perfectionis semitas, in odorem unguentorum sponsi.* In die S. Joannis Apostoli, qui cum hoc eodem Divino amore absorptus semper fuit, ab eodem hoc Apostolo, donatus ei fuit quidam ex rosis candidis & rubicundis aliisque coloribus tinctis congestus manipulus, in quo etiam violæ viscebantur. Rosæ candidæ puritatem denotabant, rubicundæ verò charitatem, variegatæ denique cordis ejus præparationem, ad exequendam Dei voluntatem: Tandem verò violæ fidem & humilitatem innuebant; cumque manipulum hunc Archangelo suo conferendum & custodiendum consignasset, tandem anno illo evoluto eundem sanctissimo puero Jesu manusculi loco præsentavit, sicque in pretiosissimas gemmas fuit transmutatus, quasi demonstrare voluisset, flores istos, qui virtutes ejus denotabant, fuisse veluti quasdam valoris inextinguibilis gemmas, quæ magnam ejus animam mirum in modum locupletabant.*

7. *Virtutibus perornata.* S. Ambrosius de statu viduali tractans, dicit: *Fœcunda vidua prole virtutum, meritorumque suorum sobole, quæ perire non possit.* Enimvero hanc virtutum prolem in sancta nostra, non solum pro eo tempore, quo vidua, sed etiam quo conjuga-

ta fuit, clarè conspicimus, adeo ut in ea in statuillo matrimoniali meliorem illarum virtutum partem agnoscere possimus, quas Apostolus in sanctis illis venerandisque viduis requirebat, quas ad Timotheum scribens, ab eodem in æstimatione & veneratione debita haberi voluit: *Vidua honora, quæ verè vidua sunt.* Ubi interpret quidam modernus ait: *Verè vidua erant etatis & sanctitatis professione honorabiles, erant quasi matres & præfectæ aliarum faminarum.* Talis ad unguem fuit S. Francisca, etiam dum esset conjugata. Septem autem virtutes, in specie, dicit idem commentator S. Paulus in hisce tanta perfectione præditis viduis requisivit, sive jam acquisitas sive mox acquirendas. Prima est, pia educatio & familiæ suæ regimen. Secunda, est pietas erga parentes. Tercia, confidentia in Deum post mortem mariti. Quarta, assiduitas in oratione. Quinta, fuga omnis voluptatis & deliciarum. Sexta, ut sit irreprehensibilis. Septima deditam esse operibus bonis, maxime verò operibus misericordiæ. Quæ virtutes ex illis præcipuè verbis eliciuntur: *In operibus bonis testimonium habeat, si filios educaverit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus ministraverit, si omne opus bonum subsecuta est.* Examinemus autem breviter, qualiter sancta nostra omnes hæc virtutes adimpleverit. Et quidem quoad primam S. Augustinus de bono conjugali scribit: *Bonum ergo sunt nuptia in quibus tanto meliores sunt conjugati, quanto castiores ac fideliores Deum timent, maxime si filios, quos carnaliter desiderant, etiam spiritualiter nutriant.* Ad quam sublimem verò pietatis gradum ipsa filios suos educaverit, vel ex hoc solo clarè liquet, quod unus eorum, qui postquam nonum ætatis annum attigerat, mortuus est, prophetiæ dono claruerit, siquidem suammet mortem, paulo post secutam, Animam vero suam in medium Angelorum à sanctis Patronis & advocatis suis deportandam esse prædit, prouti re ipsa quoque accidit, Agnes itidem filia ejus, hanc à Deo revelationem accepit, fore nimirum futurum, ut Deus illam in sponsam suam eligeret, & certo die sibi pariter revelato, ad cœlestes usque nuptias introducturus esset. Porro quod debitum erga superiores &

1. Tim. 5. 3.

Corn. à
Lapide.Tom. 6.
c. 16.

in Bulla.

Lib. de
vid.

res & Parentes respectum & reverentiam attinet, hanc manifestè fati in eo declaravit, quod Confessario & Parentibus suis, propria voluntate sua abnegata, matrimonii vinculo se, licet invitam adstringendo, perfectissimè & ad unguem usque obtemperaverit Tertia autem univrs, scilicet concepta post mariti mortem firma in Deum spes & fiducia, in sancta nostra znire resplenduit, dum se in statu viduali magis quam alias unquam Divino se servitio mancipavit, in Oblatarum monasterium paulo ante à se erectum se subducendo. Quarta etiam virtus, scilicet ejus in oratione tam mentali quam vocali assiduitas probatione non eget. Quinta nimirum omnium deliciarum horror & abominatio, singularis in ea fuit, tam in victu quam in vestitu, & in quacunque demum civili conversatione, adeo ut verè de ea dici potuerit quod S. Ambrosius de Judith scribit, dicens: *Vestem jucunditatis deposuit* (accepta nimirum à marito suo id faciendi licentia) *mœroria assumpsit* siquidem instar vilis culdam ancillulæ sese vestivit, *per omnes dies intentate jejunie*. S. Augustinus de bono viduitatis ita scribit: *Delicia igitur spirituales* (inquit sanctus) *delitiis carnalibus in sancta castitate succedant*. Quæ verba de S. Francisca optimè verificari poterant, utpote quæ deliciarum, voluptatumque mundanarum, vel solum & nudum nomen ignorabat: Econtra verò in eodem statu illas persæpe experta fuit delicias, quas paulo post recenset, scilicet: *Lectiorem, orationem, psalmum, bonam cogitationem, bonorum operum frequentationem, spem futuri sæculi*. *Et cor sursum*: omnibus namque hisce delitiis sancta nostra abundè perfruita fuit. Sextam quoque conditionem vel virtutem, quam Apostolus hisce verbis: *Vi irreprehensibiles sint*, expressit, perfectè adimplevit; siquidem licet malignorum impietas in conversatione ejus consideratione lynceos oculos adhibuerit, ne vel minimum tamen in illa notare potuerit perperam facti alicujus vestigium. Potuit detestabilis illa Pharisæorum invidia vel in ipsomet vero Justitiæ sole aliquas calumniosæ malitiæ excuscitare maculas, & tamen in tot annorum, quibus vixit decursu, nullus unquam illam vel minimæ culpæ aut imperfectionis arguere præsumpsit. Equis est,

quem non in summam admirationem rapiat rigida illa, quam de otiosi alicujus verbi prolatione sumebat, vindicta, dum pugnis labia sua ad copiosi sanguinis effusionem usque continebat, aut extensis in Crucis formam brachiis, in terram prostrata, os suum ad pavementum dirè admodum allidebat. donec oculi lachrymas, os verò ex forti hac allisione cruorem ubertim stillaret. Denique in ultima pariter virtute supra à nobis insinuata perfectissimè se exercuit, *in opibus bonis totum habens* præcipuè verò in operibus misericordiæ tam spiritualis quam corporalis Quoties enim ipsa infirmus non solum de victa remediis, famulantium obsequiis, continua assistentia, habitatione, in propria domo & alibi eisdem indulta, verum etiam in periculoso pestilentia tempore, de sacerdotibus, sacramentis, cunctisque aliis subsidiis spiritualibus, erogatis iisdem ex ære proprio, congruis stipendiis abundè providit? Ipsamet eosdem summo cum affectu invisens, illos ad peccata sua per sacramentalem exomologesin consistenda & detegenda, utque in Divinam voluntatem omnino resignati morerentur, summa cum industria disponebat. Porro Ambrosius observat, viduas vel maximè ad compassionem inclinatas esse, atque ideo Deus Eliam magnum Carmeli Pat iarcham, in ingenti illa annonæ caritate ad viduam Sareptanam dimisit, quæ etiam ut sanctum Prophetam non nihil reficeret, semetipsam & filium suum, modica illa farina privare non dubitavit: *Magnam pietatis officium, sed Religionis uberius, cui non exiguum victum, sed vita sua omne subsidium existimandè est detulisse, qua nihil reliquit sibi, tam hospitalem, ut totum daret, tam fidelis ut cito crederet*. Sancta nostra non jam vidua sed etiam nunc conjugata, sibi aquam loco potus usurpans, optimum infirmis vinum, quod habere poterant, distribuebat, quod proinde in doliis persæpe ingenti cum miraculo visum est adaugeri. Ipsamet pariter manu sua propria cibos lautissimos, ad infirmorum esuriam pellendam coquens, præparabat, pannos eorum lineos & laneos lotos & mundatos repetiabat ponderosos itidem lignorum sæces in capite suo defererebat, ut iisdem, in gelidissimis hyberni tempo-

Lib. de vid.

Tom. 4.
n. 21.

Lib. de vid.

ris rigoribus subvenire posset: hisque misericordiae operibus, ipsa se, in totius Romanæ urbis facie, per solidum triginta annorum spatium diligentissimè impendit. Hicque fuit verborum illorum sensus: *Sic omne opus bonum subsequitur est.* S. Hieronymus legit, *prosecuta: Syrus & Vatablus legunt: fuit assidua;* in omnibus etenim hisce Christianæ pietatis operibus perseverans semper & indefessa permanfit. Unde encomium Olympiadi à Palladio datum eidem quoque attribuerè possumus, dicendo: *Ægrotos invisens, peccatorum miserans, errantes in viam reducens, in omnes utens misericordia.* Si sanctorum pedes lavit, inquit *Apostolus* Ubi Glossa ait: *Prædicatorum;* quos tunc suscipere periculosum erat; Sancta nostra obsequium istud & devotionem suam, Religiosis, quos domi suæ frequentes habebat, coram ipsis genuflexa, & prono in terram capite, oculisque demissis prostrata exhibuit, Christi personam in eis venerando, eisque in platea fortuito obvius profundissimè inclinando, hancque eandem reverentiam, filiabus suis in testamento præcipiendo. *Tribulationem pa-*

trientibus subministravit Hugo Cardinalis addit, *in carcere.* Chrylostomus verò ad nostrum propositum longè melius ait: *tunc corporalem famulatum inuagat, ut sterneret lectum & huiusmodi.* Ipsa etenim in carceribus victos visitans, eosdem consolabatur & subveniebat ipsis: infirmorum verò in publicis Hospitalibus lectos præparabat, in vilissimo quovis munere eidem interveniendo, sicbaque in necessitatibus & infirmitatibus cunctis omnium servorum suorum ancilla.

8. *Sanctia corpore & spiritu.* Enimvero sicuti optimè Poëta ille dixit: *dicique beatus ante obiit unum nemo, supremaque funera debet.* Ita huic quoque sanctæ contigit, quod dum jam exspirasset, duo illius temporis sanctissimi viri & celeberrimi in urbe Romana prædicatores, nimirum B. Joannes de Capistrano, & S. Bernardinus Senensis, eam, dum corpus ejus adhuc infepultum populo spectandum exhibebatur è publicis suggestibus sanctam & Canonizationis honoribus dignissimam proclamarent.

In S. Francisca demonstrantur insigniora veræ fortitudinis encomia, simulque ostenditur, ipsam verè esse mulierem illam fortem, quam sapiens sollicitè quæsit.

DISCURSUS TERTIVS.

Mulierem fortem quis invenit? Prov. 31. v. 10.

QUOD si unquam in debiliore sexu mulier quædam fortis inveniri potuit, ea utique in illo potissimum climate inventa fuisse censebitur, cui Mars plusquam omnibus aliis regionibus nominatur: optimè enim Generosus ille Athleta Romanus: *Agere & pati fortia Romanum est.* Roma igitur inter cunctas, alias mundi urbes

in hoc præcipuè gloriari potest, quod enixa sit, atque in sinu suo piè educaverit veluti filiam suam, generosam illam fortemque mulierem, quam à tot retro sæculis sapiens, tam anxie quæsit. Qua quidem in re certus sum, quod extra omne veteris erroris periculum; neque enim veridica illa S. Petri Cathedra mentiri potuit, quando in Bulla Canonizationis S. Francisce expressè declaravit, ipsam verè esse mulierem illam fortem, quæ virtutum & heroicorum facinorum suorum splendore Ro-

In Bulla.

nam non minus quam universam illustravit Ecclesiam: In ornamentum totius domus sue, Ecclesia universa suscitavit mulierē, vera fortitudine fortem, Franciscam nomine. Porro eximia hujusce generosæ virtutis encomia, quæ sparsim à sacris annotantur Doctoribus, in hac maxima sancta, omnia simul velut in brevi quodam compendio epilogata reperiemus.

Lib. de Vid.

2. Vera fortitudine fortem. Sanctus Ambrosius ait: Nec sola tamen castitas corporis vidua fortitudo est sed magna & uberissima disciplina virtutis. Porro ad hæc Christianæ fortitudinis encomia perfectius declaranda, omnia illa virtuosâ subjunxit opera, in quibus sanctam sese exercitasse præcedenti discursu probavimus: Quæ in operibus bonis testimonium habet. Si filios educta verit, si hospitio receperit, si sanctorum pedes lava verit, si tribulationem patientibus subministraverit, si postremo omne opus bonum fuerit subsecuta.

In Psal. 92

3. Vera fortitudine. Sanctus Augustinus super illa verba Psalmi: Induit Dominus fortitudinem, ita ait: Omnis fortitudo in humilitate, quia fragilis omnis superbia. Hocce humilitatis fundamentum, ad illam usque profunditatem proportionabiliter effossum in ea fuit, quæ sublimitati ædificii spiritualis, quod in semetipsa erexerat, correponderet. Etenim sanctus Bernardus scribit: humilitas virius habet hæc tria superiori subdi, aequali non præferri, minori potius subdi quam præferri. Sancta autem nostra omnes gradus præfatos animosè conscendit. Eo etenim respectu & reverentia maritum suum prosequēbatur, quod dum sub officii recitatione ab eo vocaretur, ipsa confestim locum, ad quem legendo pervenerat, obsignavit, atque officium interrupit: Dumque à marito reversa officium denuo resumpserit, iterato à marito vocata, omnia denuo sicut prius intermisit, idque quatuor diversis successive vicibus accidit. Hicque sanctæ nostræ erga dilectum conjugem suum respectus & reverentia, cælesti sponso ejus adeo gratus extitit, ut effecerit, quod ad officium suum resumendum quarta vice reversa, Antiphonam illam, quam interruperat, aureis literis exaratam invenit. Quam etiam profundam sacerdotibus in via sibi fortitudo obvis genui flexendo exhibuerit reverentiam, superiori discursu ostendimus. Denique æqualibus tan-

In sententiis.

tam semper humilitatem exhibuit, ut in triginta octo annorum curriculo, quo una cum cognata sua vixit, tam reverentialem ei respectum semper detulerit, ut ne vel minimum inter ipsas controversiæ vestigiū suscitari vel minimo verbo contentioso poterit. Demum erga sibi infectorum adeo humilis extitit, ut sæpe numero ad imitationem S. Martini servis & ancillis domus suæ obsequiosissimè ministravit.

4. Vera fortitudine. Sanctus Hieronymus de mansionibus populi Dei in Eatham ad Fabiolam ita scribit: Eatham nobis sonat fortitudo atque perfectio de qua & David canit: Tu dirupisti fluvios Et nam id est fortes Et mox subiungit: Grandis est fortitudo Ægyptum amittere & in extrema solitudine commorari. In sexu adeo fragili & vanitatibus dedito, quandam inveniri, quæ in statu conjugali in summo deliciarum, honorum, divinarumque culmine constituta, nobilisque & juvenula existens, secretos semper & solitarios amat recessus, quæque in media urbis Romanæ Ægypto haud secus ac in solitudine quadam vixit, grandis utique hæc est fortitudo. Porro de generosa illa & invicta Amazone a sapiente nobis proposita dicitur, quod manum suam misit ad fortia. Cur ita? Num fortè ferrum pugnandi causa corripuit: aut fortasse altera quædam Debora exercituum Archistratega esse voluit? Nequaquam, quin potius id, in quo tanta ejus fortitudo consisteret, declaraturus, ipsam manum suam ad fufum extendisse dicit: Digni ejus apprehenderunt fufum; ut per hoc nobis innueret, in hoc sexus istius validitatem quam maximè illucescere, quando se ad solitariotum recessuum amantes esse probant. S. Philippus Nerius die quadam interrogatus, cur præ cæteris pœnitentibus suis Martham Spolethanam, quam maximè diligeret, respondisse fertur: Quia ipsa fila ducit, insinuare volens, eam familiæ suæ gubernandæ deditam esse, & raro admodum foris extra domum conspici posse: Porro S. Francisca non unam, sed duas sibi fabricavit Thebaides, in quibus sola cum solo Deo suaviter conversari & loqui posset, quarum unam in superiori domus suæ fastigio, alteram verò in quodam horti sui antro seu subteranea specu sibi erexerat. Illecebras abhorrens solitudine magnopere capiebatur.

Prov. 31.

19.

In Bulla.

Lib. a. ep.
18.

5. *Vera fortitudo sine fortem.* Idemmet sanctus Hieronymus Demetriadi hunc in modum scribit: *incredibilis animi fortitudo inter gemmas & sericum, inter eunuchorum & puellarum cateruas, & ministeria familia perstreperitis, & exquisitas epulas, quas ampla domus praebebat abundantiam, appetuisse eam jejuniorum laborum, & spiritum vestium, & ceteris continentiam.* Magnam etenim sibi inferre violentiam, seque ipsum generose vincere debet, qui in lautissimorum ciborum abundantia in pane & aqua jejunit, & lupinis & herbis vix famem suam extuat, prouti sancta nostra faciebat. *incredibilis animi fortitudo est si quis ex opulento vestimentorum reconditorio pungentia & rudia expromere cilicia norit, suamque collum, loco torquis aureae, ferrea catena oneret, & latera acutissimis pungentibus stimulis circumcingat.*

Hom. 2. ad
pop.

6. *Vera fortitudine.* Sanctus Joannes Chrysostomus de Job scribit: *Postquam omnia amisit, tunc factus est fortior, & clarum contra Diabolum & gloriam reperit.* Fortior autem robustiorque, fortis haec nostra & generosa mulier fuit, quae dum in summa divitiarum abundantia, per generosum rerum terrenarum contemptum pauperissime vivendo innumeras adversus totum infernum, in suam perniciem conjurantem retulit victorias. Quam etiam animi fortitudinem laus probavit, quando sancti Jobi exemplo omnia amisit, viri exitum, bonorum jacturam, ac universa domus mero rem non modo constantissime toleravit, sed gratias agens cum B. Iob illud frequenter usurpabat: *Dominus dedit, Dominus abstulit sit nomen Domini benedictum.* Sanctus Ambrosius Juditham ex jejuniis fortificatam & roboratam esse dicit, quando detrancato Holofernis capite omnem ejus exercitum in confusionem redegit: *Quotidianis roborata jejuniis, quod idem in sancta Francisca ad litteram verificatur.* Verum enimvero quoad statum vidualem Sanctus ulterius subjungit: *Esto vidua temperans, casta primum à v. no, nequaquam te ille tentabit si vina non tentent.* Porro truculentissimi quidem, nec unquam interrupti fuere, quos inimicus infernalis ei intentavit insultus, at vero semper ipsa victrix permansit, quia fuit roborata jejuniis & casta primum à vino, utpote quod nunquam nisi semel, dum graviter infirmaretur, per formale obedientiae praecipitum, à

In lect.

Lib. de
Vid.

Confessario sibi impositum, incredibili cum nausea bibit

7. *Vera fortitudo sine fortem.* Nulli ignota est consideratio illa, quam sanctus Gregorius circa Regem Davidem instituit. Non tam miror, inquit hic Sanctus victorias & triumphos, quos de inimicis suis retulit, quam saltus & tripudia, quae instar hominis cujusdam plebei ante arcam instituit. *Quid de his factis ab aliis sentiantur, ignoro, ego David plus saltantem stupeo, quam pugnantem.* Et mox hujus rationem reddidit, dicens: *Pugnando quippe hostes subdidit, saltando autem semetipsum vicit.* Nos quoque de hac sancta nostra dicere possumus, quod non tam ob infernum devictum admirandam se fecerit, quam quia inter derisiones, sannas, & ludibria hominum mundanorum constans & immobilis permansit, quando instar vilis cujusdam rusticae, asinum ante se agendo, urbem Romanam perambulans, integram post se petulantium & ridentium puerorum turbam signorum struem in capite suo, in pauperum subsidium deportans, circumduxit, quando etiam ad valvas Ecclesiarum ad subventionem pauperum elemosynarum stipem corrogavit, & inter intolerabiles Hospitalium fautores, gaudens conversata fuit semetipsam vicit, quando omnem fastum, pompam & vanitatem, unicum illius sexus elementum, pedibus substratam conculcavit seque adeo heroico sui ipsius contemptui consecrando addixit.

8. *Vera fortitudine fortem.* Jacobum Patriarcham Spiritus sanctus viri fortis titulo egregie honoravit: *Contra Deum fortis fuisti.* Imò & in Osea de eodem pariter scriptum legitur: *In fortitudine sua directus est cum Ance lo & in v. aluit.* Quoniam autem modo, vel qua in re hanc suam fortitudinem & robur manifestavit, Sanctus Cyrillus Alexandrinus declarat, dicens: *Prævaluit in Deum non quasi cum Deo pugnant, sed obediens potius, & velut superior & victor, quod iussa impleveret.* Quisnam autem ex hoc eodem capite unquam sancta Franciscæ fortior inveniri potuit? Audite obsecro insignia aliquot obedientiae ejus trophaea Paulò ante insinuavimus, quod, licet vinum ne primis quidem labris, ut ajunt, unquam delibaret, at tamen postquam Confessarius ejus illi infirmanti, ut ab hoc rigore saltem in eo malae valetudinis statu remitteret, præcepisset, ipsa con-

Lib. 17.
mor c. 27.

Gen. 32.

Ose. 12. 4.

festum

festim ei sine ulla contradictione obedivit: veruntamen cum ob illatam sibi in eo actu violentiam tribus diebus continuis, pœnositissimis facta fuisset vomitibus obnoxia, nunquam audita est de præstita Confessario obedientia pœnitere aut conqueri. Quodam die Venetis sancto Confessarius ei versus Basilicam sanctæ Crucis in Hierusalem contendenti præcepit, ut adeo suos in tetram oculos demitteret, ut omnem sibi quenquam ex obviis aspiciendi facultatem adimeret; contigit autem, ut dum Basilicæ sancti Joannis Lateranensis vicina esset, duo feroces & furibundi juveni ruptis loriceis lea vinculis ei occurrerent, quos licet omnes effugere quæterent, ipsa tamen, ne impositam sibi prævaricaretur obedientiam, ne oculos quidem in altum extollere præsumpsit, unde Deo providente factum est, ut duo hi juveni ferocientes instar mansuetissimæ ovis ad pedes ejus sese prostraverint. Alias quoque in extasi constituta, licet ad quamvis rem aliam insensibilis esset, attamen ad unicum Confessarii verbum vel minimum ejus nutum promptè respondebat, ambulabat, omniaque quæ illi præcipiebantur, indilatè perficiebat; cumque idem ejus Confessor ei, ne è loco, in quo erat, discederet, præcepisset ac demum ab illa recedens, impositi ei præcepti oblitus fuisset, ipsa multo tempore uni eidemque loco insistentens, ne larum quidem unguem inde se movit, cumque è domesticis nonnemo fingeret Confessarium ei, ut quæri se committeret, demandasse, ipsa id falsum esse cognoscens, tota nocte sequenti firma & immobilis eodem in loco persistit, donec Confessarius illucescente diluculo ad ipsam mittens eam è loco discedere jussisset, quo facto ab extasi sibi denudè mox restituta fuit. Cum Tyrannus filium ejus, ut eum veluti obfidem & captivum Neapolim abduceret, ab ea extorsisset, ipsa sese unà cum charissimo viscere suorum pignore, in lateribus quasdam abscondit, cum verò Confessarius ei præcepisset, ut ipsamet suis manibus filium suum eo perduceret, & inimici manibus & potestati consignaret, ipsa veluti vera obedientiæ Abrahamicæ æmulatrix (qui, ut scribit sanctus Ambrosius, filium suum tanquam immolandum sacrificium in montem usque perducens: *Non doluit, nec fleuit, sed ubi audire Dominatus oraculum, non distulit sacrificium*

ciam, sed maturavit obsequium.) ne vel minimo verbo se Confessario id præcipienti opposuit, sed velocissimo gressu in Capitolium sese contulit, ut ibi tam insignem devicti materni amoris victoriam spectandam exhiberet. *Ostendit, (inquit Chrysostomus) Abraham, charissimum quidem sibi esse filium, sed multo chariorem filio existere Dominum: nec dulcedinem aut affectionum pignoris respiciebat, qui iustitiam ut persiceret, cogitabat.* Veruntamen sicuti prompta Abrahamæ obedientia Deo ita grata exiit, ut ob eam, vivum illi filium superstitem reliquerit, ita quoque S. Franciscæ obedientiam remunerare voluit, filium abducendum, ei salvum & incolumem per celeberrimum illud miraculum relinquendo, quo omnes illos equos, quibus abducendus imponebatur, haud secus ac Capitolinum illum equum æneum, loco profusè immobiles reddidit.

7. *Vera fortitudine fortem.* Sanctus Ambrosius inquit: *Revera jure ea fortitudo vocatur, quando unusquisque seipsum vincit, nullis illi cæbris emollitur atque inflectitur.* Id quod consonat cum hisce sancti Gregorii verbis dicentis: *Iustorum fortitudo est carnen vincere, propriis voluptatibus contraire.* Porro Sancta nostra sensus corpusque suum eo modo devicit, ut sicut in lectionibus matutinalibus de ea lectum est: *Corpus suum vigiliis, junius, cilicio, ferro cingulo, crebrisque flagellis in servitutem redigere satageret.* Et quam vehemens fuit illa, quam sibimetipsi inrebat, violentia, qua se in statu suo conjugali non solum omnibus opposuit voluptatibus carnis, verum etiam cujusvis licet honestæ voluptatis umbræ, idque tanta cum assiduitate, ut quemadmodum sufficienter probavimus, nunquam fuerit ab ea cogitata voluptas? Quænam non fuerunt ab ea adhibita inventiones, ne cor suum furtive aliqua delectationis sensualis imaginatio subintraret? adeo ut in ea adimpletum fuerit, quod sanctus Gregorius ingenti cum significatione scripsit, nimirum, quod propriis voluptatibus contrairet.

10. *Vera fortitudine fortem.* Sanctus Ambrosius illam David's Regis mortificationem, qua à delibanda aqua Bethlehemitica, tanta cum aviditate desiderata, licet eam in manu sua teneret, abstinuit, quin potius l' bavit eam Domino, & noluit bibere, hanc inquam mortificationem

Sev. de fide
Abrah.

Li. 1. offic.
c. 36.

Li. 7. mor.
c. 9.

In Lect.

1. Paral.
II. 17.

Apol. de
Dav. c. 7.

ficationem considerans ait; Magnitudinem animi ostenderunt adolescentes, dum modicos hostium armis se in eos penetrarunt, sed majorem prebuit fortitudinem qui contra militantes in corpore suo concupiscentiam pugnavit. Porro S. Francisca nequaquam abstemia fuit, quasi vinum exhorresceret, & tamen licet excessivos pateretur stomachi languores & cruciatus, pro quorum remedio S. Paulus Timotheo præcepit dicere: *Medico vino uicere propter stomachum huius*, ab omni prorsus vini potu temper abstinuit. Congenitum sibi habebat corporum mortuorum horrorem, cunctaque exhorrescebat, quæ mortuorum cadavera tetigerant, & tamen ut hanc suam naturalem indolem, semetipsam mortificando, vinceret, ex mortui hominis crânio, multo tempore bibit tomachi ejus teneritudo & debilitas omnes abominabatur foetores, & tamen foetentissimis maximeque stomachabundis hospitalium infirmis, multis annis deservire non desistit, vestes eorundem lepra, scabie, & sanie scatenentes & rigidas propriis manibus lavit, imo ut hanc abominationem tanto efficacius vinceret, in putridam illam & foetentem aquam, in qua vestes illas sordidas abluerat, os suum peræpe immergens, inde potavit, denique in hac aqua sordida & abominanda, velut in lavio quodam vulvum suum lavit & expolivit.

1. Tim. 5. 23.
Lib. de Vid.
1. Id. 15. 21.
 vera fortitudine foris. Idemmet S. Ambrosius ait: *Nec fortitudo bona vidua deesse consuevit, hæc enim vera est fortitudo, quæ natura usum, si quis infirmitatem, mentis devotione transgreditur, qualis in illa fuit, cui nomen Judithæ. Dicite sodes, in quoniam Spiritum sanctum Judithæ fortitudinem repoluisse existimatis? Viriliter existit. Num fortè in eo, quod pro patriæ suæ liberatione, omnes inimici exercitus copias in confusionem & extremam perniciem redegit? Aut verò, quia sulum ferri & ensis loco manu sua arripuit? Vel quia caput Holofernis à cervice præsciderit, ejusque numerosissimum exercitum in fugam coegerit? Minimè gentium; led potius ecce qua in re generosum ejus animum collocârunt: id quod castitatem amaverit. Enimvero quanto cum ardore S. Francisca virtutem hanc zelaverit, quâdantenus in discursu præcedenti examinavimus; præterquam quod in Canonizationis ejus Bulla legatur: *Per gratiam Spiritus sancti, natura usum, & sexus infirmitatem transgrediens**

*accincta robore. & in sp. ritu amulans. de fide-
 ria carnis non perfecti.* Porro matrimoniali jugo collum suum subjecit, ut Deo ita ordinanti sine contradictione moram gereret: Caterum ob excessivam aversionem & horrorem, quod statum istum abominabatur, gravissimis infirmitatibus per frequenter succumbere debuit, cui sic infirmanti cœlestis ejus sponsus eidem curandæ S. Alexium cœlitus submisit. Verum dicat aliquis, quodnam in eo later mysterium, quod ad sanctam nostram sanitati restituendâ inter omnes alias Paradisi beatas animas solum elegerit Alexium? Num fortè ideo id factum est, quod contentaneum Deus esse duxerit, ut ad Franciscam insignem & Romanam nobilem, alius pariter nobilis Romanus mitteretur velut cœlestis medicus? Nequaquam, nam ut S. Hieronymus de Celaniam scribit: *Abud Deum nobilitas, est clarum esse virtutibus.* Nunquid igitur ad hunc finem magis detervire potuissent alia, tam quoad dignitatis meritum, quàm quoad maiorem palmam, insignes sanctæ Romanæ? Audite igitur, quidnam præcipue in S. Alexio consideratum fuerit. Alex us etenim suæ quidem consorti desponsatus fuit, ad literam tamen executus est id, quod Apostolus insinnavit: *Qui habent uxores tanquam non habentes sint.* Prima etenim nocte, ut notum est, sponsam suam intactam dereliquit, ac tandem post multos annos in paternam domum reversus longo tempore, in conspectu ejus omnino incognitus vixit. Ecce tibi igitur quam in re S. Francisca se huic similem esse probavit. Ipsa quippe conjugio quidem tradita fuit, id tamen cum tanta aversione ab omni eo, quod carnalis voluptatis umbram præferebat, fecit, ut multis annis in eo statu vivens, uti diximus: *In sancto & immaculato conjugio verum habuerit tanquam non haberet.* Hæc autè ancillæ nostræ castitas cœlestis ejus sponsi tantopere complacuit, ut illam cuidam devotæ Dei ancillæ, ex tertio ordine S. Francisci, in oratione consistenti, Deus ipse in vultu divino luce conspicuo & splendescenti commonstravit; viditque virgam quandam auream de cœlo superconclave, in quo Sancta nostra jacerat, descendentem, quaquaversum liliis aureis, quæ, uti omnibus manifestum est, virginittatis

1. Cor. 7. 29.

In Bulla.

at isymbola sunt, circumdatam. Enimvero S. Bernardinus Senensis argumentum quoddam de S. Francisco adducit, quod in S. Franciscæ laudem optimè retorquere possumus, ait enim: *Quare igitur corpus beati Francisci fuit sic signatum specie crucifixi, signum est, quod caro ejus fuit purissima, & anima quasi Deificata, Ubi Sanctæ hujus vitam legerimus, eam quoque hoc dono exornatam fuisse comperimus, quod scilicet Christus crucifixus, per dolorum amarissimæ passionis suæ impressionem, se castissimo ejus corpori adstrinxerit.*

Ser. 13. ad fratres.

12. *Vera fortitudine forem. O fortitudo (inquit S. Augustinus) omnem crudelitatem exacua Crucem non metuis, equuleum amplecteris Dicamus nos quoque Sanctæ nostræ. Crucem non metuis, Crucem amplecteris. Licet enim crucifixus sponus illius persæpe eam præmonerit, ut se ad sui cum ipso crucifixionem præpararet propter hoc illa animo suo minime despondit, imo omnino mihi persuadeo, quod intra semetipsam dixerit: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, intra ubera mea commorabitur, vivaciter enim quoad potuit, Redemptoris nostri crucifixionem & mortem meditando, acerbissimos pariter in manibus, pedibus, capite, item & pectore dolores & deliquia persensit, adeo ut sæpe vivus è partibus illis erupcit sanguis. Unde de ipsa dicere possumus, quod de Seraphico Francisco scripsit S. Bernardinus: *Christus Iesus crucifixus intra mensis**

*B. Francisci ubera (dicamus nos B. Franciscæ ubera) ut myrrhæ fasciculus mirabiliter ac jugiter morabatur, in quem optabat per excessivum amoris incendium totaliter transformari. Cumque per vivam quandam apprehensionem Crucifixum cordi & animæ suæ adstringeret, idem quoque dolores & vulnera in corpus ejus eodem pariter se tempore transfundebant, adeo ut, quando spinarum meditabatur puncturas, tempora quoque sua excessivis puncturis transigi persentiret: si verò pedum vulnera considerabat, in suis quoque pedibus vulnorum illorum miram experiebatur atrocitatem: Denique dum se lateri vulneri considerando applicabat, suum quoque sanguinem inde largiter effundebat, adeo ut verisimile sit eam perfectè id adimplevisse, quod divinus ejus amator ab ea expetit, dicens: *Pone me ut signaculum super cor tuum; Ad quæ verba S. Petrus Damiani alludens ait: Eum in corde suo signaculum ponat, ut amoris ejus facibus medullitus inardescat. Amor igitur ardentissimus, quo Christum prosequeretur, fuit qui pectus ejus vulneravit, quique cruentum liquorem illum inde tanto tempore scaturire fecit. Undique et cum Apostolo Christi (sunt verba ejusdem Sancti, quibus Sanctam nostram alloqui videtur) mortificatione præcinge; undique tibi impressa signata Crucis ostende,**

Opusc. 30. c. 2.

Opusc. 48. c. 2.



Considerantur aliqua mysteria circa Angelum, qui S. Franciscae visibiliter assistebat:

DISCURSUS QVARTVS.

Angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Psal. 90. v. 11.

Ipsis quoque Gentilibus, Plutarcho teste, usitatum fuit, quod Herouum suorum statuas vel imagines in eo corporis situ & aptitudine figurerent, quæ insigniora ab ipsis patrata facinora aptissime representarent. Sic Catonem iuxta uticam, in plaga maris, gladium manu versantem figurare consueverant: Brutum quoque depingebant veluti strictum gladium in Tyrannum impingentem. Similem quoque consuetudinem Ecclesia usurpare videtur, dum in sacrorum Herouum suorum picturis vel sculpturis eas potissimum actiones aut cœlestes favores exprimit, qui in hac præsentis vita vel maximè illos nobilitarunt & gloriosos effecerunt. Unde S. Laurentius craticulæ ignitæ & candenti, Catharina Alexandrina rotis præacuris superposita, S. Francisca Assisias stigmatibus insignita, S. Francisca Romana Angelo stipata depingitur. Verum enimvero quænam est singularis hæc prærogativa, quod iuxta illam depingi soleat Nuntius ille & Paranympus cœlestis: nunquid de quavis anima universum illud Regii Prophetæ verbum intelligitur, dicentis: *Angeli sui Deus mandavit de te?* Minimè; Imo verò quantum mihi constat, id ipsum non nisi in sola Francisca adimpleri censetur. Verum quidem divinam providentiam unicuique homini quendam ex infirmitate assignasse custodem Angelum, non tamen eis plures assignavit præterquam unum. Unicum autem & singularissimum hoc fuit S. Franciscae privilegium, quod Sponsus ejus cœ-

lestis præter Angelum ejus custodem, duos insuper deputavit Archangelos, qui eam in quovis tempore, loco & occasione visibiliter associarent, defenderent, eique obsequerentur. Abulensis de Dei matre, quoad custodiam angelicam discurrens, eam duos habuisse existimat: *Vnum tanquam persona prævata, alterum verò tanquam persona ex qua pendebat bonum commune.* Primum ex infimo choro fuisse dicit, è quo privatis hominibus assignari solent Angeli custodes. Secundum verò ad chorum pertinebat Archangelorum. Tandem verò Archangelus hujus erga sanctissimam Virginem exhibendum ministerium specificaturus subjungit: *Ille Archangelus aliquando ei suadebat aliquid visibiliter, aliquando autem solum spiritualiter.* Quam igitur eximia fuit hæc sanctæ Franciscae prærogativa, quod videlicet similiter præter infimi chori Angelum custodem, insuper non unius duntaxat, sed duorum Archangelorum societate fuerit honorata, licet diversis temporibus separatim eam convenerint idque in specie semper visibili. Enim verò à sanctissima Virgine Deipara pendebat bonum commune, atque ideo ei hoc adeo rarum concessum fuit privilegium: verum undenam honor hic adeo eximius, singularis, nec unquam auditus, imo ad usque hosce dies nostros nemini concessus per assiduam, visibilem, familiarem & individuam hanc assistentiam Sanctæ nostræ accidit? *In ornamentum totius domus sua Ecclesie universæ suscitavit mulierem. At verò quodnam fuit hoc ornamentum? Nimirum*

q. 60. ins.
18 Matthe.

In Bulla.

rum

rū sicuti sanctissima virgo Maria vivum quoddam in Ecclesia futura erat virginitatis exemplar & prototypon, ita S. Franciscam elegit, ut in eadem Ecclesia perfectissimum quoddam esset castitatis & pudicitiae conjugalis speculum: *Voluntas Dei erat, ut conjugalis status perfectionis grande documentum daret.*

2. *Angelis suis mandavit de te.* Verum dicat aliquis qua ratione titulus ille gloriosus ornamentum Ecclesiae, qui in Bulla Canonizationis exprimitur, huic Sanctae in encomium attribui potest, quae omni studio, & industria vilescit, contemni, & servili habitu induta in publicum prodire desideravit, imò cuius sollicitudo maxime in id incumbebat (uti in eodem Pontificio diplomate dicitur) ut Romanas matronas à pompis saeculi & ornatus vanitate abduceret, idque efficaci proprio exempli sui persuasione, utpote quae verè dicere poterat: *Omnem ornamentum saeculi contempsit propter amorem Domini mei Iesu Christi?* Scitisne quidam ad hanc quaestionem responderi possit? Nimirum decor & ornatus ejus in conspectu sponsi sui caelestis ideo adeo gratus fuit atque acceptus, quia ornatus non sed monilibus suis Dominus concupiuit. Quoddam autem hoc ornamentum fuit aliud, praeterquam optatissima & continua illa Archangeli ei semper praesentis assiduitas. Porro Deus quoddam populo suo in idololatricam propensionem graviter iratus, dixit: *Iam nunc depono ornamentum tuum, ut sciam, quid faciam tibi.* Cajetanus loco *ly ornatum*, legit *arma* Hugo de S. Victore vertit: *Tabernaculum.* Congruentius tamen ad propositum nostrum legit Anselmus Laudensis sic: *Manifestam Dei praesentiam, quae illi populo per Angelum apparerebat, ornamentum ejus intelligit; atque ideo rationem, ob quam Deus ornamentum istud ab eo amotum esse cupiat, haec reddidit: Vis sciam, inquit, quid faciam tibi, si refaciam te quantum mali perpetraveris, quo angelica visitatione privaris.* Enim verò argumentum istud nos in favorem nostrum convertentes, dicamus *Si te refaciam, quantum boni perpetraveris, quo angelica visitatione perpetuo sociaris.* Enimvero quantum hic sexus vanitati, dissolutis conversationibus, tripudiis, choreis, gaudiis, conviviis, superbis ornamentis deditus sit, probatione non eget, utpote quod experientia quotidiana abundè satis demonstrat, & quidem in iis matronis praecipue, quae juvenilis aetatis flo-

ri nobilitatem, divitias, & pulchritudinem conjunctam habent. Nostra autem Sancta, prout jam diximus, in semetipsa ab hac vanitate alienissima fuit, eamque ab aliis puellis Romanis eradicare omni studio contendit: *Quasi solitariam vitam agebat. Et ideo ac esserunt Angeli & ministrabant ei.* Id quod in Christo Domino nostro, post tot annos pariter adimpletum esse videmus, ad quem Angeli ministraturi non prius visibiliter accesserunt, quam post quadraginta diebus in deserto peractam solitudinem. Cæterum dum Sanctam nostram in spelunca illa, quam in antiquis domus suae ruinis sibi commodam invenerat, reclusam, ibidemque dulcissimis caelestis sponsi sui amplexibus perfructatem confidero, videor mihi audire caelestem hunc sponsum hisce eam Canticozum verbis suaviter invitante: *Surgere amica mea, speciosa mea, & veni, olivula mea in foraminibus petrae, in caverna maceria; ostende mihi faciem tuam.* Quem textum Aurelius Cassiodorus hunc in modum interpretatur: *In caverna maceria moratur, qui praesidio Angelorum undique circumdatur, & à tentationibus Diaboli custoditur.*

3. *Angelis suis mandavit de te.* Etenim postquam Angelos sedulam nostram curam & custodiam habituros esse dixisset, paulo post progreditur dicens: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & concubabis leonem & draconem,* ad denotandum nobis, quod per Angelicorum spirituum assistentiam de iniuriis infernalibus gloriosam reportaremus victoriam, omnesque eorundem insidias & astus nobis clarè detegantur. Unde in hymno matutinalis officii, de Angelo custode Ecclesiae canit: *Nobis draconis & multi versutias exterminet. Ne rete fraudulencia incauta neque pectora.* In Evangelio Lucae scribitur: *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet; si autem fortior eo supervenerit, & eris eum, unum versa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet.* Sanctus Basilii hunc textum in favorem nostrum interpretatur, dicens: *Distribuit spolia, exhibens fideles custodias Angelorum.* Sciendum est autem, quod in nulla descripta vitae sanctorum Historia aliquem è sanctis invenire possumus, qui truculentiora, aut magis infecta magisque continua sustinuerit ab inferno sibi intem-

In Bulla.

Cant. 2. 56

Ecod. 33. 5.

Luc. 11. 21.

In Cal.

zata certamina, quam hæc sancta nostra, nullusque ab antiquo & tortuoso se pente majores & frequentiores passus est insidias, quam ipsa: Dæmon quædam vice se Confessarium ejus esse, omnesque visiones & revelationes ejus, prouti pater ejus spiritualis revera facere solebat, annotare & describere velle finxit, eamque exhortatus est, ut intelligibili characterum eas adscriberet, & ex his compilatis voluminem quemdam librum faceret. Alia quoque vice idem spiritus, exhibita ei profunda reverentia, se ab ea devictos, & ad resistendum fortitudini & prudentia ejus in habiles se esse contestabantur. Apparuit quoque illi malignus spiritus in specie seu similitudine sancti Onophrii, fingens quod eam ad loca deserta perduciturus advenisset. Septem etiam spiritus ad instar septem splendidissima luce circumdatarum ovium, se illi spectandos præbuere, septem dona spiritus sancti se esse asseverantes, venisseque ut animam ejus inhabitarent. Insultus itidem quibus eam sunt aggressi, atroces omnino fuerunt & truculenti, dum eam nunc in aëra extulerunt deorsum præcipitandam, mox in profundissimum puteum se eam conjecturos esse finxerunt, alias quoque in lupos, leones, aspides, & dracones se transformârunt, eamque diris ad eo flagellis cæciderunt, ut eam deinceps semimortuam dereliquerint: at verò prouti sancta testatur Dei Ecclesiarum tentatorem sic imperterrita elusit, ut illi formidabilis exaderet. Verum inquires, quoniam modo Deus noster huic sponsæ suæ adstitit? Sed & Angeli præsidio, quem familiarem protectorem, & commisit singulari Dei beneficio habebat, ab hujusmodi inimicis tentationibus defensam apparet. Ad imitationem igitur sancti Antonii rebellibus hisce spiritibus, magnam eorum exprobrabat in potentiam & debilitatem, rebellionem quoque ipsorum, ab eorum superbia originem ducentem, ob oculos ipsi statuebat, cunctaque eorum deridebat stratagemata & diabolicos astus, quos Archangeli sui perspicua luce clarissimè detegebat: quamprimum deaurate Archangeli sui comæ scintillare & splendescere cœperunt, mox technæ implacabilium illorum spirituum, in sanctæ Franciscae perniciem conceptæ dissipabantur & evanescebant: nonnunquam verò hæc Franciscae cum Dæmonibus inita certamina, à cœpescen-

lo vespertino ad usque matutium diluculata continuabantur, quo tempore Archangelus sanctæ nostræ pugnantis subsidia & suppetias ferre sæpe intermittebat, mox tamen eandem post obtentam adversus Dæmonem victoriam in suavissimas extases consolationibus divinis demulcendam rapiebat. Judithæ cum Holoferne dimicaturæ Angelus se comitem & auxiliatorem junxit, unde ipsa ait: *Vixit Dominus, quia custodivit me Angelus ejus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc revertentem.* S. Francisca autem, utpote cui cura infernali Holoferne dimicandum semper erat, non unum duntaxat Angelus, sed plures nobilissimi spiritus continuam præstiterunt assistentiam. In illis verbis *Angelus suis mandavit de te, ut custodiant, S. Lucas loco custodiant legit conservent te.* Quis obsecro Sanctam nostram à continuis & nunquam intermittentibus totius inferni insulibus & conatibus illatam semper conservavit alius, præterquam horum Archangelorum perpetua assistentia? *Angelus suis mandavit de te* inquit Agellius *tranquam fidelibus per vigilibusque custodiibus, qui semper in te desixos habeant oculos* (prouti illi modo quodâ in usitato contingebat ad literam) *ne quid mali patiaris.*

4. *Angelus suis mandavit de te.* S. Bonaventura ad angelicos hosce spiritus pertinere scribit: *illuminationes ad nos deferre.* Et enim Sancta nostra in statu suo conjugali singularissimè habuit plurimarum cœlestium revelationum donum; Extases nonnunquam passa est per tres dies continuos; persusa quoque fuit variis revelationibus, visionibus, prophetiis donum insuper habuit corda, eorumque internas intentiones penetrandi, magnaque prædita fuit spirituum discretionem. Horum autem thesaurorum cœlestium procuratores atque custodes fuerunt hi, ad ejus ministerium deputati Archangeli.

5. *Angelus suis mandavit de te.* Angelus similiter proprium est in angustiis & adversitatibus nostris, quibus opprimimur, nos confortare, prouti in Agar clarè liquet. Unde optimè Authot quidam observavit, quod sacra Scriptura omnium prima vice naturæ Evangelicæ mentionem tunc facere cœperit, quando Angelus deditus erat consolationi alicujus mulieris desolatae & afflictae. De Redemptore nostro pariter constat eum in horto in agonia sua ab Angelo quodam confortatû fuisse: Ap-

Jud. 13, 20.

Luc. 4, 16.

De Eccl.
Hier. p. 3.
c. 3.

Gen. 28, 7.

PATRIS

paruit Angelus confortans eum. De S. Liduvia etiam legitur quod Deus illam eo fuerit honore dignatus, ut Angeli ejusdem persape ad eam missi faciem pro sui consolatione contueri posset, unde dicere solebat prænominata sancta: Nullus dolor est, nulla tanta animi angustia & agritudo, qua non facillime evanescat, si mihi vultum angelicum liceat contemplari. Etenim quod sanctam nostram attinet, certum est eam per totius vitæ suæ decursum, quantum ex historia illius satis colligi potest, ab inimicis infernalibus miserè divexatam fuisse; nam domus illius post diurnam prosperitatem, ad patientissimi Jobi miseras facile redacta fuit, ejus vita ob continuas mortificationes, jejunia, infirmitates & austeritates extremas continuum quoddam fuit martyrium. Quid mirum igitur, si sponsus cœlestis pro ejus consolatione de hisce Archangelis illi prospexerit, in quorum vultum oculos suos visibiliter poterat aspicere, unde dicere poterat & ipsa: Nullus dolor, &c.

6. Angelus suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis Hugo Cardinalis legit: ut observent quid facias. Deus etenim voluit, ut hi duo Archangeli essent rigorosi omnium actionum sanctæ nostræ censores, prout ex vitæ ejus Historia clarè satis colligitur. Præterea acceptæ quidem & valde gratæ Christo erant nuptiæ, jam dudum inter se & ipsam contractæ, quia Christo virginitatem conservare & monasterium ingredi proposuit: at verò quia ut supra diximus, in Ecclesia sita insigni quodam integritatis & conjugalis pudicitæ speculo opus habebat, ideo ei, ut sponso cuidam terreno sese conjugali vinculo conjungeret, præcepit, quo etiam tempore Angelus suis mandavit, ut observarent eam. Oculos namque suos adeo pertinaciter in eam defixerant, ut dum vice quadam non solum præter id, quod boni mores & consuetudo, verum etiam quod propria ejus inclinatio ferebat, mundi hujus vana complementa aut cæremonias usurpasset, humanosque respectus non satis promptè devicisset, forti quadam alapa ab Angelo percussa fuerit. Absit autem, ut inde conjiciatis diminutis fuisse erga eam cœlesti sponsi sui amorem, siquidem ipsomet Spiritu Sancto teste: Quem diligis, corripit. Advertendum

Prov. 3. 12.

est autem, quod postquam dixisset: Angelus suis mandavit de te, ut custodiant, protinus subjungat: In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuam. In hoc etenim vel maxime Angelica circa nos custodia elucet, quod videlicet omnem à nobis lapsum vel casum infortunatum corporis vel animæ procul abarceant. S. Thomas dicit: Ad lapidem potest intelligi omnis peccati occasio: In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem, id est, auxilium suis tollent, ne offendas pedes id est, affectum. Volebat igitur sponsus ille cœlestis, ut sancta nostra eodemmet tempore, quo licet non ex voluntatis propriæ electione, sed jussu ipsiusmet Dei sponsa erat hominis terreni, suam quoque erga se veluti sponsæ suæ immaculatam innocentiam & integritatem conservaret, atque ideo eam non uni sed pluribus spiritibus cœlestibus custodiendam consignavit: Angelus suis mandavit de te, ut custodiant &c. Factaque est ipsa, ex hoc consortio pariter & ministerio angelico adeo irreprehensibilis, ut jure merito illa S. Hieronymi verba ei adscribere valeamus: Tam sanctè disposuit vitam suam, ut de ea nisi fieri aliquid nec fingi poterit.

In cas.

7. Angelus suis mandavit de te Idemmet S. Hieronymus Demetriadi verba sequentia scripsit: Sic & in animo virginali rore cœlesti, & jejuniorum frigore calor puellaris extinguitur. Id quod in S. Francisca ad iteram adimpletum fuit, utpote quæ nullos unquam concupiscentiæ stimulos perferens dici potuit: Per gratiam Spiritus Sancti, Natura usum transgrediens, in spiritu ambulans desideria carnis non perfecit, uti jam alias à nobis significatum fuit adeo, ut fuerit in ea animus virginalis, licet tale corpus ejus non esset. Verum enim vero quidnam hoc sancto Doctore teste, ex hac per rigorosa jejunia comparata puritate resultat? In humano corpore Angelorum impetratur conversatio. Quis igitur jam amplius assiduum illud & visibile Angelorum, cum hac sancta nostra consortium admirabitur, cujus vita perpetuum quoddam rigorosissimum & austerissimum, quotidianum nec unquam interruptum jejunium fuit. Quando salvator noster per quadraginta dies jejunavit, tunc & non antea accesserunt Angeli &

Lib. 2. ep. 20.

Lib. 2. ep. 18.

In bulla.

De jejuniis.

ministrabant ei. Etenim Angelus ejus custos & Archangelus, cunctique ad eam submissi Angeli in annotandis illius jejuniis & abstinentiis asperitatis certatim inter se contendeabant, nam ut S. Ephrem scribit: *Angeli sunt qui per singulas Ecclesias deserunt repunantium nomina.* Quis unquam rigorosiorum dietam legit vel audivit, quam sit illa, qua vinum nunquam bibitur, caro, ova, pisces nunquam manducantur, & fames vix semel in die lupinis aut aliis herbis sine ullo adhibito condimento depellitur?

8. *Angelis suis mandavit de te.* Gloriabatur olim S. Paulus Apostolus in cœlis conversationem suam esse, tamen non pluries quam semel ad sphaeras illas cœlestes eum raptum fuisse constat: *Nostra conversatio in cœlis est;* quibus verbis significare voluit, mentem & cor suum in bonorum æternorum contemplatione defixum hæret; vel etiam se altissima contemplatione & mentis elevatione, cum angelicis illis spiritibus conversari. Verum enimvero longè amplius à Deo honoratam S. Francisca fuisse dicere possumus, nam ipsimet Archangeli, & cives beati cœlestis Paradisi è cœlis ad eam descenderunt, ut cum ea conversarentur, visibiliter ei cohabitando, eamque sibi familiarem contubernalem, ut ita dicam, efficiendo. Unde S. Ambrosius: ait Apostolus: *Nostra autem conversatio in cœlis est; & cœlestium conversatio potest esse nobiscum.* Mox verò quonam modo Angeli nobiscum conversantur, declarat, dicens: *Hoc est, ut qui vita vivimus Angelorum, rectè consortium mereamur.* Hæc igitur præcipua est ratio & mysterium, cur Deus hanc sponsam suam singulari hujus Archangeli ministerio honorare voluerit, quia nimirum vitam in terra traducebat angelicam, unde credibile est Angelos certatim ei ministeria & obsequia exhibuisse. Filius ejus nuper mortuus nocte quadam ei apparuit, eique se in secundo choro primæ Hierarchiæ inter Archangelos consistere dixit, moxque eorundem spirituum unum, quem in sua habebat societate, ei reliquit, eique matrem suam ex parte Dei consignavit, ut ei deserviret, ejusque consortio continuo frui posset. Imò insuper illum non Angelum suum custodem, sed ex secundo choro

primæ Hierarchiæ Archangelorum quendam esse dixit, qui proinde pulcherrimus & sole splendidior erat. Hic nocturno tempore copiosum è se lumen spargebat, adeo ut ad capillorum & comæ illius splendorem, nullo alio adhibito lumine officium suum æque promptè recitaret, ac si in meridiano jubare constisset. Hic autem Archangelus post viginti quatuor annos in alium quendam superiorem Angelum secundæ Hierarchiæ quarti chori, potestatem videlicet commutatus fuit; cujus hæc esse ratio potuit, quia cum in sanctitate magis magisque profecisset, credendum est spiritus illos Angelicos certatim contendisse, ut ad conversandum cum illa, suaque illi exhibendum obsequia, de cœlo ad eam descenderent.

9. *Vita vivebat Angelorum.* Angeli alia voluntate præterquam Dei nunquam diriguntur: *Ministri ejus, qui faciunt voluntatem ejus;* ac proinde quisquis divinæ voluntati magis conformatus fuerit, is quoque Angelis confor- *Ps. 102. 21*
Lib. 8. de civ. Dei
c. 25.
mior dici poterit. Unde S. Augustinus: Bonorum Angelorum amicitiam & benevolentiam acquirimus per bonam voluntatis similitudinem. Quantum autem sancta nostra ex hoc capite Angelorum promeruerit consortium, velim attendite. Porro de perfecta ejus obedientia alias alibi tractavimus. Hic solum adjungimus iis, quæ hæcenus hæc de te narrata fuere, quod, dum ad mortem usque infirmaretur, S. Alexius è cœlo ad eam sanandam missus ei dixerit: Venio huc ad te missus à Deo, ut te num sana esse velis, interrogem Cui Francisca confestim respondit: quicquid Deo hac in re placuerit, id ipsum & non aliud ego volo. Unde Alexius sciens voluntatem Dei esse, ut sanaretur, eam immediatè & perfectè sanitati restituit. Similiter in postrema sua infirmitate, quando jam ad instar S. Martini pedes quasi cœlo intulerat, jam enim de mox secutura morte, & danda sibi gloria revelationem cœlestis acceperat Unde sponso suo cœlesti dicere poterat: *Tenui eum nec dimittam;* nihilominus à spiritualibus filiabus suis, multisque aliis rogata, ut sui ex hac vita in aliam transiret, in aliquod usque tempus, diuturnam dilationem à Deo postularet, ut tanto magis in divino servicio laborare posset, se quoad hoc indifferen- *Cant. 304*
tem,

Phil. 3. 20.

Ser. 37.

rum peccatorum conversione, eorumque ad perfectam penitentiam reductione, ad stuporem usque in ea emicuit.

14. Verum quodnam in hoc mysterium la-
tet quod Archangelus ei assistens tunicella
quadam, instar diaconi vestitus semper com-
paruerit? scio equidem, quod, cum Angeli pu-
ri sint spiritus, eo tempore, quo nobis visibili-
ter apparent, ea potissimum forma & colore
vestiri soleant, qui necessitati nostræ aut bene-
placito, vel ministerii, ad quod destinati sunt,
qualitati conformior existit. Archangelus
Raphaël qui juniorem Tobiam per viam com-
mitaturus erat, habitum peregrinantis seu
viatoris sibi assumpsit. Angelus, qui tres Ma-
gos Orientales in Bethlehem usque perduxit,
in stellam quandam se transformavit, eo quod
Magi isti Astrologiæ omnino dediti essent. Po-
pulus Israëliticus per desertum transiturus, An-
geli illius fruebatur favoribus, qui per diem
Columnam nubis, per noctem verò ignis co-
lor. nam representabat, quia diutno tempore
populus ille ob radiorum solarium nimium ar-
dorem, umbra opus habebat & refrigerio, in
noctis verò obscuritate indigebat lumine. Cur
igitur putas Angelum illum, qui sanctæ nostræ
insevivit veste fuisse Diaconali amictum? scio
quidem S. Epiphanium de magna Dei paren-
te dixisse: *Virginem appello, velut Sacerdotem
pariter & altare*. Sed ex quo S. Francisca sa-
cerdos minimè erat, quomodo hic ei adapta-
tur Diaconus, cui proprium est ministrare sa-
cerdotibus? Lyranus super illa verba Actuum
Apostolicorum: *Angelus ejus est*, quæ fideles
ad se invicem dicebant, dum Petrum è carcere
miraculosè egressum audientes, non eum, sed
Angelum ejus fuisse credebant, dicit: *Ali-
quando apparent in specie eorum*: Et Glossa
circa eundem textum inquit: *Videtur Angelus
hominis esse homo interior*; Adeo ut Angeli
non solum represententur nonnunquam in
ea forma, quam nos circumferimus in appa-
rentia externa, verum etiam nonnunquam se
tales coram aliis exhibeant, quales sumus in
homine interiori. Hac igitur Doctrina suppo-
sita facile nobis erit ea intelligere mysteria, ob
quæ Angelus iste Diaconali habitu amictus
sanctæ nostræ insevivit. Sciendum igitur est,
uti observat Cardinalis Baronius, quod sep-
tem Diaconi septem illos representaverint

Angelos, qui in cœlesti illa Hierarchia ante
Thronum Dei assistebant. Hi septem Diaco-
ni in primitiva Ecclesia olim electi & ab Apo-
stolis ad sanctarum illius temporis viduarum
ministerium destinati fuerunt, prout S. Lucas
in libro Actuum scribit. Optimus autem hic &
sanctissimus usus, temporis progressu defecit;
quia vero Deus sanctam nostram eo factio
fortunato quo vixit etiam in statu viduali ve-
luti lucidissimum quoddam sanctitatis & per-
fectionis speculum in Ecclesia Dei resplende-
re voluit: *Multiplicans Deus cum illa misericor-
diam suam, fructificare etiam eam voluit in
sancti viduitate*, ideo ut ei debita exhiberen-
tur ministerii obsequia, Divina providencia ei
ministrum deputare voluit, non hominem ali-
quem mortalem, licet facti hujus ordinis Dia-
conalis caractere insignitum, sed ecclestem
quendam Archangelum, qui in exteriori & vi-
sibili habitu suo Diaconum præ se ferret, eo-
demque imò longè officiosiori erga eam mu-
nere fungeretur, quo olim fungi solebant
antiqui Diaconi. Sciendum est insuper, quod
S. Epiphanius, Tertullianus, & Baronius ver-
ba illa hodierna Epistola; *vidua eligatur, de
vidua quadam primaria intelligant, quæ alius
consilio & auxilio præsist*. Quibus in verbis ad-
vivum mihi sancta nostra delineari videretur
tanquam omnium Oblatarum mater. Ipsi
namque auxilio & ope, pariter & consilio ac
inventione Oblatarum congregatio, cujus ipsa
prima præsidens fuit, primitus erecta esse no-
scitur: *Aut quæ sit Diaconissa* subjungit, præ-
dictorum autoritate permotus Cornelius à
Lapide. Porro S. Francisca partibus Diaco-
nissæ sanctam esse: talem enim hanc viduam
fuisse, de qua S. Paulus ad Timotheum scri-
bit, existimat Cardinalis Baronius in Discur-
lu secundo sufficienter probavimus. *In operi-
bus bonus testimonium habens, si sisto educatus,
&c.* Cum igitur sancta nostra non solum vidua
fuerit, cujus ministerio Diaconi deputati e-
rant, sed etiam fuerit quasi Diaconissæ mune-
re perfuncta, quid mirum si sanctus hic ejus
Archangelus, ut se ei magis conformaret,
Diaconali habitu se induerit?

15. *Angelus suus Deus mandavit de te, ut cu-
stodiant te in omnibus iis tuis* Superest tan-
dem, ut videamus, an sancta nostra hoc Ange-
lorum obsequium & famularum habuerit non
solum

Act. Ap.
6. 5.

In Bellae

Corn. 2
Lap.
1. Tim. 5.
An. 34.
nu. 288.

De laud.
Virg.

Act. Ap.
22. v. 15.

An. 112.
n. 7.

solum in vita, verum etiam in morte constanter retinuerit. Et quidem Historia id ipsum expressè non dicit: attamen in favorem nostrum tanta affirmat, ut exinde existimem nos sufficiens habere fundamentum asserendi; quod post mortem etiam; imò tunc longè magis quàm antea certatim de cælo descenderint, ad contendam sacrosancto corporis ejus deposito immortalis gloriæ Coronam & lauream. Enimvero quamdiu sacrum ejus cadaver inhumatum persistit, suavissima quædam Liliorum, rosarum, violarum, aliorumque florum odoris excellentia præstantium fragrantia, ab omnibus ad eum locum accedentibus vivacissimè percepta fuit, tametsi unde odor ille derivaretur ignorarent; maxime cum ea anni statio, in quam mensis Martius incidit, omnis sit fragrantia in floribus

expers. Unde flores hi, quorum fragrantia percipiebatur, alii haud dubiè non fuerunt, quàm Angeli; Hi enim à S. Augustino super illa verba: *Considerate Lilia agri, flores denominantur, dum ait: Angeli verè istius mundi flores sunt, quorum claritatibus ornatior mundus, & bonum odorem sanctificationis spirant, quorum præsidio fulti possumus dicere: Christi bonus odor sumus Deo.* Beati autem hi spiritus, prouti cuius notum est, sanctissimo altaris Sacramento præcipuè assistunt. Ac proinde in confirmationem eorum, quæ hæcenus diximus, sciendum est, quod eo tempore, quo sancta Francisca sacra communione reficiebatur, mira quædam nobilissimorum florum percipiebatur suavitas & fragrantia, quæ cum summa circumstantium admiratione & stupore, ad omnes præsentés diffundebatur.

In Luc. c.
12.

Ostenditur S. Francisca hoc nomen sortitam fuisse, ut variorum æmularetur facinora; recluderetque in se merita, virtutes, dona, aliasque prærogativas trium sanctorum, qui Francisci nomine insigniti in Ecclesia Dei effulserunt, id est, S. Francisci Xaverii, S. Francisci de Paula, & S. Francisci Assisianis.

DISCURSUS QUINTUS.

Novi te ex Nomine. Exodi cap. 33. v. 13.

S Joannes Chrysostomus mysteria illa considerans, quæ in iis persæpe recluduntur, ut divitem quendam ex iis eruere thesaurum valeamus, penitus considerans dicit: *Est ex nudis nominibus copiosum haurire thesaurum.* S. Cyrillus Alexandrinus circa illa verba quæ Deus ad Moysen dixit: *Novi te ex nomine,* ita scripsit: *Si quis Moysen celebrare velit, longum & prolixum sermonem haberet. audi Deum manifestè dicentem: Novi te præ omnibus. Ubi ex mente sancti hujus Doctoris, idem est dicere: Novi te ex nomine, quod præ omnibus, unde septuaginta legunt: Novi te præter*

Mansii Sanctuarium Tom. 1.

omnes. Quod si igitur solum Moysis nomen singularis gloriæ ejus indicativum fuit, cumque cunctis aliis superiorem reddidit, omnino confido, quod ex solo Francisca nomine varia deducere possim laudis ejus argumenta & dicere: *Novi te ex nomine.* Id quod asserente S. Gregorio perfecto viro dicitur. Porro eminentia perfectionis & sanctitatis, qua S. Francisca præfulsit, in dubium revocari nequit, atque ideo securè affirmari posse divinum hoc nomen à divina providentia non sine mysterio inditum fuisse, existimo, prævidebar enim, quod omnia prodigiosa opera & gloriosa merita, nec non virtutes, dona, omnesque alias prærogativas; quibus tres in sanctitate infi-

Hom. 25.

D d gnes

In c. 11.
Gen. li. 2.
con Int.

gues Francisci Xaverii, Paulani, & Alifinas præfulserant, strenuè amulatum esset.

2. Et quidem in primis in S. Francisco Xaverio heroica fuit fuit ipsius despicientia, tamen enim ex nobilissima esset profapia oriundus, & integer quidam mundus summis illum obsequiis & veneratione prosequeretur, ipse tamen velut unus de infima plebe pauperulo & sapius repetitio habitu amictus in publicum prodibat; frustra panis ostiatim mendicans, omnibusque usque ad ipsa tritremium misera mancipia humillimè inserviens De nostra autem sancta aptissimè dici potest, quod de Olimpiade scribit Palladius: *Itac beata processit usque ad extremum terminum humilitatis, ultra quem nihil possit inveniri amplius, vilis & contempta vestis, ornamentum omnium humilium.* Ipsa namque Domina erat & patrona familiæ cujusdam, in qua nobilitas atque divitiæ inter se ex æquo certabant, & tamen in conspectu universæ Romæ ad eum modum sibi metipsi viluit, ut in lectionibus de eadem legamus: *Ancilla, vilissimaque famina, & inmunditia vasculi titulo glorabatur.* Quam ejus profundissimam humilitatem sancta mater Ecclesia hoc præclaro epitheto extulit: *Per altissimam humilitatem elegit abjecta esse in domo Domini.* Etenim cum *Oblatarum mater & fundatrix esset, tanquam ancilla tractari, & ancilla videri delectabatur.* Veruntamen parum illi esse videbatur, quod se erga filias, quas secundum spiritum genuerat, servam & ancillam exhiberet, nisi etiam talem se esse probaret erga omnes pauperes & egenos, omnesque infirmos, imò & erga ipsosmet servos suos; siquidem ipsamet panem rancidum, & mucidum in sui sustentationem ex intimo humilitatis sensu adhibebat, suum vero panem melioris conditionis & substantiæ ministrabant egenis,

3. Xaverius in hac urbe Romana, dum summa annonæ caritas universum premeret populum, quæstum sollicitabat elemosynarum, ex quibus per longum temporis spatium, quadringentos pauperes quotidie pavit. Eodem modo S. Francisca non modo caput suum oneravit lignis, verum etiam gremium pane, manus vero auro & argento bene fartas habebat, ut paupertati & inopiæ hominum, quamdiu in hac patria sua vixit, subveniret; Ecclesias quoque, vicos, & plateas publicas obibat stipem elemosynarum congregans, neque enim

fatis illi erat, quod egenis erogaret, quicquid in domo sua habebat, ideoque sæpius effecit, ut in cellariis vinum, frumentum in granariis, in pauperum usum & commodum miraculose cresceret.

4. Xaverius non solum ad corporalem proximorum suorum salutem omni cum studio & sollicitudine invigilavit, verum etiam spirituales necessitatis ipsorum curam habebat, multas animas inter alias in peccato habitatas ad Deum convertens, quarum unam ad seriam & sinceram pœnitentiam perduxit, in ejus se præsentia acerbissima disciplina ad sanguinem usque cædendo, sic quoque nostra sancta *Ægrotantes in xenodochiis visitans non corporali tantum cibo, sed salutaris monitis recreabat.* Innumerabiles quoque fuerunt animæ, quas ad veri Dei cognitionem, & detestationem efficaciter reduxit. Cum vice quadam divina revelatione illustrata, matrem quandam filio suo necem intulisse, nec tamen facinus istud confessam fuisse didicisset, eandem infirmitate correptam, ut obsequiis charitatis eidem assisteret, convenit, eamque per exhibita obsequia, nec non per sanitatem, quam ei restituit, adeo demulcendo obstrinxit, ut ad veram de peccatis suis pœnitentiam & contritionem permoveret.

5. Quocumque Xaverius sese recipiebat, hospitalia sibi semper in habitationem adoptabat, in quibus, in quovis vilissimo ministerio infirmis deserviebat, noctu diuque iisdem tanquam Confessor, Medicus, Infirmarius, coqus, & ut uno verbo dicam, velut abjectissimum cujuslibet mancipium assistendo; Porro celebris est, semperque omnibus sæculis erit, heroica illa, quam sibi ipsi intulit, mortificationis, quando quandam enormiter vulneratum nauseans, ore suo super illa emanans ex vulnere sanici putredine se prosternens, sanici illam lingua sua lambendo absterfit. Pariter de sancta nostra in ejus vita actus referuntur mortificationis, huic minimè inferiores; cum enim ex naturali indole sua, infinitum quasi à cadaveribus haberet horrorem, ideo ut hanc passionem suam devinceret, ex calvaria seu cranio mortui alicujus multo tempore bibit: ultra triginta annorum spatium in hospitalibus publicis continuo servivit, ultra privata & domestica obsequia, quæ domi suæ in quovis vilissimo officii genere infirmis propria manu inserviendo, exhibuit. Panniculos leproforum

In lect.

In Lusit.
c. 144.

In Bulla.

Sordi-

fordidissimos & fœtidissimos domum tecum delatos abluerat, & repetebat, dumque illos abluendo, persæpe nauseam ingentem sentiret, ad majorem sui mortificationem, in aquam illam vermibus & putredine plenam vultum suum persæpe immergens, ex eadem sæpius forbendo, bibit. Quæ illius charitas non minori fuit præmio munerata, quam illa olim à S. Catharina Senensi in simili casu exercita, siquidem cœlestis sponsum ejus incomparabiles spiritus dulcedines degustandas ipsi indulgendo, copiosissimè eam remuneravit. Sæpius etiam putrescentia, & vermibus scætantia vulnera osculabatur, & per impressum illis osculum perfectæ restituit salutem.

6. Admirabilis prorsus in Xaverio fuit illa, quam sæpius datæ occasione exhibuit, Parentum & consanguineorum oblivio, cum enim in legati Regis Lusitanæ in Indias abeuntis societate constitutus esset, & hi data opera iter suum de die in diem prolongarent, ut sancto commodam amicis suis valedicendi occasionem ministrarent, ipse constans permanens: *Extraneus factus fuit fratribus suis*; Neque enim ad propriam matrem alloquendam vel pedem movit, neque vel unicum duntaxat obtutum in patriam suam, quam procul abiens desererebat, deflexit. Quæ in re S. Franciscam assiduam S. Francisci imitricem fuisse compertimus. In cujus probationem hoc solum sufficiat, quod paulo ante de ipsa retulimus, quod scilicet ipsamet ad unicum duntaxat confessorii sui nutum proprium filium suum, quem tenèrè diligebat in manus & potestatem tradiderit Tyranni, tamen hunc ab eodem occidendum esse non immeritò timere potuisset.

7. Singularissima & quasi sine exemplo fuit illa à Xaverio usitata vitæ activæ & contemplativæ in gradu intensissimo, tam perfecta unio, ut una aliam nequicquam impedièret: adeo ut licet nonnunquam sentibus & spinis inambulans à cruentatis pedibus sanguis copiosè manaret, ipse nihilominus adeo totaliter in extasi absorptus fuerit, ut ne vel minimum id ipsum adverteret. Unde Orator quidam modernus optimè de eo scribit, animam ejus valde differens à corporis itinere in cœlum iter instituisse, ubi iis fruebatur rosis, quarum spinas corporei pedes in terra calcabant. Sæpenumero dum missam celebraret, corpore cernebatur sublevatus in cœlum, Spirantibus pro-

cellofis ventis, tempestatibus undique stridentibus, inter nautarum strepitus & clamores, in hospitalibus, in plateis, in trirēmis, denique in quovis loco in altissima contemplatione cum Deo unitus erat. Quis autem est, qui idemmet cœlestis donum sanctæ nostræ indulgentiæ fuisse nesciat, utpote quæ ubique vitam activam contemplativam in gradu eminente associabat? Numerosam semper sibi commissam habebat familiam, corporalis misericordiam operibus continuo dedita erat, utpote eorum subsidio in quovis loco sedulo invigilans: *Omnibus opera facta*; Nec tamen in ea per hoc perfectissima cum Deo unio quicquam diminuebatur: *Curis familiaribus à spiritualibus minime distrahebatur*. Raptibus, visionibus, revelationibus, extasibus fruebatur continuo, licet illas omnes non certo sciamus, utpote quid intra quadraginta quinque annorum decursum ipsi hac in parte gratiarum acciderit, ignorantes. Quoties corpus ejus visum fuit in aëra librari, & immensa claritate vestitum esse; Et quidem in hisce extasibus constituta cuius alteri insensibilis erat, at verò ad solum Confessorii nutum loquebatur, respondebat, ambulabat, & operabatur, quicquid ei à Confessorio præcipiebatur.

8. Xaverius alter quidam fuit Thaumaturgus siquidem insignibus à Deo donis locupletatus, prodigiola prorsus operatus est miracula. Quas easdem gratias in S. Francisca pariter admirari licebit. Quæ in intimis cordis penetralibus abscondita erant, nec non occultissimas aliorum intentiones Xaverius profundè penetrabat, adeo ut ipsi jure dici poterit: *Intell. xpsi cogitationes meas de longe*; Quæ quidem cogitationes & machinationes occultas multis detexit. Porro revelationes, visiones, raptus, & extases, quos tam Xaverius quam Francisca habuerunt, innumere sunt, singulare quoque fuit utriusque in eventibus futuris & procul remotis omnium securitate prædicendis à Deo collatum donum. Item tam Xaverius quam Francisca resuscitarunt defunctos. Porro Xaverius ex data sibi à quodam amico & devoto suo licentia, pro necessitatibus cujusdam subsidio, trecenta scura aurea ex arario ejusdem, qui sibi eo sine ararii claves commiserat, desumpsit, qui tandem in eodem scrinio per summam per Xaverium inde acceptam ne

vel minimum solidum diminutum esse depræhendit, Deo nimirum denarios in eodem serinio miraculosè multiplicante. Pari modo sancta nostra persæpe in subsidium pauperum frumentum & vinum, ignorante marito clam, & granario suo deportati curavit, quod tamen neutra ex parte in eo, quod reliquum mansit decrevit, quin potius ultra quantitatem debitam mirè multiplicatum fuisse est observatum, & quidem compensatio frumenti pariter & vini in perfectissima specie accidit, medio nimirum coro tritici ad alios quadraginta multiplicato

9 Enimvero admodum celebre est, quod Xaverio accidit prodigium, quando nimirum post Crucifixum suum in mare fortuito casu delapsum, incerti & dolenti, mox ut ad terræ firmæ litus appulerunt, Cancer quidam marinus eundem Crucifixum brachijs adhaerentem, in litus idem deposuit. Pari modo S. Francisca in miraculorum patrione, multæ creaturæ tam insensiles quàm irrationales promptam præstitere obedientiam: id quod in specie cancer quidam plerum cum admiratione præstitit. Narratur etenim, quod, dum quædam cognata ejus infirmitate quadam lethali omnem protius cibum fastidiret, ac tandem quidam eam cancri comedendi appetitus incellerat, vix illa pro impetrando cancello mentem suam in Deum elevarit, cum ecce subito cancer quidam à conclavis, in quo erat, tabulato in pavementum decidit, ex quo adeo vehementer desiderato cibo infirma comedens, vires suas restitavit

10. Porro gloriosissima Xaverii anima ex hoc sæculo in cælestem gloriam migravit, post transactam in hoc mortali corpore quinquaginta quinque annorum ætatem: sancta Francisca autem postquam quinquaginta sex annos devixerat; in utriusque autem corpore divina omnipotentia insignia operata est miracula. Etenim Xaverii corpus suavissimam spirabat fragrantiam, utpote quod post sedecim menses incorruptum & succidum, humore nimirum & sanguine plenum repertum est, nec non & vestes, quibus cadaver amictum erat, permanserunt illæ, tamen in viva calce diu substitissent. Sancta autem Francisca post evolutos quatuor menses & ultra, quibus sub terra humata fuerat, eruta fuit, ut in loco nonnihil decentiori collocaretur, & non solum

percepta fuit major Rosarum, Liliorum, omniumque aliorum florum suavitas, quam dum ante sepulturam publico omnium aspectui erat expositum; verum etiam dum manus, brachia, & totum corpus tangeretur, repertum est incorruptum, & integrum, haud fecus ac si etiamnum vivum & ex molli cera formatum esset; postquam verò ducentis annis sub humo quiescisset, tam & lignum feretri, in quod sacrum ejus cadaver depositum fuerat, in pulverem redactum, clavi quoque æruginè totaliter consumpti essent, ossa tamen illius solida etiam reperta fuerunt & integra. Per utriusque verò sepulchri tã Xaverii, quàm S. Francisca pulverem per devotionem innumera variis in partibus patrata fuisse miracula.

11. Enimvero tamen utriusque præfati sancti vita magnam inter se analogiam habeat & similitudinem, non tamen minorem invenimus convenientiam inter S. Franciscum de Paula, & sanctam nostram, id quod ostensus sum ad aliqua duntaxat particularia restringendo. Et in primis quidem S. Franciscus, cum tredecim annorum esset, ut vitam potius ducere posset Angelicam quam humanam, solido sex annorum spatio, in densam quandam se solitudinem subduxit. De S. Francisca autem Bulla his verbis scribit: *Vndecim m. annum nata quasi solitaria vit. m. aze. Ose. 1. 4.* *bat. Et quidem tamen Deus voluerit, ut ipsa sponso cuidam terreno desponsaretur, non tamen ob id ipsa cælesti suo sponso in locis solitariis perfrui desit: ducam eam in solitudinem & ibi q. ar. ad cor ejus.* Talem etenim solitudinem in vertice domus suæ præter duplex aliud Eremitorium quod in ejusdem domus ruinis evexerat sibi construxit: *Aversabatur gaudia hujus sæculi, ejusque atatis ludos, & illecebras abhorrens, solitudine magnopere capiebatur.*

12. S. Franciscus de Paula in humilitate præcipue insignis fuit; nam Ecclesia hanc in eo virtutum in oratione, quæ in ejus honorem recitatur, singulariter exaltat & in lectionibus habemus: *Humilitatem sic coluit, ut se omnium minimum diceret, suosque alumnos minimos voluerit; rudi amictu.* De S. Francisca etiam affirmare possumus, quod de Olympiade scribit Palladius: *Neque enim ejus indumentis in ventri posuit quidquam vilis;*

nam is etiam, qui sunt pannis valde obsiti in digna erant hujus sancta telementa Favores quos larga manu cœlitus recipiebat, ipsi quoque spirituali Patri suo quoad possibile fuit, celare studuit. Unde sicut jam diximus, quæ ei per quadraginta quinque annos dona cœlestia & favores obtigerint, hæc tamen in obscuro remansit: Imo nonnunquam Archangelus ad eam percutiendam adigebatur, ut eam ad dona, quibus suprema Dei Majestas eam honorabat, manifestanda violenter cogeret. Dum autem ad ea manifestanda adstringebatur, erubescere, & confundebatur, seque pro viribus humiliabat. *Alio honoris titulo quam peccatrici, munditia vasculi se nomine insigni vit.*

In Bulla.

In lect.

13. De S. Francisco de Paula scribitur in ejus Historia: Cui abstinentia fuit admirabili semel in die post solis occasum resiciebatur, & ad panem & aqua potum vix aliquid ejusmodi obsonia adhibebat, quo vescei in quadragesima licet. Ecce igitur quam conformis huic Francisco Francisca fuerit. Neque enim hujus abstinentia vivacius delineari poterat: *Novum illi semel in die herba & legumina, aqua tantum præbuerunt.* Nunquam ipsa vinum bibebatur, nisi semel dum infirma existens per Confessarii obedientiam adacta illud sumpsit, quod etiam vinum penes se minimè postea retinuit. De ejus proinde juvenis dicere possumus quod sanctus Hieronymus scribit: *Jejunia pro ludo habebat.* Nunquam carnes, ova, lacticia, multo minus pisces comedit, ad quem vitæ rigorem S. Francisco de Paula nunquam pertigit; neque herbas, quæ aliquo condimento præparatæ erant, admittebat, & ut plurimum illas lupinis intermiscere solita erat.

In Bulla.

Lib. 2. ep. 29.

In lect.

14. Erat in eo mirifica loquendi gratia scribit de sancto Francisco: valde enim erat urbanus & amabilis; ac proinde nullus eum conveniebat, qui ejus benignitate captus ab eo non recederet: consolabatur quemlibet, quantumvis is afflictus esset & desolatus. Simile quoque singularis amabilitatis donum à Deo sanctæ nostræ concessum fuit, quo quorumlibet corda sanctè ad se rapiebat, confortabat tribulatos, at eratos mœstorum animos componebat, aliorum quoque voluntates pro suo libitu inflectebat, unicuique erat in adversitatibus refugium, in subministrandis consiliis oraculum, asylos tribulorum & cum tenta-

tionibus collectantium; ut de ipsa merito dici potuerit: *Consolatrix afflictorum.*

15. De S. Francisco de Paula velur celebre quoddam miraculum refertur, quod extenso super aquas maris pallio, securo pede illis ambulaverit: veruntamen idem elementum sanctæ Franciscae promptam quoque obedientiam præstitit. Dum enim die quadam in vivo sive torrente quodam consistens, suam ad Deum orationem effunderet, inopinatè in extasim raptus intra easdem aquas multis horis permansit, nec tamen inde quidquam madefacta fuit. In Tiberim cecidit, & exiit illæta, dum ipsa officium beatæ Virginis alia quadam vice recitante plueret, ne una quidem aquæ stillula sive super ipsam, sive super officiolum, quod manu tenebat, cecidit.

16. S. Francisco de Paula eundem innocentis & penitentis vitæ tenorem majori semper stabilitate, per sedecim annorum decursum continuavit. Sic quoque si vita S. Franciscae penitus legatur, invenietur utique ipsam non solum ab infanzia tua usque ad ultimum spiritum à cepta perfectionis via retrogressam non esse, sed potius austeritates suas magis temper renovato fervore adauxisse, tamen in rara atque perpetua vitæ innocentia semper vixit.

17. De S. Francisco de Paula scribitur, quod post mortem corpus ejus: *Undecim dies in sepulchro ita incorruptum permansit ut suavem etiam odorem efflaret.* Idem quoque circa corpus sanctæ Franciscae accidisse paulo ante diximus.

In Lect.

18. Verum enimvero discursum hunc nostrum tandem ad Franciscum Assisiatem convertamus, cui S. Francisca adeo devota fuit, ut tamen pedem suum extra urbem Romanam nunquam extulerit, attamen ad hujus sancti Patriarchæ sepulchrum venerandum, Assisium seipede stri itinere peregrinando receperit. Porto certum est in primis quod etiam sancta nostra Seraphicæ titulum meritisimo jure sibi vendicet; quotiescunque enim in extasim raptâ fuit, anima ejus in Paradiso Seraphinorum choro se insertam fuisse depræhendit, seque divini amoris igne supra omnem modum semper in corde suo flagrare sensit.

19. S. Francisco maximum se totius mundi peccatorem esse censuit, cum tamen revera omnium, qui in terris secum erant, innocentissimus & sanctissimus esset. Simili modo sancta

nostra patem de se conceptum habuit, unde persuasum sibi habebat, quod dum universalia hominibus immitterentur infortunia, eadem in peccatorum suorum poenam & supplicium in alius evenirent, quae proinde adeo amaris lachrymis desiebat, ut Confessarius has ei lachrymas saepe prohibere cogeret, veritus ne fletus vehementiam causante, oculorum jacturam pateretur.

20 S. Franciscus humilitatis virtutem affectu adeo tenero diligebat, ut, dum aliquando postquam aliquot panis frustra mendicasset, fonti cuidam vicinus, iisdem vires suas non nihil testaturate vellet, ad F. Maphæum conversus: *Spiritu exultans, excitare illum caperit ad gratias agendas Deo, de illam inveni paupertatis thesauro.* Porro S. Francisca hac virtute in summo prosperitatis culmine constituta, perfructa fuit; siquidem gaudium ipsi erat, dum sibi lacera & pauperula veste indui, & ramidis collecti à pauperibus seu pro pauperibus panis frustis vesci licebat. unde panem suum domesticum cum pauperum frustatim mendicato pane commutare solebat, dicens frustra illa sanguini Christi intincta esse, utpote amore ejus pauperibus data. Seraphicus Franciscus unicuique impertitus est eleemosynam idem quoque S. Francisca fecit, suis etenim familiaribus unicuique eleemosynam petenti, ut subvenirent, præcepit. *Ante fores Ecclesie (sunt verba S. Bonaventuræ) inspecta multitudine pauperum diem illum in medio eorum eum insulsa Spiritus jucunditate transegit.* Sic quoque S. Francisca dum ad S. Paulum Romæ statio esset, se quoque aliorum mendicorum prope Ecclesiam stantium numero immiscuit, & à diluculo matutino usque ad horam prandii inter illos eleemosynam exposcens perieveravit. *Pro magna ergo pauperes liberante & misericordia, meruit sibi Christum saepe apparere,* scribit idemmet S. Bonaventura de S. Francisco. *Quis autem enarrare poterit, quot S. Francisca vitæ suæ tempore apparitionibus gavisa fuerit? Quod si Seraphico Francisco concessum fuit Jesum infantulum intra brachia sua stringere, eundem quoque cælestem infantem non temel, sed sæpius in sinu Francisca suscipere meruit.*

21. *De potu vini quid dicam cum & de aqua frigida, dum sitis estuaret ardore, vix ad sufficientiam biberet;* scribit de S. Francisco S. Bona-

ventura. Ejus quoque miram abstinentiam paulo ante vidimus, & admirati sumus. *Inter nonnes v. vens;* inquit de S. Francisco vitæ ejus historia) *imitator fuit puritate Angelica.* Similiter S. Francisca immaculatam quandam in statu suo conjugali conservavit puritatem, adeo ut continuo in societate sua habere meruerit Angelos. De S. Francisco S. Bonaventura ait: *Non modo viros, sed etiam feminas ad sanctissimam vitam institutum revocavit.* Multi quoque viri ad poenitentiam mediante sancta nostra fuerunt reducti; imo fundatum ab ea Oblatarum institutum, ardentissimi zeli quo lucrum prolequebatur animarum, evidens perhibet testimonium.

22. Idemmet S. Bonaventura, postquam multa retulisset à sanctissimo & Seraphico Patre patrata miracula, tandem ita concludit: *Perpende, quam miranda fuerit vir iste munditia, quantæque virtutis, ad cuius nutum suum ignis ardorem contemperat, aqua saporem commutat, angelica præbet melodia solatium, & lux divina ducatum, ut sic sanctificatis viri sancti sensibus omnibus probeatur mundi machina deservire.* Enimvero qui intelligere desiderat, quantopere S. Francisca in miraculis patratis S. Franciscum imitata fuerit, vitam ipsius diligenter pervolvat, ibi namque inveniet eam laxasse linguæ vinculum mutis, surdis restituisse auditum, lumen cæcis, moribundis sanitatem, dolentibus vitam; elementa ignis suam suspendisse activitatem, aquæ etiam elementum suis reddidisse nutibus obsequiosum. Et sicut Spiritus quidam Angelicus vice quadam, Seraphicum Franciscum in sua infirmitate confortaturus è Paradiso ad eum descendit: ita quoque in obsequium S. Francisca præter ejus Angelum custodem, non unus sed duo Archangeli fuere destinati, ut eidem variis in occasionebus atque temporibus deservirent, eamque à quavis re noxia tuerentur atque defenderent. Sic etiam S. Franciscus spinas, in quibus S. Benedictus se circumvoluntat, solo corporis sui contactu rosas germinare fecit; ita quoque sancta nostra in gelidissimo hyberni temporis frigore vites fructificare fecit, botros recentes, ut religioforum suarum siti & fami subveniret.

23. Veruntamen id, in quo sancta Francisca specialissime sanctum Franciscum imitata fuisse legitur, est cordialissima quam erga Passionem Redemptoris semper exhibuit, compas-

sio:

S. Bonav.

lio: *Memoria Passions Christi vis eribus cordis ipsius impr. s. medullis.* Unde sicut in manibus, pedibus, & latere Seraphici Francisci vulnera Crucifixi impressa fuerunt, atque ad emanantem è dictis vulneribus humorem sanguinem detergendum, quasdam panni petias pectori semper admotas habuit, ita quoque si Historiam sanctæ Franciscæ legeritis, videbitis utique eidem pariter impressa fuisse tormenta & dolores passi Salvatoris, quotiescunque illos meditabatur; mox enim ut mente sua manuum v.g. crucifixionem recolebat, acerbissimos in iisdem sentiebat spasmos; dum coronam meditabatur spineam, puncturas in temporibus suis sentiebat dolorosissimas; & sic deinceps de aliis patientis Christi doloribus discutendo. Porro compassio hæc ad eam usque vehementiam ascendit, ut eam sanguinem evomere fecerit; in manibus quoque ac pedibus sanguis haud secus concurrebat, ac si pariter actu & re ipsa transixi fuissent; unde non-

nunquam humor emanabat sanguineus, quem linteis quibusdam admotis detergere solebat; & hoc quidem vulnus ei impressum fuit ab eodem Seraphico divino amore, qui Seraphicis sagittis cor ejus transfixit.

24. Ad hæc dicere possumus, quod, sicut sanctus Franciscus orationum suarum efficacia, divinæ iræ fulmina contempsit, adeo ut ab Innocentio III. visus fuerit veluti labentem sustentans Ecclesiam, ita quoque Roma maxima ex parte idemet incomparabile præservationis ab ira Dei beneficium debeat sanctæ Franciscæ; cum enim Deus imminentes urbi Romanæ calamitates, ipsi in extasi raptæ, evidenter ob oculos posuisset; ipsa mox preces suas apud Deum interposuit, eumque placavit: imò S. Paulus alique sancti sæpius eam cohortati fuerunt, ut se per intercessionem suas apud divinam Justitiam interponeret, ad coercendas justii furoris divini flagritas.

DE S. JOSEPHO SANCTISSIMÆ VIRGINIS SPONSO,

Discursus Vndecim.

DISCURSUS I. Ex nomine Josephi, quod idem est, ac FILIUS ACCRESCENS, Patriarcham hunc omnibus Angelis, cunctisque aliis sanctis superiorem, ipsique Deo vicinum esse demonstratur.

DISCURSUS II. Ex vocabulo VIR, quod idem est, ac HOMO VIRTUTIS, varias S. Josephi virtutes considerandi occasio ministratur.

DISCURSUS III. Ex nomine, JUSTUS, in multorum meritorum variarumque virtutum S. Josephi cognitionem manuducimur.

DISCURSUS IV. Exponuntur mysteria, ob quæ S. Joseph ab Evangelista filius David appellatur.

DISCURSUS V. S. Joseph tanquam sanctissimæ Virginis sponsus consideratur; atque ex hoc in dignitatis & excellentiæ ejus, nec non sanctitatis & meritum ipsius notitiam devenitur.

DISCUR-

DISCURSUS VI. Aliquot S. Josephi laudum encomia, ex eo, quod Pater Christi declaratus fuerit, eruuntur.

DISCURSUS VII. Alia motiva considerantur ad demonstrandum S. Josephum Christi Patrem esse.

DISCURSUS VIII. Cur Christus hic in terris talem sibi virum in Patrem elegerit, qui artem exercebat fabrilem. Explicatur etiam gloria S. Josephi ex eo, quod Christum sibi subiectum habuerit. Efficacia quoque intercessionis ejus demonstratur.

DISCURSUS IX. Nullus est, qui S. Josepho in donis, virtutibus, & privilegiis omnibus aliis Sanctis à Deo concessis æquiparari possit.

DISCURSUS X. Sanctitas S. Josephi ex eo, quod longo tempore stricta ipsi cum sanctissima Virgine & Christo familiaritas intercesserit, ostenditur.

DISCURSUS XI. Ex quo S. Brigittæ à sanctissima Virgine hæc verba revelata fuerint: TOTUM DESIDERIUM JOSEPH FUIT OBEDIRE VOLUNTATI DEI, IDEO NUNC MAGNA GLORIA JOSEPH; hinc quæ in illis latent mysteria, explicantur.

Ex nomine Josephi, quod idem est, ac FILIUS ACCRESCENS, Patriarcham hunc omnibus Angelis, cunctisq; aliis sanctis superiorem, ipsique Deo vicinum esse demonstratur.

DISCURSUS PRIMVS.

Cui nomen erat Joseph.

1. **M**ysterium, propter quod Spiritus sanctus in Evangelio nominis Joseph mentionem facit, ab Hugone Cardinali hæc verbis insinuat: *Non si e ratione magna exprimit Lucas nomen viri, magnum siquidem latet in hoc nomine mysterium.* Testimonio autem utitur S. Bernardi, qui acutè consideravit quatuor fuisse, qui in sacris literis hoc celeberrimo nomine fuere insigniti, atque in virtutibus & sanctitate insignes fuisse noscuntur; nimirum: Joseph filius Jacob; noster Sponsus Mariæ, Joseph ab Arimathia, & Joseph qui in actibus Apostolicis cognominatus est justus. Noster autem Joseph omnium aliorum excellentias in se uno conjunxit; si enim magni æstimatur,

& meritò, quod Joseph salvator Ægypti fuerit, figura Christi, majoris utique æstimandū erit, quod noster Joseph in omnibus, sola generatione excepta Patris Christi officium & nomē claritatem sustinuerit. Unde pulchros inter utrumque parallelos S. Bernardus nobis in Matutini lectionibus descripsit. Si Joseph ab Arimathia ex eo laudatus venit, quod in custodia sua habuerit corpus Redemptoris nostri mortuū: magis deprecandus erit Joseph noster, qui eundem Salvatorē tot annis nutrit & custodivit vivum. Si magnum quid esse censetur, quod Joseph conditus Barabas, per Antonomasiam cognominatus fuerit justus: cur non vel excellentissimum Josephi nostri encomium censendum erit, quod hic pariter eodem encomio à Spiritu sancto fuerit honoratus: *Joseph autem vir ejus, cum esset justus.* Et sicut ille Resurrectio.

Bioni Christi testimonium edidit, ita quoque nos in incarnationis, Nativitatis, educationis, omniaque alia totius vitæ ejus mysteria, usque ad trigésimum ætatis annum prodidit. In primo commendatur prudentia (sunt verba ejusdem Cardinalis) quia somnia veraciter exposuit. Et quidem hæc eadem virtus in sancto Joseph nostro singulariter emicuit, siquidem etiam dormiens Angelorum apparitionibus honoratus fuit, multasque habuit revelationes cœlestes, in quibus admirabilem prudentiam suam demonstravit. In Josepho ab Arimathia invidiæ quædam fortitudo eluxit: *Audacter enim ad Pilatum introiit, ut peteret corpus Iesu*; Quæ etiam virtus in nostro Josepho conspicua fuit: *Eluces ejus fortitudo (inquit Salmeron) in incommodis paupertatis, in periculosa peregrinatione ad gentem hostilem, in injuriis propter Christum toleratis*. Porro in alio Josepho, Barfaba nimirum, admiranda præcipue est perfectio & cumulus virtutum: quia: *Cognominatus est iustus, ut jam diximus: eadem verò eminentissima sanctitas pariter in nostro Josepho commendatur*. Verum enim verò id, quod inter cætera præcipue considerari cuperem, est, quod in Genesi recensetur; Quando enim sanctus Patriarcha Jacob filiorum benedictioni, in fine vitæ suæ intentus, per ordinem ad Joseph devenit, de eo dixit: *Filius accrescens Joseph*. Ubi Lyranus ait: *Per Joseph, qui interpretatur accrescens, significatur augmentum virtutis & gratiæ*. Salmeron dicit: *Verè fuit Joseph, id est, donis Dei auctus*. Etenim de nostro Josepho liberè affirmare possumus: *Prior in donis, major in Imperiis*; in illum namque Deum paternam auctoritatem habuit, in cuius femore scriptum est: *Rex Regum, & Dominus dominantium*. Erat subditus illi, derivando scilicet in ipsum dona & gratias cœlestes ex aurifodina Spiritus sancti. Quam laudatus Joseph in utero Mariæ conjugis suæ primus detexit: *inventa est in utero habens de Spiritu sancto. A quo inventa est? (inquit Theophylactus) à viro*. Credibile est autem quod & ipse ex hisce divinis aurifodinæ Spiritus sancti thesauris divinis locupletatus fuerit, nominis sui Ethymologiæ correspondendo, ostendendo nimirum, quod verè fuerit Joseph, id est, donis Dei auctus. Unde sacer quidam interpres super Evangelium de eo, hoc modo

Tom. 3 tr.
30.

Gen. 49. 3.
in cap. 2. v.
Matth. 20.
3. tr. 28.

Matt. 1. 18

Didacus
Stella in co.
1. Luca.

Mans Sanctuarium Tom. I.

scripsit: *Sicut Dominus eam mulierem elegit, ut mater esset filii sui, qua melior aut similis in univ. erso non reperiretur: ita etiam talem virum in sponsum illi matrem dedit, quo sanctior aut purior vix queat reperiri*.

2. *Accrescens Joseph*. Enimvero sanctus Joseph, ni fallor, omnium aliorum insignium sanctorum, qui in Ecclesia fuerunt, merita & prærogativas longè transcendit, prouti nobis haud difficile erit probare. Etenim sanctus Joannes Evangelista dilectus Jesu discipulus passim denominari meruit qui etiam præ cæteris in signum intimæ familiaritatis & dilectionis, in ultima cœna privilegiatus fuit, ut caput suum in suavissimum Salvatoris sinum reclinaret: *Supra pectus Domini in cœna recubuit*. Adhæc Christus Virginem Virgini commendavit. Et tamen longè majoris æstimandum est illud, à filio Dei sancto Josepho præstitum privilegium; adeo ut ex multis punctis clarè deduci possit, quod cœlestis Jacob diligeret Joseph super omnes filios, id est, super omnes Sanctos. Porro sanctus Joannes Apostolus in schola Christi, dilecti discipuli locum quidem obtinuit: at verò in domo Joseph Christus factus est illius filius; ideoque merito dici potest, Christum post sanctissimam Matrem suam super quamvis aliam creaturam Josephum dilexisse. Et quidem si multum est, quod Joannes unica tantum vice in sinu Christi dulciter quieverit, plus sanctus Joseph obtigit, utpote qui dulcem puerum Jesum infinities intra brachia sua ad cor suum adstringere meruit. Ipsum magnæ Matri suæ dedit, non in filium, prouti dilectum Apostolum suum, sed in sponsum, quod forsitan quid amplius est, quia conjux sub viri potestate est. Præterea considerari potest, quod Joanni commendata est, cum jam Virgo adolevisset, & ad majores annos ætatis sua pervenisset: at Joseph junioribus adolescentiæ suæ annis. Unde deduci potest, quod is, qui Spirituum ponderator est, longè insigniorem in sancto Josepho charitatem, quam in sancto Joanne agnoverit. Hunc enim post sanctum Josephum ad Virginis elegit obsequium & familiaritatem. Ita Didacus Stella hanc rem considerat.

3. *Accrescens Joseph*. Sanctus Paulus raptus est in cœlum Empyreum, ubi ei revelata fuerunt divina secreta, *Audivis arcana verba;*

Et

Vi.

Didacus
Stella in
Luc. 6. 10.

Viditque per modum transeuntis divinam essentiam: hunc tamen specialissimum favorem semel duntaxat accipere meruit quantum nobis quidem constat; & quidem qua id ratione contigerit, ipsemet nobis dicere minime potuit: *Sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit*, ac proinde sanctus Ioseph illum haud dubie quoad hoc superavit: siquidem ipse primus à Deo in novo Testamento inter omnes alios homines electus fuit, qui omnium excellentissimorum maximeque absconditorum mysteriorum & Sacramentorum fieret participes, prout ex tot ei factis revelationibus constat. In lectionibus etenim matutinalibus hodie legimus: *Isti autem est consecrum fieri atque participem celestium Sacramentorum*; idque per plurius annorum decursum. Ex quo etiam sanctus Paulus ad Empyreum cœlum erectus fuit, ut gloriam illam per modum transeuntis conspiceret, existimo omnino eum inde non tantum gavissimum esse quantum Ioseph per diuturnam illam ad triginta annos productam Christi & Mariæ una secum societatem. Sanctus Bernardus de assumptione beatæ Virginis ita scribit; *Maria presentia totus illustratus oris, adeo ut ipsa iam celestis patria clarius rutilet* Virginea lampada irradiata fulgore. Hæc autem Virgo conjux sancti Iosephi fuit, & cum ipso in ejus domo triginta fuit annorum spatio commorata. Quod si igitur in primo suo in cœlos ingressu tantam cœlo gloriam contulit, qualis erit gloria illa, quam domus Iosephi ab eadem per tot annorum curricula accepit? Porro si de Christo nobis sermo sit, ut Albertus Magnus scribit, *De minus quando descendit, non sine regno cœlorum fuit, sed regnum cœlorum secum tulit*. Sed quonam illud detulit? In domum sancti Iosephi. Unde si Bedæ scribere licuit: *Omnis sanctorum beatitudo de glorioso Virginis utero processit*; quid de Iosephi beatitudine censendum erit, cujus domui ipsummet cœlum Empyreum invidere potuisset? Quid etenim in Paradiso seu cœlo est, quod hominem vel Angelum beatum efficit? utique ipse Dei vultus, utpote: *In quem desiderant Angeli prospicere*. In hunc sanctus Ioseph facie ad faciem semper defixus erat. Beatitudo non consistit in beatorum spirituum multitudine,

nec in amplitudine, divitiis & pulchritudine Paradisi, sed quemadmodum Moyli postulavit: *S. inveni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam*, in visione Dei præcipue consistit. Porro Moyli responsum fuit: *Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris*, id est, ut Glossa interlinearis declaravit: *Incarnationem credet*. Longè igitur fortunatior fuit Ioseph, qui huic verbi incarnationi adstitit, quando domi suæ in utero sponsæ suæ peracta fuit, suosque oculos in illius Dei faciem defixit, qui ipsummet Paradisum efficit beatum. *Videat cum facie ad faciem*. Considerandum quoque hoc loco est, quod primus locus, in quem Paradisus descendit, fuit felicissima sancti Iosephi domus, beata namque anima Christi sacratissima illius humanitati, in ipsius Iosephi habitatione conjuncta fuit, ac proinde de conceptione & partu Mariæ dicitur: *Emissio-nes tuæ Paradisus*. In hac igitur domum haud dubie ad Virginem fecundandam descendit Spiritus sanctus, & per concomitantiam Pater æternus, adeoque verbum, quod incarnabatur longè magis eo descendit: ac proinde multus titulus dici potest, Iosephum de Paradisi gaudiis multo amplius quam S. Paulum participasse.

4. *Accrescens Ioseph*. Constat quidem sancto Petro claves Ecclesiæ consignatas fuisse, eumque à Christo constitutum fuisse unicum suum in terris Vicarium, ac verò sanctus Ioseph à Christo in Patrem suum electus fuit, quod plus est: Porta cœli ei consignata fuit, id est, ipsissimus Dei filius, qui de se ait: *Ego sum ostium* Per me si quis introierit, salvabitur. *Hæc autem Paradisi porta potestati ejus tradita erat: Erat subitus illi; imo si præter hanc aliam quoque cœli portam recognoscere velimus, id est, beatissimam Virgineam: Ianua cœli, hæc quoque in manu Iosephi, utpote sponsa ejus posita erat; Sub viri potestate, idque non tam in antiquæ maledictionis poenam, quam per propriam voluntatem. Sancto Petro quidem grex Christi ab eodem Christo consignatus erat, ut eum pasceret & custodiret; Pasce oves meas: ac verò ipsemet Pastor semetipsum velut agnellum immaculatum*

Exod. 33. 13.

Ioan. 10. 9.

S. Io.

2. Cor. 12. 2

Serm. 1.

Super missam 39.

In cap. 12. Linc.

1. Pet. 1. 12.

3. Iosepho consignavit, ut eum per tot annorum spatium in sudore vultus sui aleret.

5. *Accrescens Ioseph.* Enimvero quot encomiis magnus ille Baptista a Christo celebratus fuit. Inter cetera autem magna censetur fuisse ejus felicitas, quod in baptismo marium suam capiti Christi imposuerit, quod illam hisce verbis: *Ecce Agnus Dei* mundo indicavit. Verum chem quanto magis a Christo sanctus Ioseph honoratus fuit, quanto eadem non verbis, sed factis ipsis humiliora obsequia exhibuit, se illi tanquam Patri tanta cum reverentia subjiciendo? Sanctus Ioseph Christum non demonstravit digito sicut Ioannes, sed potius manibus & brachiis eum frequenter sinui suo adstrinxit. Quod si sanctus Ioannes Baptista Virginem jam Verbo æterno fecundam, sibi vicinam sentiens, tamesi in materno Elisabethæ utero reclusus delitesceret, Spiritu tamen sancto repletus salite cœpit & exultare, quibusnam igitur Paradisi thesauris sanctum Iosephum ex familiarissimo utriusque consortio, per tam longum temporis decursum locupletatum fuisse existimatis?

6. *Accrescens Ioseph.* Nunc ipsas Angelorum Hierarchias, si placet, transcendamus. Quisnam igitur ad ministrandum filio Dei dignior fuit, Angelusne an verò sanctus Iosephus. Rarè equidem Angeli Christo visibiliter ministrasse inveniuntur: at verò sanctus Ioseph non solum Christo multis annis intervixit, verum etiam ipsemet Christus sancto Iosepho deservire non est dedignatus. Certum equidem est Salvatore nostrum non indignis Angelis, qui eum custodirent, si quidem ipse est, qui naturam & humanam & Angelicam custodit; veruntamen quia insuper verum est, quod *oluerit per omnia fratribus assimilari*, ideo omnino mihi persuadeo, quod nobis insinuare voluerit, se Angelos destinasse ut custodes essent hominum, ex hominibus autem dignissimum quendam, qui Dei custos esset; & hic fuit sanctus Ioseph, quem in tot, in infantia sua, & maxime in fuga in Ægyptum, imminentibus periculis elegit in custodem suum & mix ducem: *Cui Angelorum dixit vultus meus ut in?* Nullus etenim Angelorum gloriari

unquam poterit, se in Patrem Dei nominatum & deputatum esse, prout sanctus Ioseph vocatus fuit, idque non tantum ab Hebræis, qui eum Patrem Christi per derisum & subfannationem vocabant, sed ab Evangelistis, quorum calamus a Spiritu veritatis, nec non ab ipsa matre hujus filii matre, cui hic titulus: *Sedes Sapientie* attribuitur, gubernatus fuit. In Sancta sanctorum Arca Testamenti collocata fuisse nescitur, supra quam lamina quædam aurea erat, quæ nominabatur propitiatorium, ad cuius latera duo Cherubini positi erant in specie admirantium, *versus & ab eis ad propitiatorium*. Porro propitiatorium hoc Christum representabat, de quo dicitur: *ipse est propitiatio pro peccatis nostris, quem posuit Deus propitiationem*. Hi autem duo Cherubini beatissimam Virginem & sanctum Iosephum representabant; quia sicut illis sapientia attribuitur, ita quoque Virgo, ut statim diximus, *sedes est sapientie*; Iosephus autem in specie semis communiter depingitur, eo quod admodum prudens & sapiens fuerit. Unde melius ipsi, quam alteri cuiquam adaptari possunt hæc verba: *Nunquid sapientiorum & consimilem tui invenire poterò?* Veruntamen hæc est inter hunc sanctum & Cherubinos differentia, quod hi Deo throni & sedis loco deservierint; *Qui sedes super Cherubim*: de sancto Iosepho autem scriptum legimus, quod filius Dei sub sancto hoc Patriarcha steterit; *Et erat subditus illi*.

7. *Accrescens Ioseph.* Post supremas Angelicorum Spirituum hierarchias, alius aut propinquius juxta Dei thronum ascendere nemo potest, quam si quis ad thronum pertingat Reginæ cœlorum. Hæc autem sponsa est sancti Iosephi, qui consequenter ex hoc capite ipsa superior est, quia *sub vi potestate est*, & huic a sanctissima Triade destinata fuit. Unde sanctus Bernardinus hoc elicit argumentum: *Quomodo cogitare potest mens diserta quod spiritus sanctus tanta unione conjugii uniret menti tante Virginis aliquam animam, nisi ei virtutum operatione simillimam?* Hæc autem inter hunc sanctum & beatam Virginem quoad virtutes & perfectionem similitudine & uniformitate supposita, quid in ejus laudem & amplius aut excellentius sibi quis imaginari poterit?

Exod. 25.
21.

1. Ioh. 2. 2

Gen. 47. 39

Serm. de
S. Ioseph.

2. *Accrescens Joseph* Spiritus sanctus etiam illum elegit, ut simul cum eo magnæ Matris Dei sponsus esset, dum solus ipse Virginalem uterum hoc divino partu fecundavit, cæterum verò sanctum Josephum omnibus aliis tunc sponsi Mariæ, tum Patris Christi excellentissimis titulis & privilegiis decoratum esse voluit. Et quidem erga beatam Virginem munera & vices exercuit Spiritus sancti; hic etenim dominatur: *Consolator optimus, dulcis hospes animæ*; ipse verò conjugem suam per tot annos in habitatione & domicilio suo pariter hospitio suscepit, eique summæ consolationis fuit. Unde in lectionibus matutinalibus hæc verba legi audivimus: *Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus sua matris solatium* Rupertus Abbas Tuitiensis de anima humana à

Deo dilecta ad propositum ita loquitur: *Humana quippe creatura est illud opus, quod eadem B. Trinitas magna sibi dignatione divisit, ut Pater conderet, Filius redimeret, Spiritus sanctus igniveret.* Sic quoque S. Josepho juxta nostrum intelligendi modum dici potest tres illas divinas personas in honorando & sublimando S. Josepho quodam modo inter se decertasse; Pater quidem unigenitum suum per triginta annos ei recommendando, ipseque custodiam consignando; Spiritus sanctus sponsam suam ei in depositum consignando, ut conjux ejus esset. Verbum denique æternum, se eitanquam filium obedientem & obsequiosum subjiciendo. *Quidnam igitur nunc sublimius cogitari poterit à pura creatura assequibile?*

Ex vocabulo VIR, quod idem est, ac HOMO VIRTUTIS, varias B. Josephi virtutes considerandi occasio ministratur.

DISCURSUS SECVNDVS.

Joseph autem vir. Matth. cap. 1. v. 19.

1. **A**D eum modum, quo Cosmographi in chartis suis, per modica puncta amplas denotare civitates, & per lineas subtilissimas vastissima & navigabilia flumina exprimere solent, nobis quoque licitum fore existimo, ex modicissimo quodam monosyllabo vocabulo, quale est hoc nomen, *Vir*, largam virtutum & gloriæ S. Josephi deducere materiam. Nec est quod vobis persuadeatis, S. Josephum solum hac vice & casualiter hoc epitheto appellatum fuisse; siquidem idemmet Evangelista ipsum quoque antea: *Virum* nominavit: *Iacob genuit Joseph virum*; & S. Lucas de gloriosissima illa legatione ad Mariam cœlitus destinata tractans, dum ejus, cui desponsata erat, mentionem faceret, dixit: *Ad Virginem desponsatam viro.* Ubi doctissimus Salmeron ita scribit: *Honoris gratia*

semper Joseph dicitur vir & non homo, ut ab ea parte intelligatur, quæ virtutem habet. Et ex- In cap. 2. pressius S. Bonaventura auctoritatem S. Bernardi usurpans dicit: *Virum* nominat, quia homo virtuosus. Examinemus igitur in hoc discurfu virtutes, quæ magnam hanc Josephi animam exornarunt.

2. *Homo virtutis.* Cum humilitas fundamentum sit omnium virtutum, hinc sanctus Joseph utique in hac virtute stabiliter radicans fuit, prout idem Salmeron observavit, dum ita scribit: *Præterea humilitate conspicuus fuit: tali humilitate illi opus erat, ut de tantis donis elatus insolesceret, & superbi-ret: tum etiam, quia cum humilibus Christo & Maria erat convicturus.* S. Bernardus illa verba: *Voluit occultè dimittere eam,* id est, Virginem, quando illam cognovit esse gravidam, sic interpretatur: *Propter hoc Joseph voluit occultè dimittere eam,*

Mat. 1. 16.

To. 3. 27. 20.

From 2. su-

mittere eam, per missus

est.

eam,

nam propter quod & Petrus Dominum à se repellerebat dicens: Exi à me Domine, quia homo peccator sum: propter quod & centurio à domo sua eum prohibebat, cum diceret: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: ita ergo & Joseph indignum & peccatorem se reputans, dicebat intra se, à tali & tanta non debere sibi ultra familiare prestari contubernium, cuius supra se mirabiliter expavescebat dignitatem.

3. Virum nominat, quia homo virtutis. In ipso quoque admirari possumus fidem, & tanquam virtutem Theologicam, & tanquam eam, quæ pertinet ad fidelitatem. Enimvero *Hom. 4 in Matth.* Chrysostomus apparitiones illas, quibus Angelus Beatam Virginem & S. Josephum convenit, considerans, optime notat, quod Beatæ virgini vigilanti apparuit, sicut etiam pastoribus Bethlehemiticis, & Zachariæ Patri S. Joannis Baptistæ: S. Josepho autem non semel sed sæpius dormientem apparuerit, cuius differentiarum rationem hanc adducit, quam non ad derogandum sanctissimæ virgini, sed tantum ad ipsam eum honorandum hoc loco referimus, dicit igitur: *Erant viri prorsus fideles, & manifestior revelatione non indigens.* Etenim ad credendum suamque fidem existandam adeo promptus erat ut etiam somnia, ut ita dicam, divinarum revelationum loco habuerit.

Hom. 15. *Vidisti, inquit idem, annum sacris sermonibus fidem accommodantem? Quod verò fidelitatem ejus attingit, sanctissima virgo S. Birgittæ revelavit, quod fuit fidelissimus. Salmeron ait: Fuit fidelis id est, fidelitatem servans: illi, qui talem sibi ac tantum thesaurum tanto tempore servandum commisit, Jesum nimirum & matrem.*

4. Homo virtutis. Porro de ejus erga Deum charitate & amore nemini dubitare licet; siquidem Sapiens ait: Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant: Deus ignis consumens est. Hic autem charitatis & amoris divini ignis S. Josepho semper proximus erat: Deus charitas est, qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo S. Prosper scribit: Illi perfecte diligunt Deum qui volendo quod vult Deus, & nolendo quod non vult, nec ulla peccatis, quibus offenditur, acquiescunt. Porro S. Joseph nullam sibi aliud objectum propositum habebat, quam ut Dei voluntatem adimpleret, prout à B. virgine S. Brigittæ revelatum fuit. Infinitum quoque ab omni nayo culpæ habebat horrorem,

cum esset justus. Præterea si mensura doloris est amor, quo quis objectum amat, propter quod doler, ut scribit S. Bernardus, mirum non est, quod Deus suaviter ita disposuerit, ut S. Joseph ante filii sui crucifixionem moreretur: Ne in morte Christi immenso dolore cruciaretur.

5. Homo virtutis propter virginalem suam continentiam. Unde Albertus Magnus super illa verba: Virum Maria, dicit: Vir dicitur potius à vigore & virore, quia castitatis vigore & virore floruit, similis propositi existens cum B. Virgine. Lucas Burgenis in ea est opinione, quod mysterium, ob quod Christus sponsum matris suæ Josephum denominari voluit, hoc fuerit, ut intelligerent fideles, cum ut nomen ita & castitatem assecutum veteris illius Patriarchæ Joseph. Tyrannus aliud quoddam tangit virginitatis ejus argumentum, nimirum quod cum Christus in passione sua inter alios Apostolos S. Joannem tanquam virginem elegerit, cui sanctissimam matrem suam in custodiam consignaret: Non sit probabile, quod ante conceptum, dum adhuc esset juvenula traderetur alicui, nisi virgini custodiendæ.

6. Homo virtutis. Didacus Stella super illa verba: Ad virginem desponsatam viro. glossans dicit: Viro dixit non homini, viri namque nomen fortitudinem animi robur, & virtutem significat. Vultque eum, quod fortitudinem & virtutem virginis spectat, ei consimilem fuisse, juxta tritum illud adagium: Si vis nubere, nube pari. Etenim in lingua Hebræa, ut Salmeron notat, hoc vocabulum vir, fortitudinem & constantiam significat, quemadmodum homo ab humo dicitur. Unde & Cassiodorus ait: Vir vocatus à viribus est, qui nescit in adversis tolerando deficere, aut in prosperis aliqua elevatione se jactare, sed animo stabili defixus, & celestium rerum contemplatione firmatus, manet semper impavidus. Ehem quoties hanc fortitudinem suam, divinum sibi recommendatum infantem ab impio Herodis Tyranni furore defendendo, prodendi & probandi occasionem habuit? Septem namque solidis annis, cum in regione filio Dei inimicissima, ejusque sacro cultui quam maximè contraria, id est, in Ægypto, summa cum sollicitudine custodivit; idque corde semper impavido atque intrepido, nullam unquam ærumnam aut adversitatem formidando.

7. Virum nominat, quia homo virtutis. Porro

3.
Ser. de S.
Ios. a. 2. c

Matth. 1:

la Ps. 1:

ro S. Maximus in alia quidem occasione, ad nostrum tamen propositum valde opportunè nobilem quandam sententiam post se scriptam reliquit; dum ait: *Christianus qui mundum non possidet, hic totum possidet Salvatorem.* Quis unquam Salvatorem nostrum integrius possedit, quam S. Josephus, utpote cui subjectus erat, *Et erat subditus illi?* Enimvero possessionem istam in virtute heroici contemptus illius sibi acquisivit, quem sibi mundi hujus in animo suo conceperat; ita etiam sanctissima Virgo S. Brigittæ revelavit, dum ait: *Ipsa etiam sic mortuus erat mundus & carnis: ut nihil desideraret nisi cœlestia.* Aurum namque veluti lutum æstimabat; nam cum sancti tres Reges divinum infantem illum regis muneribus suis honoratum, ingentes ab Oriente secum thesauros attulissent, eosque divino infantis, ejusque parentibus præsentassent, Joseph intra quadraginta dierum curriculum, ex omnibus hisce thesauris ne teruntium quidem reliquum habuit, nam dum diebus illis evolutis ascensurus esset Jerusalem, ad purificationem sponsæ suæ, diviniq; infantis oblationem perficiendam, agnus sibi, consuetum videlicet purificantium munus, comparare minime potuit, ideoque more pauperum, oblationem suam expedivit, columbas scilicet & turtures offerendo, utpote qui aurum omne ab orientalibus Regibus acceptum, in pauperum subsidium dispensarat. Lucas Burgenſis circa paupertatem, & qui in Josepho relucebat, mundi contemptum, aliam quandam instituit considerationem, nam ex eo, quod monitus noctu Josephus, ut una cum cœlesti infante & Matre ejus fugeret in Ægyptum, nequicquam tardavit, sed eodem momento, Angelico monito obtemperans, itineri se accinxit, ita concludit: *Ecco parentum Christi paupertatem, non sarcinas multas ante fugam colligendas, non opes committendas, non debita repetenda habebant.*

8. Homo virtutis; ob suam sapientiam. Hæc autem eo cogitante, inquit de eo Evangelista, ubi Glossa ait: *Notatur animus sapientis, qui nihil temerè vult incipere.* Et Ecclesiasticus clarius inquit: *Vir in multis expertus, cogitabit multa.* Salmeron ait: *Fuit singulari prudentia præditus.* Angelicus Doctor quoque in cap. 1. S. Matthæi de ipso scribit: *Per Joseph significatur prædicatores, hoc est, Apostoli, qui ponuntur ad expellendas tenebras per doctrinam.*

Albertus Magnus sacros Doctores in persona Josephi significati cenſet: *Doctorem catum quasi Joseph in præsepio reperiunt.* Unde nonnulli existimant, sanctum Josephum in specie decrepiti senis depingi, non propter ætatem sed ob senilem, quæ in eo relucebat, prudentiam.

9. Virum nominat, quia homo virtutis; idque si prompta ejus consideretur obedientia, quam sine ulla contradictione vel discursu exhibuit. Glossa circa hæc verba: *Fecit sicut præcepit,* inquit, *perfecta obedientia, fecit non tantum, quod præcepit Angelus, sed sicut præcepit Petro omnes sacri expositores, promptam, qua Angelo paruit, obedientiam sunt demirati.* Theophylactus enim ait: *Vide animum alacrem, quomodo statim obediit.* Albertus Magnus super hoc se reflectit, quod Angelus ei non significavit, quanti temporis moram, una cum Virgine & sanctissimo puero in Ægypto tracturus esset, ejusque causam infirmas dicit: *Ideo est, quia jam Joseph devotum & paratum ad omnia fecerat, & ideo quantumcunque temporis in exilio & labore esse debeat, juvandum sit ei & devotum.* Salmeron quoque optimè notavit, quam S. Joseph observans fuerit legum ceremoniarum, statutis debitisque temporibus templum frequentando Hierosolymitanum humanis etiam Cæsaris legibus obediebat, si qui dem in Bethlehem concessit, ut se una cum sacratissima Virgine describi faceret: *Nec eis modo, qua levissima erant & facilia factu, obedientem & morigerum se præstabat, verum etiam in duris, asperis, atque laboriosis, ut in solutione census, in fuga in Ægyptum, in reditu cum metu Archelai Regis? præstabat etiam obedientiam cœcæ, non respondens, neque se excusans, ideo ab Evangelistis inducitur semper silens ac taciturnus, atque r, quod imperatum est, præstans.* Unde etiam indubitata deduci potest perfectionis ejus consequentia; quia *si quis non offensus in verbo, hic perfectus est vir.*

10. Virum nominat, quia homo virtutis, Patientissimus erat, inquit Beatissima Virgo ad S. Birgittam, in paupertate. Deum illum, qui dat etiam omniscarni, nec non serenissimam cœlorum Reginam nutriendos habebat, & hæc quidem alimenta suis ipsis erant sudoribus procuranda. Quantum igitur ipsum passum fuisse existimabimus ex eo, quod se tantorum hospitem meritis & dignitati responde

In Luc. 2. 21

In cap. 2. Matt.

Tr. 30.

lat. 3. 2.

Lib. 6. c. 38.

Ecc. c. 34.

Tr. 30.

dere nequaquam posse videret? Quot in laboriosissimorum itinerum periculis devoravit molestias? Quot in Judæa, Galilæa, Ægypto sustinuit vigilas, quot persecutiones? Quot ab invidia & malignitate Pharisæica, quæ Christum, tanquam si filius ejus esset; *Nonne hic est filius fabri?* persequeretur & calumniis impetebat, toleravit injurias, quot pertulit ærumas?

11. *Homo virtutis.* Enimvero S. Josephus humillimus pariter erat, & modestissimus, uti jam diximus: ex alia verò parte præ omnibus aliis perspicuam magis habebat notitiam & lumen de Majestate & divinitate filii illius, qui sibi, tanquam si filius ejus fuisset, erat subiectus; ac proinde quanta cum mortificatione ex eo exercitum fuisse credetis, quod tali ac tanto domino loco Patris præesse, eaque ab eo obsequia recipere cogeret, quæ hic tantus filius ei quotidie promptissimè exhibebat, nam erat *subditus illi?* Salmeron ait: *Erat durissima sibi humillimo Provincia, quod præcipiendum sibi esset verbo aeterno incarnato; cui parent dominationes & subditi sunt cum tremore potestates?* Quali dolore cor ejus vulneratum fuisse censuimus, ob triduanam illam tanti filii amissionem, licet hæc sine omni profus culpa ei accidisset? Et tamen ne unicum quidem doloris significativam verbum protulit. Unde infinita reverentia & respectus, quo eum prosequeretur, facile arguitur; neque enim nobis quicquam unquam verbo incarnato à S. Josepho præceptum aut impositum fuisse constat.

12. *Virum nominat, quia homo virtutis.* Nimirum mansuetissimus ad objurgantes; Hoc namque illius encomium S. Birgitæ à sanctissima Virgine revelatum fuit. Et quidem si Salvaror Apostolos, inter cunctas alias virtutes, mansuetudini specialissimè comparandæ intentos esse voluit, dicens: *Discite à me quia mitis sum*, quanto magis S. Josephum eandem mansuetudinem, intra triginta annorum decursu, ex Christi exemplo didicisse credendum erit? *Ecce homo sine querela*, ita de eo ad literam dici poterat, *verus Deus cultor*,

quia in tot contradictionibus & adversitatibus nunquam lamentationis aut querimonie signa edidit. *Elucet ejus fortitudo in injuriis*, Tr. 30. (inquit Salmeron) *propter Christum toleratis.* Quot enim, non sine causa edere potuisset lamenta & querelas? Nunquid conqueri poterat de eo, quod se incarnatione verbi in utero sponsæ suæ sine ulla sibi facta communicatione, aut à se dato consensu eo assummata nequicquam fuerit præmonitus: quod de tam cito imminente filii Dei secundum carnem natiuitate ne utique factus fuerit certior, ut de necessariis ad illam sibi prospicere, & ne in stabulo sordidissimo nasceretur, cavere potuisset: quod solus sine viæ duce in Ægyptum fugere, & thesaurum quendam adeo pretiosum, cui à Rege Tyranno tot parabantur insidiæ, secum deferre fuerit adstrictus: quod in regionem quandam adeo longinquam & barbaram; illiusque Dei, quem secum ducebat, cultui totaliter contrariam, fugere debuisset; denique quod non fuerit factus certior, quanti temporis moram in eadem regione sibi trahenda esset, aut quonam eundem esset, redeundo? Et tamen hisce omnibus nec quicquam obstantibus: *Ecce homo sine querela.* Neque enim eximia S. Josephi mansuetudo pariebatur, ut de re quapiam doleret vel conquereretur.

13. *Virum nominat, quia homo virtutis.* Qui *Prov. 4. mane vigilans ad me, inveniens me*, inquit Salmeron. Porro S. Joseph adeo diligens ac vigilans fuit, ut de nocte consurgens &c. *Ecquid igitur mirum, si eadem hæc incarnata sapientia vigilantæ & custodiæ S. Josephi se ultro citroque submiserit?* Etenim Salvatorem nostrum, quando in sancti hujus viri domo dormiebat, audire videor dicentem: *Ego dormio, Tom. 3. tr. & cor meum vigilat. Fidelis & prudens atque diligens servus fuit Joseph* (inquit Salmeron) *cui Deus tantam commisit familiam; itaque humanum studium erga puerum adhibebat, ac si pater divinus non haberet vices.* 45.

Ex nomine, Iustus, in multorum meritorum variarumque virtutum S. Iosephi cognitionem inducimur.

DISCVRSVS TERTIVS.

Ioseph autem vir ejus, cum esset justus.

Matth. cap. i.

OMnia laudum præconia, quæ usquam S. Iosepho simul & Deiparæ à Spiritu sancto attributa fuere, in hoc solo & unico vocabulo *justus*, restringuntur, cum tamen de tot aliorum insignium Heroum cœlestium, videlicet S. Joannis Baptistæ, S. Joannis Evangelistæ, Petri vel Pauli laudibus plena sint Evangelia, & actus Apostolici, in quæ admiranda ipsorum gesta diffusè tradantur: Veruntamen æquæquam id ipsum mirandum est, nimirum Adamas quidem modica gemma est, ejus tamen pretium, excellentia & valor eximius est: sic quoque unicum duntaxat sacræ scripturæ vocabulum, aurifodinam quandam velut digito nobis commonstrare potest laudum, virtutum, meritorum, singulariumque prærogativarum locupletissimam. *Iustus* autem in verbo (ita scribit Origenes) *Iustus* in factu, *Iustus* in lege, *justus* in consummatione, *justus* in judicio gratia Chrysostomus quoque suas super hoc vocabulum considerationes instituit, dum ait: *Sciendum, quod justus hic virtuosum, in omnibus dicit, in omni virtute perfectum.* Glossa etiam suis protestationi à Salvatore Apostolis factæ, scilicet: *Nisi abundaverit justitia vestra plusquam scribarum & Phariseorum.* subjungit: *Iustitia est omnis virtus.* Unde eo ipso, quo Ioseph justus fuisse dicitur, compendiosè omnes illius virtutes, omnia merita, cunctaque insigniora ejus encomia recensentur. Salmeron Epitethum hoc, *justus*, accuratius ponderans dicit: *Magnum est virtutum suarum argumentum, nam iustitia om-*

nem virtutem amplectitur, Iustus in scripturis perfectus & omnibus virtutibus cumulatus significatur. Quo sensu S. Hieronymus scribit: Omnes virtutum species uno iustitia nomine continentur. Observandum est autem Spiritui Sancto nequaquam sufficisse, quod eminentem S. Iosephi sanctitatem & perfectionem expressisset dicendo: Cum esset justus, nisi etiam hoc vocabulum vir præmitteret, quod suam, ut diximus à virtute denominationem habet.

Ad Dem.
tr.

2. *Cum esses justus. Iustitia, secundum Legem, est constans & perpetua voluntas ius suum unicuique tribuendi.* Id quod etiam S. Ambrosius scribit, alium ait: *Iustitia est, quæ dat cuiuslibet, quod suum est.* In hoc igitur sensu de S. Patriarcha nostro eum justum fuisse verificatur: cum enim Spiritus sanctus pariter & S. Ioseph simul essent Deiparæ Virginis sponsi, hic id quod primò debebatur, scilicet virginæ-um matris uterum, divino æterni verbi partu fecundare ultro citroque intemeratè permisit, in reliquo verò alias sponsi partes suas erga consortem suam strenuè & obsequiosissimè exsecutus, alendo & sustentando illam, eique in omnibus & singulis necessitatibus prospiciendo.

Lib. 2. de
offic.

3. *Cum esset justus. S. Job demonstrare, iob. 22. 4. Iustus, quod Deo per hominis sanctitatem nihil accrescat, sed totum inde permanens bonum in nos redundet, huac in modum scribit: Quid prodest Deo si justus fuerit, aut quid ei confers, si immaculata fuerit via tua? Quod tamen ita quidem se habeat, veruntamen de immaculata & sancta Iosephi vita idem dicere nequaquam valeamus; siquidem multum profuit Deo,*

Hom. 1. in
diver.

In cat. D.
Th.

To. 3. tr. 30

Deo, quod iustus fuerit. S. Thomas de eo scribit: *Quamvis non necessarius conceptui, tamen utilis fuit procuratori: Et tandem concludit: Matri quia ab infamia defendit: filio, quia nutrit. Et enim quis virginem à tot persecutionibus illatam defendisset? Quis divino filio suo victum, vestitum, habitationem, & omnia, quibus infans quispiam tuum lucrari etiamnum non valens indiget, subministrasset, si S. Joseph non adfuisset? Præterea quis est, qui non videat, quod profuit Deo, quod immaculata fuerit vita Joseph, non solum ob sponfalitium & perpetuam cum sanctissima Dei matre cohabitationem, sed multo magis quia custodire debebat, non sanctuarium, sed sanctum sanctorum, illum inquam, qui est candor lucis æterna, speculum sine macula? Ex eo, quod adeo purus & immaculatus extiterit, factum est, quod, tametsi mysterium gravidatæ Virginis ignoraverit, attamen ne per umbram quidem malum aliquod de ea suspicatus fuerit. Unde Author operis imperfecti*

Hom. 7. in
Matth.

ait: *Magis credebatur castitati ejus, quam utero ejus: plus gratia, quam natura: possibilis esse creditur mulierem sine viro posse concipere, quam Mariam posse peccare.*

Jo. 3. tr. 30.

4. *Cum esset iustus: Ita intelligo hoc verbum inquit esuditissimus Salmeron, Joseph autem cum esset iustus, id est, humilis, ac demissè modestique de se sentiens. Enimvero quando à sanctissima virgine recedere cogitavit, prout eadem Deipara B. Brigitte revelavit, id ipsum sola suadente humilitate facere decrevit. Indignum se reputans cohabitare mihi, anxietatur, nesciens quid faceret; cui Angelus in somnis dixit. &c.*

Lib. 6. c.
38.

5. *Cum esset iustus. S. Paulus ad Romanos scribit: Iustus ex fide vivit. Fides autem hæc in S. Josepho vivacissima erat, nam ut verisimile est, multas sibi obvias molestias & difficultates hæc mediante superavit, v. g. perplexitatem, quæ ipsi subnasci poterat ex eo, quod ex una parte per angelicam revelationem ipsi constabat, quod Christus infans Deus ille esset, de quo Angelus prædixerat: *Salvum faciet populum suum: ex parte verò altera videbat, quod ipsemet ab Herodianæ iræ persecutione se per fugam ut subduceret, opus haberet, quod is qui Seraphim exardescere facit, super palea jacens tremet præ frigore; qui sedet super Cherubim, in præsepio animalium**

Mansi Sanctuarii Tom. 1.

depositus recumberet, quod frustra panis sudore vultus sui comparato indigeret, qui aperit manum suam & implet omne animal benedictione. Vivacissimæ fidei acutus utique exercuit, ut has aliasque similes contradictiones superaret.

6. *Cum esset iustus. Os meditabitur sapientiam; Quæ, ut in præcedenti discursu vidimus, in S. Josepho nequaquam defuit. De sancto Josepho enim Sapiens locutus fuisse videtur, dum ait: *Iustus quasi leo confidit. Cor etenim Sancti hujus cor leoninum fuit ob admirandam generositatem, quæ in eo semper emicuit, siquidem in truculentissima Herodis persecutione ne minimi quidem timoris vestigium præ se tulit, & multo minus in fuga per quam una cum virginea sponfa sua & puero Jesu in tale se regnum recepit, cui Rex Herodes longè nequior magisque sacrilegus, Pharao scilicet præerat, Unde Salmeron ait: *Elucet ejus fortitudo in periculosa peregrinatione ad gentem hostilem.***

Prov. 28. r.

Tr. 20.

7. *Cum esset iustus. De S. Josepho sapientem spiritu prophetico vaticinatum fuisse existimo, dum ait: *Fructus iusti lignum vite. Ipsi namque, qui professione sua faber lignarius perfectissima vita decorus erat, lignum vitæ, id est, Christus, concredendum fuit, ut custodiret illud; quod munus quanta cum sollicitudine administravit, Albertus Magnus præ cæteris excellentius ponderavit, dum ad eam declarandam illis Geneleos verbis utitur: *Ego suscipio puerum: de manu mea require illum, nisi reduxero & reddidero eum tibi; ero peccati in te reus omni tempore. Hanc quoque sollicitudinem egregiè ostendit quando ab Angelo, ad se unà cum matre & puero salvandum præmonitus; De nocte consurgens, id est, ut Dionysius Carthusianus exponit: *sine dilatione, quia de pueri præervatione atque custodia diligentissimus exitit.****

Prov. 18.
30.

8. *Cum esset iustus. Goffridus Abbas de iusto loquens dicit: *Iustus est qui non solum de se, sed etiam de proximis suis sollicitus est. Et quidem in hac circa proximum exercita cura S. Josephus nullum sibi parem habuit, siquidem filium Dei, qui adeo illi proximus erat, si filius ipsius appellatus fuerit, tanta cum vigilantia custodivit, & per consequens de totius humani generis communi bono se sollicitum esse probavit, siquidem idem ille Dei filius, com-**

Ser. de
Pur.

F f

munis

munis est omnium hominum Salvator atque redemptor.

9. *Cum esset justus. Iustus germinabit sicut liliū, & florebit in æternum ante Dominum.* Etenim S. Joseph non solum instar lili in viridario Paradisi semper deinceps florebit, verum etiam per totam vitam suam decursum velut liliū candidissimum & fragrantissimum per suam virginitatem, in conspectu Dei floruit & germinavit. *Dilectus meus pascitur in ater liliā, donec asperet dies & inclinentur umbra; id est, ut inquit Rupertus Abbas Tuitiensis, inter Mariam & Josephum*

Cant. 2. 6.

Prov. 12. 21.

10. *Cum esset justus. Non contristabit iustum, quicquid acciderit ei.* Porro nullus unquam hominum ad majorem dignitatem Iosepho altius ascendit; neque enim majorem sibi quis excellentiam valet imaginari, quam sit illa, qua S. Iosephus prævaluit, qui sponsus Mariæ, & ipsiusmet Filii Dei Pater fieri meruit. Et tamen quot passiones & ærumnas non solum in seipso, verum etiam in aspectu adversitatum B. Virginis & Christi sustinuit, quas illi in stabulo Bethlehemitico, in Herodis persecutione, in adeo laboroso in Ægyptum constituto itinere, in Jesu dolentissima amissione triduaana, in insultibus eisdem variis temporibus, ab Hebræorum gente illatis, experiebantur, & tamen inter omnes hæc ærumnas eandem semper pacem & quietem inteream, eandemque vultus sui serenitatem perpetuam conservavit.

11. *Cum esset justus. Enimvero S. Ioannis Baptistæ progenitoribus hoc attributum fuit à Spiritu sancto laudis præconium: Erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querela. Eundem quoque laudis characterem sanctus noster in se habuit, siquidem non solum omnibus Dei præceptis perfectissimè morem gessit & obtemperavit, verum etiam eadem sine querela adimplevit, tametsi nunquam iusta conquerendi occasio ei non deesset*

Luce. 2. 6.

Ps. 67. 4.

12. *Cum esset justus: Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei. & delectentur in lætitia.* Id quod S. Iosepho perfectissimè valet adaptari, siquidem hic quotidie in conspectu & præsentia Dei manducabat, & quod ad ingens consolationis ejus cedebat augmentum, Deus ipsemet pane laboribus & sudoribus

suis intincto nutriebatur: ac proinde qualis & quantus esse debebat interior animæ ipsius júbilus: *Lætabitur iustus in Domino.* Graves nonnulli Doctores, inter quos Cajetanus primatum obtinet, affirmant, quod, quamdiu Christus sub speciebus sacramentalibus in stomacho nostro perseverat, in animas nostras continuè novum influxat gratiarum augmentum, ad eum modum, quo sol novos lucis radios novosque ignis calores à se semper emittit. Quales igitur continuè illa gratia coelestique consolationes esse debebant, qui per ejus, qui verus est sol justitiæ & ignis Paradisi, propinquitatem & viciniam quotidie communicabantur? *Ignem veni mittere in terram; Deus ignis consumens est*

13. *Cum esset justus. De iusto quidem scribitur: Iustum deduxit Dominus per vias rectas: iustorum anima in manu Dei sunt;* at verò de S. Iosepho dicendum est, quod anima, id est, vita Christi illi concredita & commissa fuerit; quodque sanctus hic Patriarcha is fuerit, qui deduxit eum per vias rectas, per tot laboriosa itinera eum deducendo.

Sap. 10. 20.

14. *Cum esset justus. Iustus cor suum tradit ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum.* Porro de diligentia & vigilantia, quam S. Iosephus erga Dei filium habuit, superius meminimus, quæ vel in eo maximè elucet, quod de nocte consurgens accipit puerum & matrem ejus; Ubi Albertus Magnus dicit: *Consurgens tota velocitate & devotione.* Et quidem ad hanc sollicitudinem magis exaggerandam illo Psalmi contextu utitur: *Si dederò somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, donec inveniam locum Domino*

15. *Cum esset justus. Oculi Domini super iustos, & aures ejus in preces eorum.* Enimvero in dubium quis revocare poterit, quin benignissimus Redemptor noster S. Iosepho præ omnibus aliis Sanctis facilissimas præbiturus sit aures, ejusque intercessio præ cunctis aliis efficacissima existat? Porro sancta mater Ecclesia in ea oratione, qua in Missa & Officio divino hodie utitur, quantam in ejus patrocinio repositam habeat confidentiam, optimè demonstrat, dum ait: *Ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.* Quod similiter optimè per experientiam novit Canonicus ille, de quo Joannes Gerson Cancellarius Parisiensis scribit, quod Carthusianam amplexa-

amplexatus solitudinem, omnia bona & facultates suas capitulo suo, quod deseruerat, cum ex expressa conditione legârit, ut quandam in ejus honorem Antiphonam quotidie decantarent, cujus ipse quoque laudes egregie conscripsit, ut idem Gerſon testatur. Inter alia autem motiva, quæ ipsum ad tantam erga S. Iosephum devotionem concipiendam induxerunt, unum & præcipuum hoc fuit, quia nimirum volebat habere Patronum tam potentem, & præterea virginem, & Filium ejus benedictum.

19 Cùm esset justus, Job inclutum illud patientiæ speculum de semetipſo scribit: *Si fuero iudicatus, scio quòd justus inveniar.* Ratio autem cur ita de se præsumeret, ea fuit, quia nimirum misericors extiterat. Cæterum enim, quòd iucundus homo, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in aſeruum non commovebitur. Quis autem est, qui

supremo Judici in novissimo iudicii die adæquatius & solidius S. Iosepho respondere poterit? Idemmet eam, qui Iudex est futurus, est ille, qui erat subditus illi; cui proinde merito dicere poterit: *Esuristi, & dedi tibi manducare; sitisti, & dedi tibi bibere: hospes eras & collegi te: nudus & cooperui te.* Porro Christus in S. Matthæo dicit: *Qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.* Cùm igitur S. Ioseph à primo instanti Conceptionis in utero conjugis suæ receperit Christum, cui veteres Prophetæ acclamabant dicentes: *Rorate cæli de super, & nubes pluuant iustum,* illum in nomine & vice æterni Patris receperit, cui in S. Ioanne nomen iusti attribuitur: *Pater iuste* sequitur per consequentiam necessariam, quòd *Mercedem iusti accipiet*, quòdque æterna retributionis gradum valde eminentem in cælis consecutus fuerit.

Matth. 25.

C. 10. 45.

Exponuntur mysteria, ob quæ S. Ioseph filius David appellatur.

DISCURSUS QVARTVS.

Angelus Domini apparuit ei dicens: Ioseph fili David. Matth. cap. 1. v. 20.

6 **G**abriel Archangelus, ad annuntiandum S. Iosepho Incarnationem verbi, in sacratissimo sponse suæ utero, opera Spiritus sancti complendæ sacramentum, Filii Davidis præclaro titulo eum honoravit: *Ioseph fili David.* Verùm iniquis fortasse, num igitur alia dignissima nomina huic Angelo non occurrebant, quibus præclara ipsius indicare præconia potuisset? Enimvero considerandum omnino est, quòd hac de re Cæcilianus scribit, videlicet Archangelum eum instruere voluisse de Messie in hunc mundum advenatu, utpote quæ è stirpe Davidica

secundum carnem nasciturus erat: *Quia de Nativitate Messie tam diu expectatis & promissi, ex semine David eum instruere volebat, ideo eam appellat filium David.* Quod vel ideo tantò securius credi potest, quia videlicet S. Ioseph lineæ & progeniei Davidicæ proximus cognatus & hæres fuit. Unde Lucas Burgenſis ait: *Ideo huic potius quàm alteri, Deo agente desponsata est mater Christi; quia hic proximus fuisse videtur regni Davidici hæres, à quo voluerit illud Deus recto ordine ad Christum devolvi.* Atque ideo Nuntius ille cælestis hanc B. Virginem in annuntiatione proinſionem fecit, *Dabit illi Dominus sedem David Patris ejus, & regnabit.* Ubi advertendum est, quòd *ly patris ejus ad Iosephum*

Matth. 20.

F f a quoque

quoque referri possit, utpote qui licet non possit vocari genitor, Pater tamen Christi verè vocari potest, ad quem proinde immediata spectabat Regni successio. *Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

2. Verùm enim vero quod si ego vobis, Angelicum hunc nuntium, Iosephum digniori nomenclatura honrare non potuisse, demonstrarem, quam filium Davidis eum denominando, nunquid mox omnia à mentibus vestris abigeretur admiratio? Porro hæc à Davide profecta filiatio, ritulum quandam adeo speciosum subinfert, ut solus altissimi Filius, ejusdem à Spiritu sancto factus fuerit particeps, unde de eo dicitur: *Liber generationis Iesu Christi filii David* Etiam quando Salvator noster Hebræorum sapientes interrogavit dicens: *Quid vobis videretur de Christo, cujus filius est?* Confestim responderunt David, Et quidem tamen id respondendo in eo vel maxime errant, quòd eum solum Davidis non verè æterni Patris filium esse crediderint, cum tamen Davidis filium nominando minimè errarunt. Similiter cæcus ille, qui cum prius illuminatus fuisset interius, lumèn quoque interius recipere volens, quoniam putatis nominem ipsum compellavit? *Iesu filii David? Quoniam etiam modo in palmarum triumpho gloriæ ejus applausisse existimatis? certè non alio, quam dicendo: O Sanna filio David.* Hoc igitur tam præclarum nomen soli Dei filio proprium ab Angelo, iustu, uti verisimile est, supermi illius Confistorii, Iosepho quoque communicatur, quia *Pater & Filius una & eadem persona censentur.* Veruntamen quid longè majus Origenes scribere non dubitavit, dum ait: *Iosephus filii David, non tantum secundum carnem, sed secundum spiritum.* Id quod Salmeron confirmat dicens: *Verè de domo David & regia ac stirpe descendit nobilis carne, sed fide nobilior, quem tanquam alterum David Dominus invenit juxta cor suum.* Enimverò ut id ipsum clarius elucescat, eas, quæ Iosephum inter & Davidem intercedunt, Analogias nonnihil examinemus.

3. *Ioseph filii David* In principio libri tertii Regum scriptum reperio, quòd Davidi consensenti sponsa quædam singulari cum industria quæ sita fuerit è pulchrioribus, quæ in toto poterant Israël reperiri: *Quæserunt*

adolescens pulchram speciosam in omnibus finibus Israel, & invenerunt Abisag Sunamitidem; Erat autem pulchra nimis, & ministrabat ei; Rex verò non cognovit eam. Porro facti interpretes per hæc Sunamitidem Divinam sapientiam mysticè intelligunt, nec non sanctissimam Dei matrem, quæ sedes sapientiæ denominatur. *In similitudinem Mariæ* inquit S. Hieronymus. Ac proinde quis sanctissimum illud virginis cum Iosepho iantum conjugium in hac historia representari non videt? Tamen enim S. Ioseph ætate juvenis fuerit, dum in sponsam accepit Deiparam Virginem, vita tamen & moribus senex erat per singularissimam suam prudentiam. Unde illa S. Ambrosii verba de Davide dicta aptissime ei adaptari possunt, dum ait: *Habuit in primo flore juventutis sua senilem intellectum.* Porro mystica hæc Sunamitis *pulchra nimis* appellatur, quia *tota pulchra est.* Felicissimum autem conjugium istud eo præcipuè sine ordinatum fuit, ut S. Iosephus Divini amoris igne magis incalcesceret; ac proinde, uti Didacus Stella pie meditatur: *Nullam puram creaturam a deo dilexit Beatissima Virgo sicuti sanctum Ioseph, utpote eximium Dei amatorem.* Et tamen veritas indubitata & divina fide credenda est, quòd non cognovit eam. Imò Salmeron scribit, consortium istud, quod inter Virginem & S. Iosephum intercedebat, omnem in eo concupiscentiæ fomitem extinxisse: *Ut posset convenienter ac sanctè, ut Sunamitis cum Davide conversari, quam nunquam tetigit, ut Scriptura docet.*

4. *Ioseph filii David.* Memorandum est hoc loco specialiter factum illud Davidis: quando scilicet ex speciali devotionis & pii obsequii instinctu, ex toto spiritu suo ante arcam, toto spectante populo, saltavit; de hac enim arca ita scribit S. Ambrosius: *Arcam quid nisi sanctam Mariam dixerimus? siquidem arca intrinsecus portabat testamenti tabulas, sicut Maria autem ipsius testamenti gerebat hæredem.* Unde si David è longinquo Matrem Dei, in illo thesauro, ante quem adeo lætus saliebat, præfiguratur, ac proinde hoc epitheto: *Fœderis arca*, honoratam è sua stirpe descenduram esse prævidens, adeo exultavit; quanto jubilo Iosephum ex illo tam diuturno cum B. Virgine consortio repletum fuisse existimatis? Ex quo enim hic Davidis filius dignus fa-

ctus

Pf. 131.

Matt. 27.

Luc. 18.

35.

Ho. 1. in
d. vers.

To. 3. 17.

30.

3 Reg. 1. 3.

In Pf. 118.
n. 9.

In Luc. 6. 7.

Ser. 30. ad

Quis est, qui animatae huic arcae, in dō cœlesti illi
Sunamitici tot annis inserviret; ministrabat ei,
utique venosum est eum quoque de eo, quod
intra arcam hanc latebat manna degustasse, id
est, consolationum, gratiarumque ineffabilem
in magna quidem copia & abundantia factum
fuisse participem, siquidem gratiarum cœles-
tium thesauraria à Deo cōstituta fuit. In Chroni-
cis S. Francisci legitur, beatum Ruffinum Sc-
raphici Patriarchæ locum ex eo, quod unica
duntaxat vice gloriosam Virginem puerulum
Jesum inter brachia sua gestantem vidit, præ-
nimæ dulcedinis excessu semimortuum fuisse;
ac proinde hinc imaginari vobis, quantus
fuerit in corde Josephi jubilus & suavitas spiri-
tus, quam ipse tot annis beatam Virginem su-
stentando, eidem cohabitando, cum ea con-
versando, eidemque uocacione & filio ejus, jam
quoque filio suo facto (quia erat *subditus illi*)
ministrando expertus sapius fuit. *Anima mea*

Lib. 2. c. 18.

Canto 5. 6.

Cap. 2.

liquefacta est, inquit in Canticis devotissima
illa sponsa, *ut dilectus meus locutus est*. Verum
quem quousque & Joseph vocem illam, quæ ver-
ba *vita aeterna habebat*, auribus suis excepit.
B Laurentius Justinianus in fasciculo divini
amoris teneritudinem contemplatur, quam S
Joseph experiebat, quando divino huic in-
fantis osculis eum dissuaviando ablandiebat-
tur. Quanta enim felicitas fuit Jesum *Josephi*
foveri in gremio, et ferre. dis. u. bere. comedere.
idque semper in domo & præsentia Josephi
S. Josephi filii David. Quando Bethlehem à

2. Reg. 23.

15.

In apolo-
gia de Da-

vid cap. 7.

Philisthæis valida erat obsidione cincta, siti-
bundus David sibi ex aqua cisternæ, quæ juxta
civitatem illam manabat, potum sibi dari defi-
deravit: *O si quis mihi daret potum aqua de ci-
sterna, quæ est in Bethlehem!* circa quæ verba
S Ambrosius ita scribit: *Sitiebat Dav. d non a
quam de lacu, quæ est in Bethlehem, sed oriun-
dam ex Virgine Christum in spiritu præ. debat:
volebat ergo bibere non aquam fluminis, sed po-
tum gratiæ spiritualis. Quam igitur singularis
gratia illa fuit, quod fons gratiarum cœlestis
Paradisi de quo ipsemet. hristus ait: Fuit in eo
fons salientis in v. iam aeternam, in sola Josephi
domo featuriret? unicum à Maria pronuntia-
tum verbum, unica saluatio effecit, quod exul-
tatis infans in utero Elisabeth; unde mater
quoque & filius locupletati fuere ditissimis
spiritus sancti thesauris. Unde Thaumaturgus
ait: *Vox igitur Mariæ efficax fuit, & Spiritus
sancto replevit Elisabeth, ac veluti ex perenni**

Luc. 1. 41.

Serm. 2. de
annunt.

quodam fonte instrumento *lin. qua flumen Cha-
rysmatum emisit.* Hic autem fons, hic torrens
ingens, hoc donorum gratiarumque mare in
domo Josephi scaturiens, in ejus plena erat fa-
cultate.

6. *Josephi filii David.* In Scriptura sacra Davi-
di gloriosum illud nomen lucerna Israel attri-
buitur: *Iam non egredieris nobiscum in bellum,*
ne extinguas lucernam Israel. Sicut enim lu-
cerna errantibus in tenebris ducatur & lumen
præstat, ita quoque David prudenti regimine
& exemplo suo multorum errorum dissipabat
tenebras, & quemlibet subditorum suorum in
viam dirigebat salutis. Veruntamen titulus iste
longè meliori jure S Josepho debetur. Cui ete-
nim Israelis nomen convenientius adaptatur,
Iacobone an verò Filio Dei? Porro sciendum,
quod *Israel* idem significet, quod *videns Deum.*
Talis autem anima Christi non verò Iacobi e-
rat, Christi enim anima beata erat. Deumque
facie ad faciem intuebatur. Hic autem *Israhel*
Josepho à Deo commissus fuit, eratque dux &
director ejus, quod idem est, ac si dicas, erat
ipsi in persecutionum & ærumnarum ejus te-
nebris, lucernæ loco, siquidem per se ipsum
in Ægyptum per tenebras noctis deduxit, cū-
que plurima pericula evadere fecit. *Egressus est*
in pratum, ne extingueret Israel. Origenes
Angelum, qui verum hunc *Israhel*, id est, Filium
Dei S. Josepho in custodiam consignabat, his-
ce verbis introducit loquentem: *Ministra, ser-
va custodi, ser. curam, intende & huic, qui na-
scitur, & huic quæ generat; quæ omnia S. Jo-
sephus Filio Dei & matri ejus exactissimè præ-
stitit, & per hoc utrumque magno obligationis
vinculo sibi obstrinxit. Unde sicut Tobias mi-
nor Patri suo, latè servitia & obsequia à vi-
sæ duce & comite, quem Angelum fuisse ig-
norabat, exhibita exposuit, dicens: *Pater quam
mercedem dabimus ei? me duxit & reduxit san-
num me à de. v. ratione piscis eripuit; quid ad
hæc poterimus illi dignum dar?* ita videtur mi-
hi idem, eodem proorsu jure Filium Dei aeterno
Patri suo dicere, hunc verò illi respondere
potuisse: *Non aliam mercedem, nisi respsum.* Et
sanè præmium istud abundè sufficiebat: *Ego ero
merces tua magna nimis.* Christus enim plus in
Josephi, quam in ullius creaturæ sive humanæ,
sive angelicæ potestate erat, atque ideo *erat*
*subditus illi.**

1. Reg. 23.
17.

Loco cit.

Tob. 12.

7. *Josephi filii David.* De Davide scribitur, 2. Reg. 7 18
quod *sedit coram Domino;* Interlineatis legit:

Coram arca Domini. Unde nascitur dubium, quamobrem David coram suprema illa Majestate sederit? Glossa ordinaria dicit: *Sedere coram Domino, est beneficia ejus in humilitate consecrari.* Vatablus scribit: *Nemini sedenti licebat orare nisi Regi.* Veruntamen hoc per alia scripturæ testimonia non subsistere convincitur. Unde convenientior expositio est, hanc Davidis sessionem, pacem & quietem ejus interiorum significasse, juxta illud Hieremiæ dictum: *Sedebit solitarius, & recubus, quia levavit se super se.* S. Josephus interiorum hanc pacem pariter expertus est, prout per voluntatis suæ cum Divino beneplacito conformitatem satis manifestè probavit. Ad literam quoque adimpletum fuit, quod *sedet coram Domino*, & similiter *coram arca*, super hanc enim data est ei potestas; quia *sub viri potestate erat, nec non super ipsummet Deum, qui erat subditus illi.*

Thren. 3.
28.

2. Reg. 18.
18.

Hom. 1. de
David.

s. *Joseph fili David.* Quando David, in procinctu erat, ut jam jam gener Regis fieret, dixit: *Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, ut sim gener Regis?* Ubi Chrysostomus ait: *Existimabat se indignum affinitate regia.* Et quidem tamen à Deo in Regem populi ejus electus, divinoque jussu à Samuele anctus & consecratus fuisset, attamen ad gregem Patris sui pascendum denuo rediit. *Qui est in pascuis.* Porro modestiam & humilitatem istam Davidis, Joseph in longè majori dignitatis culmine constitutus perfectè est imitatus, sicut in multis occasionibus videm potest, in quibus ejus modestia & humilitas

mirabiliter eluxit. Sic etenim veluti infimæ plebis hominem est arbitratus, non obstantè quod, uti diximus, ex nobilissima esset familia oriundus. Pauperulam incolebat domum, & vultus sui sudoribus vitam tra ducebat, & tamen quanto magis se à mundi oculis velut homino ignotus subduxit, tanto majori in pretio à Deo habitus & agnitus fuit.

9. *Joseph fili David.* *Quasi adeps separatus à carne, sic David à filiis Israel.* Preceperat olim Deus, ut totus adeps hostiæ pacificæ in suum honorem cremaretur. Ac proinde hisce verbis adductis, innuitur, Davidem ad divina obsequia tota mente fuisse intentum. Quod de Josepho nostro majori jure verificari potuit, utpote qui ministerio & obsequio Salvatoris totaliter deditus fuit. Quicquid enim laborabat, ad victum & amictum Filio Dei ministrandum impendebatur: quicquid faciebat, nullum respiciebat alium finem, quam ut illi perfectè placeret; eratque obsequium istud immediatum, non verò mediatum, qualia sunt aliorum fervorum obsequia. *Separatus à carni ob puritatem suam virginalem.*

Eccl. 47.
32.

10. *Joseph fili David.* In libris Regum, ac deum in Actibus Apostolicis Deus dixisse fertur: *Inveni David filium Jesse virum secundum cor meum.* Cujus hæc subjungitur ratio: *Qui faciet omnes voluntates meas.* Id quod in Josepho nostro etiam adimpletum fuit, prout suo loco ex perfecta voluntatis ejus in divinam resignatione & conformitate latius demonstrabitur.

Act. Apost.
13 22.



S. Ioseph tanquam sanctissimæ Virginis sponsus consideratur; atque ex hoc in dignitatis & excellentiæ ejus, nec non sanctitatis & meritorum illius notitiam devenitur.

DISCURSUS QUINTVS.

Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.

Matth. cap. 1.

1. **E**I, qui ad Evangelium se attentè respicit, Evangelista prima quidem facie sibi contradicere videtur; In principio namque dicit: *Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph;* & paulò post subdit Angelum Iosepho dixisse: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Porro beatam Virginem ante annuntiationem per Gabrielem Archangelum factam, Iosepho desponsatam fuisse, sanctus quoque Lucas luculenter testatur, dum ait: *Missus est Angelus Gabriel ad Mariam Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.* Quomodo igitur Angelus nunc eum exhortatur, ne timeat accipere ipsam in conjugem tuam, cui jam dudum antea per conjugale vinculum adstrictus erat? Pro cuius dubii solutione sciendum est, quod sanctus Ioseph sponsam tuam, opera Spiritus sancti fecundatam esse conspiciens: *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto,* optime se facturum esse credidit, si ex quodam humilitatis sensu ab ea discederet, utpote quæ facta erat Mater Dei, & tertiæ personæ sanctissimæ Triadus lectissima sponsa. Unde Origenes ait: *Ideo eam dimittere volebat, quoniam virtutem mysterii, & sacramentum quoddam magnificum in eadem cognoscebat, cui appropinquare se indignum existimabat.* Noli timere inquit ad illum Angelus. Porro timor hic metus quidam reverentialis erat, atque ideo ad illum ab eo fugandum, Deus ipsi, ne ab ea discederet, præcepit, eo quod sponsæ cujus-

dam adeo sanctæ consortio dignus esset, licet ipsa futura sit vera mater sua; *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Enimvero illud de hoc beatam Virginem inter & sanctum Iosephum contracto sponfalitio cœlitus datum testimonium, nec non gloriofus ille sponsi Mariæ titulus, eximiarum laudum & prærogativarum suarum fons est copiosissimus. Unde Gerson rationem reddere volens, cur Scriptura sacra tam de Mariæ, quàm de Iosephi laudibus tam parum & modicè scripserit, dicit, nec totum mundum capacem futurum librorum illorum, qui hac super re scribi aut exarari potuissent, ideoque omnia laudum encomia prætermittens; *ex eo, quod Ioseph est v. r. Maria, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus ejus dignitatem insinuat, ex hoc enim velut ex quodam principio fecundissimo, copiosissimo, amplissimo laudum seminario, habet devotè contemplantis animus, unde faciliter assurgat ad laudes quaslibet S. Joannes Damascenus hæc verba: Virum Maria ponderans, obstupefactus exclamat: Hoc est prorsus ineffabile, & nihil præterea dici potest.*

2. *Conjugem tuam,* Angelicus Doctor in summa sua Theologica Articulum quendam proponit, & quærit: *Utrum inter Mariam & Ioseph fuerit v. r. matrimonium, & conclusionem tandem ponit affirmativam. Fuit verum & legitimum non quidem quod consenserint in copulam carnalem simpliciter seu concubitum, sed quantum ad consensum mutua fidelitatis, & educanda proles delictum.*

Ru-

Ser. de nat. Maria.

Luc. 1, 26.

Hom. 1. in d. v. r.

3. p. 7. 19. a. 2.

Lib. r. in c. 1. Matt. Rupertus Abbas Tuiticus ait : *O conjugium verum & sanctum ! conjugium cœleste, non terrenum, quomodo enim vel in quo conjugati fuerunt? nimirum in eo, unus spiritus & una fides erat in eis, sola illic desinit corruptio carnis.* Salmerton quoque qui omnes novi testamenti eventus prolixè examinavit, tandem de hoc sponsalium tractaturus dicit: *Virum Maria intellige, & intellige in omnibus, excepta carnis copula, quæ suppleta est per Spiritum sanctum.* Tertia etenim regula est, quod consensus, non concubitus matrimonium facit. Multorum namque exempla præsto sunt, qui in hoc conjugali statu ex mutuo consensu conjunctim cum uxoribus suis viventes, permanere virgines; Id namque sanctus Henricus Imperator fecit, fecit quoque sanctus Elzearius Armani comes. Glossa etiam super verbum: *Conjugem dicit: Conjunxerat non concubitu sed affectu, non conjunctione corporis, sed copulatione animorum.* Sanctus Thomas Aquinas alibi testimonio utitur sancti Augustini ita scribentis: *Nominatur vir Maria, ut ostendatur matrimonium esse inter pari voto continentem. Ambo enim, tam virgo quam sanctus Ioseph virgines permanere decreverant, & credibile est, ambos à Deo revelationem accepisse, per quam unus de alterius voluntate certior fieret. Etenim certum est, quod majori jure Maria denominari possit, Mater cunctorum viventium, quam Eva; atque ideo si Deus quondam dixit: *Faciamus ei adjutorium simile sibi, quod Filius Dei Virgini sponsum assignare volens, talem ei designavit, qui eam cunctis virtutibus, & præcipue in proposito virginitatis similis esset. Moyses quondam filiis in Israel benedictionem impertiens, quando ad tribum Ioseph per ordinem pervenit, in hæc verba mystica prorupit: *Benedictio illius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph* Quodnam obsecro in verbis istis latet mysterium, quod, qui hæcenus Deum Abraham, Isaac, & Iacob invocare solitus erat, nunc modum & stylum loquendi prorsus immutat! verum memorandum est, quod Ioseph filius Iacob continentia & castitatis zelantissimus fuerit, atque ideo Dei in rubo apparentis fit mentio, siquidem sancta Dei Ecclesia canit: *Rubum quem viderat Moyses incombustum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem Dei Genitricis* Ecce igitur benedi-**

tionem, quæ super ipsum descendit, id est, ejusdem virginitatis communicationem, qua intemerata sponsa ejus prædita erat. Enimvero nusquam constat beatam Virginem, oblatum sibi à Deo sponsum respuisse, aut divinæ voluntati contradixisse, & tamen sponsalium hoc absolutum fuit, priusquam à Spiritu sancto, verbo sæcundaretur æterno. Unde ut paulo antè notavimus, Evangelium dicit: *Missus est Angelus Gabriel ad Mariam Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph; Cum autem ei prædicaretur ipsam in Incarnatione verbi concepturam & parituram filium, interrogavit mox Angelum, dicens: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.* Cur obsecro in eundo cum Ioseph conjugio continuo consensit, filio autem pariendo confestim contradixit? voluit, ut opinor, manifestum omnibus fieri, quod tamen Ioseph sponsus ejus esset, hic tamen eidem adstrictus sit voto virginitatis, ideoque se cum Ioseph secutus hanc virtutem illæsam & immaculatam conservare posse credidit, quam inter ipsosmet Paradisi cœlestis Angelos, unde Gabriele Archangelo apparente *Turbata est.* Ubi Bonaventura ait: *De se certa, quia nullum carnis simulum sentiebat, & de Ioseph contra certia divinitus erudita.* Sanctissima namque Virgo sanctæ Birgitte revelavit, Angelum sanctum Iosephum hisce verbis fuisse allocutum: *Esse pudicitia ejus custos & testis.* Hic addo rationem, quandam ad comprobendam Iosephi virginitatem valde efficacem, videlicet hæc, post mutuum cum Deipara cohabitationem & contractum cum ea matrimonium, miris incrementis fuisse adauctam: Unde sanctus Thomas de ea scripsit: *Gratia sanctificationis non tantum repressit in illa motus illicitos, sed etiam in aliis efficaciam habuit, ita ut quamvis pulchra esset corpore, à nullo unquam concupisci potuit.* Sanctus Ambrosius libro de Instit. Virg ait: *Tanta ejus erat gratia, ut non solum in se virginitatem servaret, sed etiam si quos inviseret integritatis insigne conferret.* Porro conversatio, quæ inter sanctissimam Virginem & sanctum Iosephum reciproca fuit, per triginta annorum spatium continuè duravit; cui accedit felicissimum consortium Christi, qui erat *Candor lucis æternæ*, ut proinde valde sit verisimile Virginæ puritatis donum mire in eo adauctum fuisse. Unde Salmerton ait: *Hoc donum in sponso suo**

Lib. 6. c. 58

1. 3. dist. 3. q. 2. a. 2. q. 1. ad 4.

Cap. 7. 0

Tr. 28.

suo

sancti Virgo promerebatur, ut undique esset plena gratia, non solum in seipsa, sed etiam in sponso suo, ut quae per matrimonium una caro, sed est, una persona cum eo fuerat effecta, ita per gratiam insignis castitatis suis precibus ac meritis à Deo obtenta fieret cum ea unus spiritus. Quod si enim beata Virgo, ut ex tot Historiarum monumentis est manifestum, Virginitatis donum tot virginibus, aliisque devotis suis impetravit, longè credibilis est, ipsam eandem virginitatem in persona sancti Josephi concessisse & adauxisse. Unde idem Auctor alibi ita scribit: Neque tantum fuit virgo, sed etiam, ut quidam tradunt, omnis concupiscentia fomes in eo extinctus fuit, ut dignus cum sponsa sua valeret conversari.

3. *Conjugem tuam*. Potissima sponsalitorium contrahendorum Regula, ut plurimum esse solet, ut intercedat, quoad fieri potest, æqualitas aliqua inter contrahentes. Unde natum est tritum illud Proverbum: Si vis nubere, nube pari. Et quando Deus noster in primo matrimonio, viro mulierem jungere voluit dixit: *Faciamus ei adiutorium simile sibi*. Cum igitur matrimonium hoc perfectissimum fuerit, consequens est, ut inter metita, virtutes & sanctitatem Virginis & sancti Josephi aliqua intercesserit familiaritas. *Quomodo cogitare potest mens discreta* inquit sanctus Bernardus

Serm. de S. Ios. a. 2 c. 1. ne conjugis uniret menti tanta virginis aliquam animam, nisi ei virtutum operatione simillimam? optimam partem elegit sibi Maria. In qualibet re non tantum id, quod melius, sed quod optimum est, elegit. Cum igitur in terris sponsum quemdam eligere debuisset, non est dubium, quin eum elegerit, qui inter omnes creaturas purissimus, immaculatissimus, & sanctissimus erat, idque tanto magis fieri debebat, siquidem is qui ab ipsa eligebatur, ab æterno Patre quoque eligebatur, tanquam existimatus Pater filii sui in terra, porritque ipsum tali consortio dignum atque similem efficere? *vir Maria dicitur*, ut notat Glossa, quia conjugium verum est, ubi conservatur amoris affectus. Porro sanctus Josephus sanctissimam Virginem ea intentione dilexit, quanta illi possibilis fuit, quam ardenti amore autem ipsa sanctum Josephum amaverit, de hoc Didacum Stellam audire libeat, liberè

Mans Sanctuaris Tom. I.

asserentem, quod Nullam puram creaturam adeo dilexit beatissima Virgo, sicut sanctum Ioseph. Amor autem est donorum gratiarumque cœlestium thesaurarius, quarum & ipsa à filio suo dispensatrix constituta fuit, adeo ut credibile sit, quod sponsum suum tanto gratiarum thesauro locupletarit, quantum pura aliqua creatura assequi potest.

4. *Conjugem tuam*. Sponsa dotem suam secum subinfert; unde sanctus Ioseph verè dicere poruit: *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabiles honestas per manus illius*. Spiritus sanctus, qui & ipse virginis sponsus fuit, de ipsa ait: *Multa sibi congregaverunt divitias, ut supergressa es unum versum*. liquidem, in plenitudine sanctorum detextio eius fuit. Cuilibet notissima sunt illa sancti Bernardi verba: *Christus redempturus mundum, unum versum thesaurum contulit in Mariam, ut de plenitudine eius omnes accipiant*. Quanam igitur pars illa erit, quam sponso suo ex hisce thesauris in sortem dotis dispensavit? oportundè Origenes notat, quod quando Angelus Iosepho dixit: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam*, dicere ipsi hisce verbis voluerit: *accipe ergo eam sicut commendatam a cœlesti thesauro, Deitatis à v. etas sicut plenissimam sanctitatem*. Quenam hac desiderari potuit dos opulentior? sanctus quoque Anselmus nobis hujusce dotis aliquam noticiam communicavit, dum ait: *Verè omnium verum conditarum Domina effecta es, & quidem in dotem omnia dominia collata, ut matri summi Imperatoris*. Melius autem opinione mea, hac de re sanctus Epiphanius scripsit, dum ait: *Invenitur esse cœlestis sponsa & uxor, qua donorum antenuptialium nomine Spiritum sanctum accepit, dotis verò grati cœlum & terram*. Adeo ut nihil amplius desiderari possit, siquidem non solum cœlum & terra, verum etiam Spiritus sanctus, sanctissimæ Virginis sponsa Iosephi in dotem attribuitur. Unde meritò Gerson exclamat: *O miranda propter Ioseph sublimitas tua, o dignitas incomparabilis, ut mater Dei, Regina cœli, Domina mundi appellare te Dominum non indignum putaverit!* veruntamen nimis adhuc parum dixit, nam quid longè majus & excellentius fuit, in manu sua dotem quamdam habere tanti valoris, ut diximus.

Sap. 7. 25.

Prov. 31. 29.

Hom. su. per mig.

Hom. 1. in diver.

Lsb. 4. de fide Or. rhod.

Serm. de nat. M.

s. *Conjugem tuam.* Inter ea, quæ sanctum Paulum permoverunt, ut iis, qui ad perfectionem magnis passibus progredi desiderant, suaderet, ne se conjugali vinculo innecterent, unum & præcipuum motivum erat hoc, quia scilicet domesticorum negotiorum sollicitudo, & affectus, quo conjuges erga se invicem præpendent, ab unione cum Deo nos impediunt.

2. Cor. 7. 33.

Unde dicit: *Qui sine uxore est, sollicitus est qua Domini sunt, quomodo placeat Deo; qui autem cum uxore est, sollicitus est, qua sunt mundi, quomodo placeat uxori: & divisus est.* In præsentem autem matrimonio, quod est inter sanctissimam Virginem & sanctum Josephum, ea, quæ in aliis sunt sanctitati impedimento, in hisce duobus conjugibus ad perfectionem majorem nova semper calcaria addebant; siquidem omnis utriusque diligentia, omnis sollicitudo in hoc totum versabatur, ut ministrarent, suaque obsequia exhiberent immediatè Deo. Porro cum Deus totum à nobis amorem exposcit, ad eum præcipuè finem, ut stri-

ctius uniamur cum illo, amor ejus, qui habet uxorem, dividitur in filios, in uxorem, in familiam; at verò sanctus Joseph quanto sanctissimam Virginem sponsam suam ardentius diligebat, quanto magis ardebat in amore Christi qui ei filii loco erat; tanto magis in ipsiusmet Dei amore & immediato servitio efferverebat.

6. *Conjugem tuam.* Spiritus sanctus præclare dicit: *Mulieris bona beatus vir.* Hanc autem felicitatem nemo perfectius Josepho est allecutus, de omnibus namque aliis mulieribus dici potest, quod aliquo saltem imperfectionis nævo laborent: unaquæque fateri debet, & dicere: *In peccatis concepit me mater mea.* Omnes pro aliquo saltem tempore iræ Dei fuere subjectæ. De sola autem Virgine verificari potuit: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Deque ejus sacratissimo utero hanc habemus in Evangelio acclamationem: *Beatus venter qui te portavit.* Et de eodem scribitur: *Emissiones tuæ Paradisus.*

Eccl. 26. 13

Aliquot S. Josephi laudum encomia ex eo, quod Pater Christi declaratus fuerit, eruuntur.

DISCURSUS SEXTVS.

Erant Pater ejus & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Lucæ cap. 2. v. 33.

x. **N**illum mihi dubium est, quin sanctus Lucas loquens de admirantibus super his, quæ de puero Jesu passim dicebantur, de sanctissima Virgine & sancto Josepho loqui intendit. Unde Lyranus dicit: *Pater ejus, id est, Joseph.* At verò cum per Apostolum scriptum sit, *Ex quo omnis Paternitas* (id est ab æterno Patre) *in cælis & in terra nominatur;* &

Eph. 3. 15.

de Christo filio ejus dicitur: *Ante Luciferum genitus, & ante secula natus;* imo ipsismet nos monuit: *Nobis vobis Patrem vocare super terram; unus est enim Pater vester, qui in cælis est;* quomodo igitur Evangelista aliquis, ex sancti Spiritus instinctu scribens, sanctum Josephum Patrem Christi denominare poterit? Enimvero pro hujus dubii resolutione, eorum imprimis referam expositiones, qui quoad hunc gloriosum adeoque sublimem Patris Christi titulum sancti Josephi gloriam inde di-

Matt. 23.

ma.

manantem aliqua ex parte diminuerint. In-
 vocari igitur jam dictus Lyranus ait : Meruit
 vocari Pater Christi, eo quod nutritus ejus fuit.
 Origenes dicit: Honoravit eum Spiritus sanctus
 Patris nomine, eo quod puerum Iesum educavit.
 Nonnulli hoc vocabulum Pater à pascendo
 suam sortiri denominationem arbitrantur, ac
 proinde cum sanctus Ioseph filium Dei per tot
 annos eauterit, meritò Patrem ejus dictum
 esse. Vel etiam dici potest, quod, sicut tutor fi-
 lio suo pupillo in Patris locum succedit; ita
 quoque sanctus Ioseph Salvatori nostro in hoc
 munere successerit, utpote qui secundum hu-
 manam generationem, Patrem in terris non
 habebat. Unde Glossa ait: Quomodo Deus &
 Dominus innixus est fratri Ioseph? utique tan-
 quam tutori pupillus: quippe in hoc mundo sine
 Patre natus est, ita innixus est huic Ioseph, ut
 esset infansulo ipse Pater optimus, Sanctus
 Thomas existimat, quod licet Virgo post de-
 sponationem absque opera sancti Iosephi, fa-
 cta sit vera Dei mater, ideo quis arbitrari pos-
 sit ipsum in ordine ad partum divinum minime
 necessarium fuisse, Angelum tamen ex parte
 Dei indicare voluisse: Quod quamvis non sit
 necessarius conceptus, tamen utilis est procura-
 tioni, quia ipsa pariet filium, & tunc matri &
 filio erit necessarius; adeo ut hi omnes inferre
 velint hunc titulum ei convenisse ob hanc ne-
 cessitatem, & propter obsequia, quæ ambo-
 bus, id est, tam filio Dei, quam Mariæ præsti-
 turus erat: Necessarius matri, inquit Doctor
 Angelicus, ut ab infamia defendat, filio ut eum
 nutriat. Unde sicut sanctus Methodius Mar-
 tyr Mariæ excellentias extollere volens, hic
 eam salutatione veneratus: Ave, cuius Deus
 factus est indigus, ita quoque de sancto Iose-
 pho idem dicere possumus, adjungendo insu-
 per Ave Ioseph, cuius Deus & mater eius fa-
 ctus est indigus, siquidem ambo per triginta
 annorum spatium opera indiguerunt sancti
 Iosephi, utpote qui matrem pariter & filium
 eius aluit, cuiusque ope & paternali sub-
 sidio tot perispe pericula in Ægypto præcipue
 evaserunt. Etenim quis virginitati Mariæ fi-
 dem adhibuisset, nisi sanctus Ioseph ocula-
 tus eiusdem testis exitisset? Sic Maria ma-
 ter Christi (inquit sanctus Augustinus) vir-
 ginitate servata, sis autem & tu Pater Chri-
 sti cura castitatis, & honorificentia virgini

tatis. Glossa super hæc verba: Cum esset
 desponsata Mater Iesu Maria Ioseph, ait, ne
 esset testis castitatis, defendens eam ab infamia
 suspicionis. Enim vero ipse quoque fi-
 lius opus habuit, ut Ioseph pater suus crederetur,
 ad amovendam videlicet suspicionem,
 quasi ex adulterio conceptus fuisset, quod fa-
 cile æstimari poterat, quam diu ineffabile In-
 carnationis ignorabatur mysterium. Excellen-
 tior tamen tituli huius rationem Cardina-
 lis Tolerus attingit, dum ait: Dicamus ergo
 Ioseph dictum Patrem Christi, tum quia nutri-
 tius erat, tum quia communi opinione Pater
 reputabatur, tum quia vir & maritus erat
 beate Virginis matris Christi. Unde sicut I-
 sidoro Pelusiora referente, Alexander sciscitan-
 tæ quodam, cur tanto honore Antipatrum
 amplecteretur, respondit, quia Patris mibi loco
 est; ita quoque si ab Evangelistis sciscitentur,
 cur sanctum Iosephum ex dictamine Spiritus
 sancti, nec non ipsiusmet sanctissimæ Virginis,
 Patris nomine appellent, ipseque Christus ei
 tanquam filius ipsius subiciatur, responsio in
 promptu esse poterit: Quia illi loco Patris est.
 Et quidem tamen hoc ipsum in magnam fan-
 cti Iosephi excellentiam cedat, mihi tamen om-
 nino persuasero, ulterius nos in assignanda
 huius rei ratione progredi posse, & dicere san-
 ctum Iosephum in omnibus aliis, sola excepta
 generatione, Patrem Christi appellari posse.
 Etenim sanctus Philippus in Scripturis sacris
 admodum versatus erat, ideoque magna cum
 impatientia Messiam expectabat, & quidem
 tamen hunc sine ulla virili opera ex virgine
 nascituram esse probè nosset, attamen ipsum
 Dei filium, filium Iosephi appellare non dubi-
 tabat, tamen probè satis sciret eum unicum
 esse æterni Patris filium. Invenimus Messiam
 filium Ioseph à Nazareth; nec mirum, sciebat
 enim, quod, tamen eum non genuisset, non
 tamen ob hoc in omnibus aliis, præter gene-
 rationem, eius Pater esse desineret. Intendat
 mens humana, scribit sanctus Anselmus, &
 contempletur, videat & admiratur unum si-
 lium sibi consubstantialem Deus Pater genuit,
 hunc sibi tam unicum, & in omnibus omnino
 æqualem, non passus est remanere solummodo
 suum, sed eundem ipsum voluit in rei veri-
 tate esse beata Maria unicum & naturalem
 Filium

In cat. D.
 Th in Luc.
 c. 2.

In cat. in
 c. 1. Matt.

Orat. in
 Hypap.
 Domini.

Ser. 2. de
 temp.

Annot. se.
 in c. 2. Luc.

Epist. 126.

Ioan. 4.

Lib. de e-
 xul. Virg.
 c. 1.

Filium. Et quidem cur non etiam affirmare licebit, hunc eundem in omnibus aliis, si solam generationem excipiamus, pariter unicum fuisse Josephi filium, siquidem Evangelistæ ipsum sine ulla limitatione Christi Patrem nominant; verè considerabilia sunt illa Origenis verba:

Hom. 17. in Luc. c. 2. Lucas qui scripsit: Spiritus sanctus venit super te, & virtus altissimi obumbravit tibi: propter hoc & quod natum fuerit, sanctum vocabitur Filius Dei, qui manifestè nobis tradidit, quoniam virginis filius Iesus est, nec de humano conceptus est semine, sed Patrem ejus Joseph testatus est, dicens: Erant Pater illius & Mater admirantes super his, quæ dicebantur de illo. Cajetanus quoque verba illa observat, quæ sanctissima Virgo occasione amissi in templo duodennis pueri dixit: nimirum: Ego & Pater tuus: in generatione, sub, unxit idem Doctor, sed legitima appellatio est; erat enim maritus beatae Virginis, ac per hoc legitimus Pater Iesu merito appellabatur prater hoc quod officio cura pater erat. In cujus majorem confirmationem advertendum est, Virginem prius Josepho desponsatam fuisse, & ac demum post hoc sponsalium, eam à Spiritu sancto fecundatam fuisse verbo æterno. Et tamen nunquid propterea Spiritus sanctus sanctum Josephum mediantibus Evangelistis sponsum & consortem Mariæ appellare desinit: minimè gentium, imò eo ipso tempore, quo per Angelum Incarnationem suam operam & virtute consummandam, annuntians fecit, expressam ipsius tanquam sponsi beatæ Virginis mentionem fieri voluit: Ad virginem desponsatam viro, uti nomen erat Joseph. Ac deinceps effecit, ut Evangelistæ, quorum calamos ipse movebat, pluribus aliis in locis hunc ei Patris Christi titulum attribuerent

1. Quando sanctus Joseph Virginem sponfam suam gravidam esse vidit, siquidem operam Spiritus sancti verbum æternum conceperat: *Matt. 1. 18.* Inventa est in utero habens de Spiritu sancto, ex puræ humilitatis instinctu a sponsa sua recedere decrevit, indignum se ejus consortio & corruberno esse existimans: *Matt. 1. 19.* Voluit occulte dimittere eam. Circa quæ verba Theophylactus ait: A quo inventa est à viro, hoc est, innotuit, quod ex Spiritu sancto concepit, unde clam voluit eam dimittere, & non audebat habere uxorem, quæ tantam habebat

gratiam. Multoque minus illi Deo appropinquare præsumebat, coram quo sublimissimæ potestates contremiscunt. Veruntamen quia Deo proprium est, exaltare humiles, & in simplicibus sermo cernitur ejus, ideo certiore illum reddidit, se ex tunc magis quam unquam meruisse, ut Mariæ sponsus & consort, & consequenter etiam Divini partus sui pater existeret. Quia verò ex parte ipsius opponi potuisset, hoc Patris nomen ei nequaquam convenire, utpote qui nullam in hujus filii generatione haberet participium: quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est, ideo idemmer Spiritus sanctus, qui in hujus filii conceptione procuranda, partes Josephi suppleverat, securum eum reddidit, quod ob id privilegii & honoribus Patris nequaquam privandus, quin potius tanquam Pater Christi ab omnibus agnoscendus & in veneratione ac pretio habendus esset, ac proinde factorum Chronistarum suorum calamos & pennas eo permovit & disposuit, ut hujus veritatis clatum & frequens ederet testimonium, imò effecit ut eadem nomenclatura per os ipsiusmet sanctissimæ Matris Christi authenticaretur. Unde Gerson ait: Fuit pater generatione, non quidem sua sed Mariæ uxoris suæ, cooperante Spiritu sancto, & quodammodo vices Joseph gerente. Ad eo ut hoc quoque majori gloriæ sancti Josephi attribui mereatur, quod Spiritus sanctus ejus loco, conjugem ipsius Divino hoc partu fecundavit. Unde Angelus ex parte Patris æterni ei dixit: Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, moxque subjunxit: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Quia verò sanctus Joseph respondere poterat; Et hæc est ipsissima ratio, cur me indignum esse cenleam, qui ei appropinquem, & multo indigniorem; qui in officium & ministerium Patris me ingeram, ex quo in ea operari dignatus est Spiritus sanctus, ideo Angelus varia mox argumenta subjunxit, ex quibus manifestum ei fieret, Deum, hoc non obstante, in eum privilegia, jurisdictionem, & honorem Patris plenissime contulisse: Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Iesum; quasi diceret, tu partui huic assistes, tu natum brachiis tuis excipies, tu nutries illum, & in paternæ autoritatis signum, nomen illi impones, eumque circum-

Serm. de nat. Mar.

Matt. 1. 21.

cifio-

Lib. 2. de
fide or-
thod.

tionis caractere insignies : Et vocabis nomen ejus quem Quous verbis Theophylactus hanc glossam adhibet : *Vipote Pater tu vocabis.* Et S. Joannes Damascenus idipsum confirmat, dum ait: *Nomen imponere majestatis & dominus est, nomen verò accipere subjectionis & servitutis;* atque ideo legitur Salvatorem nostrum, cui S. Josephi tanquam Pater nomen imposuerat, se illi tanquam filium plene subjecisse : *Et erat subditus illi.*

3. Observavi sæpius in Scriptura sacra, bina vice Josephi tanquam sponsi Mariæ mentionem fieri; semel nimirum, quando virgo nondum in dignitatem matris Dei evecta erat, sive quando illam Spiritus sanctus nondum fecundarat, tunc videlicet, quando Angelus verbi incarnationem ei annuntiabat, tunc enim missus est *ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph*: deinde quando ipsa filio Dei gravida erat. Verum enimvero num forte lateans hac in re mysterium declarare valebitis? Notandum est igitur, quod dum Joseph secunda vice sponsus Mariæ appellatur, expressè dicatur: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam, quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*; ac proinde omnino credo responderi posse, per hanc nomenclaturam utraque vice Josepho impositam, significari, summam laudem ejus in eo præcipue consistere, quòd sponsus sit Mariæ, utpote quæ eminenti sanctitate sua omnes cæli sanctos in immensum transcendebat: hanc autem laudem vel ex eo quàm maximè crescere & augeri, quod nunc titulum pro eo quoque tempore accipiat, quo Spiritus sanctus quoque factus est Mariæ sponsus, ipsaque sponsa ejus ad infinitam Matris Dei dignitatem fuit evecta; per hoc namque Spiritus sanctus innuere voluit, quod tamen ipse sibi Mariam in sponsam adoprasset, per hoc tamen nequicquam derogatum esse voluerit juribus, quæ S. Josepho, tanquam sponso Mariæ in eandem & filium ejus competeabant, quòdque ipsa, licet Spiritus sancti sponsa esset, tamen *sub viri potestate erat*, ac denique super prole ex ea nata jus pariter haberet, licet Spiritus sanctus in

ejus generatione vices ejus supplerisset. Unde tamen Spiritus sanctus Virginem fecundaverit, ob id tamen Christi genitor aut Pater minimè denominatur, sed potius æternus Pater genitor illius, Pater autem ejus Joseph dicitur. Quid igitur Josepho deerat, quo minus omnimodè Pater Christi esset, nisi sola illius generatio? in qua tamen Spiritus sanctus *quodam modo vices Joseph gessit*, atque ideo ob hoc Patris nomen minimè perdidit. Enimvero nulli potest oboriri dubium, quin Spiritus sanctus incarnationem in Maria adoriri potuisset, priusquam S. Josepho desponsaretur, cur autem idipsum non fecit? Lucas Burgenensis dicit: *Prius eam nuptiam voluit Deus, nuptia autem fuerat, cum Angelus mitteretur, si conjectura est locus, jam sex diebus, ut sex ante annuntiationem diebus Ecclesia celebrat memoriam sancti Joseph, & nuptiarum illarum virginearum, dans intelligi virginem eo tempore, Spiritu sancto operante fecundam redditam, quo credi possit convenisse inter se filios sanctorum, tanquam sex diebus à nuptiis continententes & in oratione actis duplicato dierum numero quem Angelus Tobia præscripserat.* Præcipua autem causa fuit, quia si Spiritus sanctus incarnationem in Maria operatus fuisset, priusquam fuisset S. Josepho desponsata, sanctus hic Patriarcha circa divinum hunc partum, nullum jus habiturus fuisset, utpote cuius matrem nondum in sponsam acceperat, quæque *sub viri potestate non erat*, cum tamen econtra merum in eundem jus habebat, utpote natum ex ea, quæ vinculo conjugali ei obstricta erat. Tamen enim ex tunc, quòd in ea natum erat, de Spiritu sancto rat; illud tamen ab ejus jurisdictione exemptum non erat, quod illi competeabat, tanquam sponso

matris, ejusque partus seu prolis dilectissimæ patri solertissimo.

* *

*

Alia motiva considerantur ad demonstrandum S. Iosephum
Christi Patrem esse.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Ecce Pater tuus & ego dolentes querebamus te.

Lucæ cap. 2.

1. **S**, Anselmus eximia magnæ Dei Matris laudes brevi compendio constringere volens, ita scribit: *De Maria asserere, quod Mater Dei est, superat omne, quod sub Deo dici potest; quem proinde imitantes, ut excellentiora S. Iosephi præconia breviter perstringamus, dicere sufficiet, quod Pater sit Filii Dei.* Justinus Historicus de Ptolomæo Rege refert, quod cum is tempore vitæ suæ, Regni sui potestate se exuisset, ut filium ejusdem Majestate indueret, acciderit, ut dum solemnia coronationis filii ipsius festa agerentur, ipse inter cæteros veluti homo quidam privatus consistens continere se non potuerit, quin exclamaret: *Omni regno pulchrius est Regis esse patrem.* Profectò dum nos altissimæ contemplationis oculum in supernas beatorum spirituum, aliorumque cælitum Hierarchias desigentes, inter cæteros S. Iosephum intuemur, idem ipsi effatum attribuere posse videmur, dicendo: *Omni regno pulchrius est Regis esse patrem.* Omnem namque cælestis regni gloriam, ut ita dicam, superat, si quis post Patrem æternum, ejusdem Filii Christi Jesu Pater agnosci & prædicari jure possit.

2. *Ecce Pater tuus.* Singulariter ponderandum est, quod præterquam sacrorum Evangelistarum veridicæ pennæ Iosephum Salvatoris nostri Patrem fuisse claro testimonio confirmant, ipsamet quoque ejusdem Salvatoris nostri mater, tamen eum in partus sui generatione participium nullum habere, sed hanc solius Spiritus sancti opus esse probè sciret,

ipsum nihilominus etiam honorificentissimo Patris filii sui titulo condecoravit. Unde S. Augustinus scribit: *Ipsa Virgo Maria fuit conscia, quod non ex ejus concubitu suscepit Christum, tamen eum Patrem Christi dicit.* Bene autem advertendus est locus, in quo hunc titulum, quem hæcenus ei nunquam, quantum nobis saltem constat, attribuerat, de eo contestata fuerit: Neque enim id in via quadam, seu foro publico, aut in hospicio vel domo privata urbis Hierosolymitanæ, sed in Templo fecit, ubi verisimile est, multos scribarum, Doctorum legis, & sacerdotum, quibuscum duodennis puer existens disputaverat, quiq; divinam ejus sapientiam fuerant admirati, fuisse præsentem. In simili inquam circumstantiarum concurrentia, S. Iosephum glorioso hoc Patris Christi titulo honorare voluit. Et quidem tamen verum sit, quod Jesus responderit: *Nesciebatis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me esse, æternam enim generationem, secundum quam æterni Patris filius erat, significare volens; per hoc tamen ab obedientia & subjectione paterna quam S. Iosepho debebat, se subducere nequam voluit; imò Evangelista expressè dicit, quod eodem tempore tam virgini quam S. Iosepho filialem reverentiam, respectum & obsequia detulerit; Descendit cum eis, & venit in Nazareth, & erat subditus illis.* Verum inquit, quid opus erat, ut iis se rebus, qui ad æterni Patris sui obsequium pertinebant, addiceret, aut verò si id ei faciendum erat, quomodo se, Iosephum consecretando, & cum eo in domum suam Nazarethanam descendendo

De cons.
e. ang.

Matt. 6.
Luc. ser. 2.
63.

Luc. 2. 44.

Luc. 2. 51.

cidem

eidem se obedientem esse probavit? Ecce documentum quoddam valde eximium, quod filiis Deum timentibus exemplo suo posse relinquare voluit, nimirum quod tunc se Patris, quem in cælis invocant, veros probabant esse filios, quando destinato illis in terra Patri obediens illiusque venerabundi fuerint. Magna proinde consideratione dignus est ille, quem Dei Filius S. Josepho semper detulit, respectus, utpote quem tanquam Patrem venerando, pariter obsequium & honorem æterno Patri suo se deferre censebat: *Vide, quomodo magni consilii Angelus suum consilium postposuit consilio seu potius voluntati s. fabriunius;* inquit S. Bernardus. Voluntatem namque quam S. Josephi arbitrio subijcere voluit, id quod per verbum illud *descendat* clarè significatur. Enimvero S. Bernardus acute obliervat Beatam Virginem, Christum hic omnium primò Filii nomine appellasse dicendo: *Fili quid fecisti nobis sic? Filius autem, à Philos,* inquit Sanctus, id est, amor, denominatur; profectio enim dulcius amor, denominatur; profectio enim dulcius amoris verbum proferre non potuit, quam hoc, cum ait, *Fili.* Cui materni amoris signo dolorem affociavit, subjungendo: *Dolentes quarebamus te;* ita tamen ut amoris & dolori suo, amorem quoque & dolorem junxerit Josephi, eundem nimirum dolorem & amorem suo æqualiter associando: *Dolentes quarebamus te.* Ubi insuper advertendum est Virginem non dixisse *Fili mi,* tametsi verbum istud majorem affectus tenerritudinem exprimeret; & ratio est, quia omnibus manifestum esse volebat, quod Jesum non suum tantum, sed & Josephi filium æstimaret, cujus longè clarius testimonium edidit per verba sequentia: *go & Pater tuus.* Et quia sanctissimus Josephus inquit S. Bernardus, horum duorum gustum mirabiliter particeps fuit, ideo Beata Virgo singulariter vocat eum Patrem Christi: Qui idem sanctus egregiè ad propositum nostrum subjungit: *Vbi notanter advertendum, quod hic solum legitur Virginem Joseph appellasse Patrem Jesu, quia sensus doloris, quem habuit de Jesu perduto, verum in eo ministravit patris affectum.*

3. *Ecce Pater tuus.* Equidem Pater Christi ob conjugium cum virginea Christi matre

contractum denominari jure potuit. Unde Rupertus Abbas Tuitiensis super verba illa: *10. Matth. c. 2. seph virum Mariæ, ait: inum Maria cum dicit, magnum & verum nomen B. Iosepho attribuit, quia si est vir Maria, est & Pater Domini.* Veruntamen in hujusce filiationis argumentum Doctissimus Salmeron aliud quoddam argumentum efformavit. En ipsissima ejus verba: *S: adoptio, quæ hominum est inventum, verè To. 3. tro facit filium ejus, quem quis adoptavit apud 30. homines, ita ut in eum transferat non solum nomen familia, verum etiam hereditatem; quidni ergo Deus potnerit Ioseph patrem Christi const. t. ere? Omnes etenim facti Doctores in hoc c. n. sentiunt, inquit idemmet Doctor, quod verba, quæ Christus suæ sanctissimæ Matri, & S. Joanni locutus est, id effecerint, quod discipulus deinceps Mariam loco matris, mater autem Joannem loco filii habuerit, quodque relatio ex illa adoptione exfugens major fuerit ea, quæ naturæ & consanguinitatis vinculo annexa. Ac proinde concludit: Proinde amorem, curam, & obedientiam, jus adeundi hereditatem, si qua fuisset in bonis, operata sunt, nihil mirum videri debet, si aliquam veram rationem patris, ac jus in Christum, quasi in filium Ioseph habuerit. Sanctus quoque Bernardus scribit: *Æternus Pater ejus primatius similitudinem sibi liberalissimè super in carnatum filium condonavit.**

4. *Ecce Pater tuus.* Quodnam obsecro in eo latet mysterium, quod, postquam Virgo sacratissima, à supremo illo Divini numinis consistorio, in Christi matrem electa, pariterque gloriosissima in hunc finem ad eum cælitus directæ fuit legatio, Iosepho nihilominus altera ex parte, nomen Infantulo imponendi munus impositum fuerit? Nam simul ac Angelus ei infinuavit: *Quod in ea natura est, de Spiritu Sancto est: continuo subjunxit: Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Jesum.* Pro dubii solutione juxta ea, considerandum est, quod nomen filii imponere, actus quidam sit, qui utpote ad Patris jurisdictionem pertinens, auctoritatem & potestatem denotat paternam. Unde Paulus de Palatio ait: *Proprium jus parentum filiis nomen imponere, ad nullum alium hæc jurisdicção spectat. Cum ergo Iosepho hoc*

ser. 3. de pasce.

ser. 3. de Ioseph à 2. c. 2.

Ar. 1. c. 3.

Matth. 1. hoc

hoc jus attribuitur à Deo, mihi videtur Iosepho collatum in Iesum ea auctoritas & jurisdictione, quam Pater in filios habet; quod Christus manifesta vit, quando erat subditus non solum Mariæ, sed etiam ipsi Iosepho; Salmeron in eadem sensum patenter scribit: Per unum actum imponendi nomen, significatur integrum officium patris; sicut per actum pasceudi, plena potestas & jurisdictione Petri, cui dictum est: *Pasce oves meas*. Sanctus Augustinus quoque idemmet mysterium notavit, dum ait: *Iubetur ut pueri nomen imponat, quia nomen de semine suo nato; Pariet, inquit, filium, & vocabis nomen eius Iesum*, quasi diceret sanctus Augustinus, sacra Scriptura nobis vult, ut innotescat, quod, tamen sanctus Iosephus in prole hujus generatione partem non habuerit, siquidem hæc per Spiritum sanctum & Mariam Virginem absoluta fuit; *Tametsi paternæ ei non auferatur auctoritas, cum iubetur puero nomen imponere.*

5. *Eccè Pater tuus.* Mysticus ille textus, quem sanctus Lucas capite tertio sui Evangelii habet, accuratius examinari & ponderari meretur, in quo refertur, quod tempore Baptismi Christo à Joanne collati, Pater æternus, voce de cælo dilapsa, Christum filium suum esse contestatus fuerit, & quod mirum est, eodem momento, eodem Evangelista referente, Christus etiam sancti Iosephi filius fuerit existimatus. *Iesu baptizato & orante apertum est cælum & descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum, & vox de cælo facta est; tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi; & ipse Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta & putabatur filius Ioseph.* Quidnam declarationi & reificationi Patris æterni, quo Christum filium suum esse testatus est, cum communis populi existimatione, qua filius Ioseph esse credebatur, commune intercedit? Et quidem, ut difficultas hæc tanto major esse videatur, sciendum est, quod nonnulli Iosephum ante Christi baptismum mortuum fuisse scribant, inter quos est sanctus Bernardinus, qui ait: *Fortè mortuus fuit sanctus Ioseph ante Christi baptismum, quia ex tunc nulla de eo in Evangelio est facta mentio.* Et quidem in revelationibus sanctæ Birgittæ à sanctissima Virgine factis, Commentator illarum id indubitatum esse censet. *Eccè igitur tibi latens hac in*

re mysterium. Sanctus Lucas enim rationem reddere videtur, cur Pater æternus, voce de cælo lapsa, Christum in conspectu totius mundi, filium suum esse declaraverit, nimirum quia jam à triginta retro annis, ab unoquoque, Iosephi duntaxat filius agnitus fuerat. Verum, inquires, cur hanc protestationem non citius fecit, cur expectare voluit, donec sanctus Iosephus ex hac temporali vita in æternam transisset, nimirum, ne potestati & jurisdictioni paternæ, quam ipsemet sancto Iosepho contulerat, quoad hanc externam coram mundo apparentiam, quicquam præjudicaret, nec gloria & honor, qui sancti Patriarchæ ex tanti Filii erga ipsum reverentia & submissione resultabat, vel minimum diminueretur. Sancta Martha quidem ipsum Dei Filium esse confessa est: *Ego credidi, quia tu es Filius Dei vivi.* Idem quoque testimonium sanctus Petrus ex institutione & revelatione Patris æterni ipsi reddidit: *Tu es Christus Filius Dei vivi*: at verò tunc id ipsum fecerunt, quando Ioseph iam mortuus erat, iamque hæc in Christum jurisdictione & auctoritate paternæ defecerat, quasi hæcenus id ipsum ex industria & studio confiteri distulissent, ne Iosephus in jure paterno aliquatenus præjudicaretur.

6. *Eccè Pater tuus.* Signum evidens, unde dignoscere possumus aliquem Patrem esse, hoc est, si nimirum paternæ alicuius potestati filius se sponte subiciat; Christum autem Iosepho se subicisse, ipsemet Spiritus veritatis attestatur, dum ait: *Erat subditus illi.* Sanctus Bernardus de modo se habendi Christi erga Iosephum, ita scribit: *Se habebat reverenter & obedienter sicut ad Patrem suum, & ipse non solum publicè reputatus est, & vacatus Pater eius, sed etiam tenere oportet, quod sanctus vir publicè se habebat ad eum, verbis, actu & gestu, atque cura & imperio, sicut verus pater ad filium suum, & similiter Christus ad eum, alio aperitè innotuisset vicinis, & mundo quod non esset filius suus.* Sanctus Bonaventura illo Salvatoris dicto utens: *Non venit ministrari, sed ministrare,* ita scribit: *Innuere eum humilia obsequia per domum faciente eum, & aliquando etiam suum nutritum*

Ioan. 11,
25.

Ar. 1, c. 2.

Opusc. de
med. vita
Christi.

tuum

Cap. 3. a. 2

Lib. 6. c. 58.

tium adjuvantem. Lucas Burgenſis, ſuper illa
 verba: Subditus illis, aliam facit conſideratio-
 nem, dum ait: Id eſt quiete, modeſte, & amice
 eis conuiuebat, & obediēbat in iis omnibus, in
 quibus ingenui filii obedire atque obſequi pa-
 rentibus, ſolent ac debent, etiam qua ad rem fa-
 miliarem ſpectarent. Albertus Magnus verba
 illa Evangelistæ: *Descendit cum eis*, ita pon-
 derat: *Congruē verbo descendendi utitur*, &
 propter ſitum loci, & propter humilitatem à
 maiestate descendit cum parentibus humilis
 sub ipsis, recordatus præcepti sui, Exodi 20. Ho-
 nora patrem & matrem; præpoſitio autem cum
 illis notat ſubjectionem, & ut perfectam de-
 monstraret humilitatem & obediētiā, sub-
 dit: *Et erat subditus illis*: Ac proinde ſcien-
 dum, Joſephum utpote modeſtiſſimum & hu-
 millimum in triginta annorum decurſu, pa-
 terna ſuper Chriſtum poteſtate nunquam utum
 fuiſſe. Unde nec conſtat, quod unquam eum
 hoc filii nomine appellarit, idque, ut eſt verſi-
 mille, ex peculiari modeſtiæ inſtinctu. Sanctus
 quoque Cyprianus dicit, verba vocis illius de
 cælo lapſæ, ſcilicet: *Hic eſt filius meus*, non
 fuiſſe pronuntiata ab aliquo Angelo, ſed ab
 ipſomet Patre æterno, ne ulla creatura hanc ſi-
 bi gloriam unquam vendicare poſſet, ut filii
 ſui ſe appellare poſſet Patrem: *Hanc vocem à*

De Baptiſ.

*ſua Paternitate delatam, nemo eſt, qui ambi-
 gat, non eſt, qui ſibi hoc verbum audent arro-
 gare* Veruntamen licet S. Joſephus huic Pa-
 tris titulum ſibi arrogare noluerit, æternus
 Pater voluit, ut Spiritus ſanctus eum variis ia-
 locis per Evangelistas filii ſui Patrem nomina-
 ret, nec non ut ipſamet ſanctiſſima virgo ma-
 ter ſua paternitatem ejus exprimeret. Lyranus
 ſuper illa verba B. Virginis: *Fili quid feciſti*
nobis ſic? hanc conſiderationem inſtituit: *Id-*
ſephus autem licet Pater ejus deceretur, tamen
non fuit auſus illum arguere, cum firmiter cre-
deret illum eſſe Dei filium. Albertus Magus
 verba illa: *Parentes ejus*, Gloſſa ſua illuſtrans,
 ait: *Quidam dixerunt, quod parentes ejus, hic*
dicuntur à pareo pars, non à pareo parus, quia
paruerunt obſequiis Domini Credibile eſt etc-
 nim, quod, tamen ſancto noſtro poteſtas Pa-
 tris & filio, & à Patre æterno, & à matre ejus
 collata fuerit, ipſe tamen humillimum illum
 Baptiſtæ de ſemetipſo ſenſum exprimere vo-
 luerit, dicentis: *Non ſum dignus, ut ſolvam*
ejus corrigiam calceamenti, vel etiam S. Pe-
trum imitari voluerit dicentem: Exi à me,
quia homo peccator ſum, Vel cum Eliſa-
betha dixerit: Unde hoc mihi,

Luc. 28

*ut veniat mater Domini
 mei ad me.*



Cur Christus hic in terris talem sibi virum in Patrem elegerit , qui artem exercebat fabrilem. Explicatur etiam gloria S. Iosephi ex eo, quod Christum sibi subiectum habuerit. Efficacia quoque intercessionis ejus demonstratur.

DISCURSVS OCTAVVS.

Nonne hic est Fabri filius? Matth. cap. 13. v. 55.

R Eceptissimum est axioma istud: *Omnia in sapientia fecisti.* Etenim Nativitas Salvatoris non accidit eodem modo, quo omnium aliorum hominum, utpote quibus convenit talibus temporibus, locis, progenitoribus, & stirpe ac progenie suos habere natales, prout illis minime errans Cœli providentia pro arbitrio destinavit. Non verò sic Redemptor noster, siquidem hic infinita sapientia sua hanc ab æterno elegit matrem, è qua nasciturus & carnè sumpturus erat, elegit & Patrem, cui hic in terris subjici voluit. At verò quodnam in eo est mysterium, quod, cum hominè sibi in Patrem eligere decrevit, eum que privatam & pauperem, eum insuper talem esse voluerit, qui artem profiteretur fabrilem? *Omnia in sapientia fecisti.* Utrique id nequaquam casu aliter accidit.

2. *Fabri filius.* Memorandum, quod, quamprimum prothomater nostra Eva tulit de fructu ligni, & per hanc rapinam universum genus humanum in innumerabilem conjecit miseriarum barathrum, Deus quoque noster, qui ex tunc eosdem homines per propriam incarnationem suam redimere determinavit, oculum suum in terrestri Paradiso in lignum quoddam conjecit, super quo pretiosissimi sanguinis sui pretium, velut in litrum nostrum effundere decrevit, ad quod Ecclesia hisce verbis alludit, dum ait: *De parentis prothoplasti fraudato factore condolens, quando pomi noxialis morsu in mortem corrui, ipse lignum tunc notavit, damna ligni solveret.* Princeps namque tenebrarum ligno mediante vicerat: ideoque

alio quodam ligno mediante, increata sapientia illum quoque vinci & superari voluit: *Uti qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.* In ligno igitur salutem nostram depositam esse volebat: *Salutem humani generis in ligno Crucis constituisti.* Ecce tibi mysterium, cur esse voluerit *Fabri filius.* Unde Chrysostomus dicit: *Ideo fabro lignario Maria desponsata erat, quoniam Christus Ecclesia sponsus omnium salutem hominum operaturus erat per lignum Crucis.* Cum enim Redemptor noster expressè declarasset, dicens: *Delicia mea, esse cum filiis hominum,* omneque gaudium & solatium in cruce repositum haberet; *proposito sibi gaudio sustinuit Crucem,* nulla erat in hoc mundo artis cuiuscunque professio, in qua Joseph majus Christo gaudium & satisfactionem conciliare poterat, quam in lignis tractandis, dirigendis & expoliendis: Unde S. Justinus Martyr in Dialogo contra Tryphonem ait: *Ipse Iesus faber puerbatur, fabriliter namque cum in hominibus esset, faciebat opera, & juga conficiens &c.* Atque hinc est, quod Christus in Parabolis Evangelicis, similitudinibus aratri, jugi, aliisque similibus per sepe usus fuerit suam videlicet consolationem, quam ex lignorum usu & conrectatione percipiebat, ostendere volens, utpote qui horam suam nondum venisse videbat, qua pro humana redemptione consummanda, in lignum confingendus erat. Unde Gerson ait: *Quia ex ligno natura humana est perdita, ideo conveniebat, ut Pater Lignarius diceretur, pater recuperationis & reparationis, & sic faber lignarius Iosephi esset Deo conformior, qui est omnium fabricator.* *Noè, cui sacra Scriptura*

*In cat. D.
Th. in
Mattho.*

Hebr. 12. 2.

Lib. de relig. Christ.

*De nat. Mar. con-
sid. 1.*

justi

justi titulum attribuit, Arcam quandam fabricavit, in qua universum genus humanum salvatum fuit: Ita quoque S. Ioseph, cum esset justus. Arcam non mysticā, sed veram in custodia sua habuit, de qua Angelus dixerat, *Ipse enim salvum faciet populum suum*: qui idem Christus alio quoque nomine lignum vite nominatus fuit, atque ideo jure merito Iosepho, qui faber lignarius erat, in custodiam assignatus fuit. Præterea considerare possumus, quod, cum Christus non solum pro humana redemptione consummanda, verum etiam, ad plantandas in fidelium suorum cordibus virtutes, & præcipue quidem ad humilitatem inferendam in terras descenderit: *Discite à me, quia humilis sum corde*, ideo non hominem quandam hujus sæculi divitem & potentem, magnaque autoritate præditum, in Patrem suum habere voluit, verum potius pauperulum quandam opificem, fabrum inquam lignarium, adeoque ille, coram quo ob summæ potestatis suæ reverentiam, sublimissimæ potestates contremiscunt, pauperis cujusdam hominis filius æstimari, eidemque subijci non fuerit dedignatus. Enimvero quod Deus, ad imperiosam Iosue vocem Solem firmiter subsistere fecerit, unicum fuit in sacris literis miraculum: *Sol contra Gabaon ne moreris; stetit sol*. Cur autem Sol iste cursum suum moratus, substitit? *Obediente Deo voci hominis*. Ecce hic tibi ob oculos positum Jesum, quandam in Iosue figuratum, cui ratione potentæ illius, quam obedientialem vocare solemus, cunctæ creaturæ obediunt, non lemel tantum, sed sæpius sancto Iosepho obedientem: *Obediente Deo voci hominis*. Quanta majestas est (inquit Paulus à Palatio) *eius gerere curam, qui omnium curam habet*? Quibus verbis merito addi potest: *Quanta majestas habere eum subditum*? David magnificentiam hominis considerans, qua Deus eum hoc ipso sublimaverat, quia nimirum cunctas eis subijcere voluit creaturas, obstupuit dicens: *Quid est homo, quod memores eius? Minusne paulo minus ab Angelis; omnia subiecisti sub pedibus ejus*. Quidnam igitur dicturus fuisset, si sanctum Iosephum è stirpe sua prodeuntem, ex una parte tanta paupertate pressum vidisset, ut artem fabrilem exercens, suis se sudoribus su-

stentare cogeretur, ex parte verbò altera eundem Deum totius universi creatorem qui *subjecit omnia sub pedibus nostris*. Tamen si tanquam Rex Regum infinitis ipso excellentior existeret, huic eidem Iosepho summa cum Reverentia & obsequio filiali vidisset subjectum. Porro sanctus Laurentius Justinianus ad hominem convertens ait: *Omnibus qua sub celo sunt, prætulit te*: sancto Iosepho autem certo quodammodo dici potest, ipsummet celum subjecisse, quando filium suum ei subjecit. Unde sanctus Damascenus exclamat: *O miraculum omnium miraculorum maxime novum! mulier Seraphinis sublimior effecta est, Deus visus est paulo minus ab Angelis minoratus: sileat sapientissimus Salomon, nec jam nihil sub sole novum esse affirmet*. Verum enimvero ecce tibi miraculum quoddam multo magis stupendum, scilicet videre Matrem & filium Dei, at ambos fabro cuidam lignario subiectos: *Nonne hic fabri filius? Et erat subditus illi*: Ipsa autem utpote sponsa sua: *Sub viri potestate erat*.

3. Enimvero ex hac tam Christi quam Virginis, erga sanctum Iosephum subiectione & reverentia, ejus intercessionem, patrocinium illius invocantibus efficacissimam esse, liberè conjicere & arguere possumus. *Voluntatem sicut unum se faciet*, inquit divinum Dei nostri oraculum. Unde si in eorum, qui Deum timeant, supplicationibus exaudiendis Deus adeo se favorabilem & propitium exhibet, quanto pronior esse credendus est, ad exaudiendas intercessiones eorum, quibus ipsemet se obsequiosum, & tanquam filium se obedientem esse demonstrat? *Domine Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui tua possit resistere voluntati*. Etenim dicere quidem nolo Iosephum Dei voluntati adversatum fuisse, siquidem de ipso potius constat, ut suo loco videbimus, quod nil aliud in ore & corde suo circumtulit, quam *Veritatem vivam & adimpleam voluntatem Dei*! Hoc tamen dicere ausim, quod Deo nostro majus gaudium non fuerit, quam sancti Iosephi voluntatem adimplere: *In ditione sua positus erat, & consequenter non poterat resistere voluntati ejus*. Ideo sancta Mater Ecclesia, non sine mysterio, magnam se in ejus

H h 2 inter-

De vita
solis, cap. 6.Orat. 3. de
nat. Deip.

Ios. 10. 12.

Psal 144.
13.

Matt. c. 1.

Esb. 13.

Psal. 8. 8.

intercessione, utpote potentissima, fiduciam habere probat, prouti ex oratione, in ejus officio recitari solita, satis liquet, dicit enim: *Sanctissima Genitricis tuæ sponsi quæsumus Domine precibus adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obsinet, ejus nobis intercessione donetur.* Etenim supponenda nobis hoc loco est, quædam superius innuata veritas, nimirum: *Nihil nos Deus (ut inquit B. Bernardus) habere voluit, quod per manus Mariæ non transiret.* Omnes etenim gratias, quas à divina majestate recipimus, omnes libelli supplices, quos in cœli signaturam transmittimus, per Mariæ manus transeant, necessum est. Hæc autem, ut diximus, sese S. Josepho voluntariè subjecit, tamen ab hac subjectione exempta esset, utpote quæ nullam in antiqua maledictione partem habuerat, ut esset *sub viri potestate.* Optimè igitur Arnodus Carnotensis de Dei Matre ita scribit: *Securum accessum jam habet homo ad Deum, ubi mediatorum causa sua filium habet ante patrem, & ante filium matrem.* Et quidem ex eodem fundamento secuti quoque esse possumus, de S. Josephi efficaci patrocinio, utpote in potestate sua habentis Matrem pariter & filium. Et hoc fortè est mysterium illud, ob quod Evangelista nobis S. Josephum proponit, in utriusque medio constitutum, velut mediatorem & intercessorem: *Invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem.* Porro S. Theresia, immensa quadam erga hunc sanctum devotione ferri solebat, siquidem in cap. 6. vitæ suæ multas se ab eo gratias recepisse fatetur, præcipuè tempore juventutis, quando omni erat humano remedio destituta; unde non meminisse se dicit, quod aliquam ab eo gratiam postulârit, quam non confestim obtinuerit. Aliis etenim sanctis, inquit S. Theresia, Deus concessisse videtur, ut in unica tantum necessitate possent succurrere, at verò expertam se esse frequenter, subsidium S. Josephi ad cunctas se necessitates extendere. Per quod Deus voluit innuere, quod, sicut in terris ei subiectus fuit, ita quoque in cœlo nullam ei gratiam denegare possit. Subdit ulterius eadem Seraphica Mater, se neminem ex iis, qui S. Josepho devoti exirent, cognovisse, qui non præter receptas gratias, magnum quoque fecerit in virtutibus progressum. Multi ab hinc

effluxere anni, inquit sancta, à quibus ego unquam quovis anno gratiam ab eo exopto, simulque felicem experior postulationis meæ eventum; quod si autem postulatio mea fortalset adeo recta non fuerit, ipse eam ad majus bonum meum inclinavit & dirigit. *Glossa super illa verba: Joseph fili David, ita scribit: ex nomine vocat, quasi notum & familiarem.* Hæc autem familiaritas gratiarum facilliter obtinendarum est indicativa. Quando Moyses pro remissione peccatorum populi sui Deum rogavit, jamque Deus ad eandem acceptandas pronus erat, dixit ad eum: *No vites ex nomine.* Ubi Rupertus Abbas Tuitienfis ait: *Præsertim cum dixeris, novi te ex nomine, quasi confiteor, quæ sit, ut, quod ipse notus est Deo, hoc alios, qui Dei notitia non sunt digni, commendare possit.* Aptissimè S. Bernardus in lectionibus hodie ad matutinum lectis consideravit, S. Josephum nostrum valde fuisse alteri, qui salvator dicebatur Ægypti consimilem. Sicut enim Rex Ægyptiorum suam huic auctoritatem delegavit: *Vno tantum regni solio te præcedam, ad tu oris imperium cunctus populus obediens.* Ita quoque eæro quodam modo dicere possumus, similem prorsus delegationem S. Josepho nostro ab æterno Patre factam fuisse, quando filium suum ei subiectum esse voluit. Unde Gerson ait: *Non est mirum, si Christus voluit, quod omnes creatura obedirent Josepho, cum & ipse obediens exiret & subiectus.* Rex Ægypti ad Josephum Jacobi filium dixit: *Terra Ægypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac habitare fratres tuos.* Idemmet Christus S. Josepho nostro dixisse viderur, fecultatem ei impertiendo, devotis, pro libitu suo, quascunque communicandi gratias, siquidem ipsius potestati terram illam optimam subjecit, quæ fructum illum protulit, de quo dicitur: *Benedictus fructus ventris tui, quæque sub viri potestate erat.* Quinimo ejus imperio semetipsum subjecit: *Et erat subditus illi.* Alter Joseph Ægypti, frumentum in sua custodia habuit: hic autem noster Joseph frumentum electorum custodivit, quo mediante omne triticum congregatur in horreum suum. Specialiter autem sperare possumus, intercessione ejus, pro remissione peccatorum nostro.

Exod. 32

Ser. de nas

Ser. 3. de nat.

In bibl. vet. p. de laud. virg.

Mat. 2. 16.

stro.

Arorum efficacem futuram esse: *Vocabis nomen eius Iesum* (ita ei Angelus annuntiasse noscitur) *Ipsè enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Cum enim ipse tantam in Salvatoris nomine, Christo imponendo potestatem habuerit, ad significandam peccatorum nostrorum remissionem; hinc optime sperare

poterimus ejus, hoc sine factam intercessionè, tanto fore efficaciorè, quanto certius constat, ipsum Virginis, quæ est *refugium peccatorum*, sponsum fuisse, & consequenter aliquod sibi in eandem Virginem comparasse dominium.

Nullus est, qui S. Iosepho in donis, virtutibus, & privilegiis omnibus aliis sanctis à Deo concessis æquiparari possit.

DISCURSUS NONVS.

Non est qui similis sit tibi. Psal. 39. v. 6.

1. **Q**UOD si S. Iosephi honorificerrimo filii Davidis titulo, ab Angelo condecorati merita & prerogativas, æqua recti iudicii bilancè trutinare volumus, valde nobis verisimile videbitur, eundem Angelum, visa per Spiritum P. opheticum, ejus tam ingenti exaltatione, ad eum conversum dixisse eidem: *Non est, qui similis sit tibi.* Ac proinde nos quoque super omnium coelitum gratias, dona, & prerogativas, lenitæ cujusdam & rigida censure oculos deflectamus, sic enim sperandum erit, vos quoque ingenuè confessuros esse, neminem inter omnes reperiri, qui S. Iosepho valeat æquiparari.

2. *Qui habitat in adjutorio altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur* dicebat quondam David: Etenim alii sancti, quoadusque hic in terris vixerunt, ab altissimi protectione fuerunt defensi. Unde idemmet Propheta dicebat: *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum, si exurgat adversus me praelium, in hoc ego sperabo.* Hodie autem, si veridicè discurrete volumus, fatendum utique erit, filium altissimi, de quo Angelus Mariæ in annuntiatione dixit: *Filius altissimi vocabitur*, per triginta annorum decursum sub protectione S. Iosephi, cum in domum suam recipientis, vixisse: *Deus caeli in protectione Ioseph commoratus est.* Alii sancti Deo dicant: *Domine refu-*

gium factus es nobis: Iosephus autem in omnibus Christi persecutionibus, & quando ab Herode ad mortem quaesitus fuit, & quando fugitivus in barbaram regionem se recepit, & quando ab Hebræorum malignitate insidias est passus, unicum Christi refugium exitit. Aliis sanctis quidam à Paradisi Angelus à Deo ad ipsorum custodiam est assignatus: *Angelus suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis:* Hic autem Deus noster homo factus in custodem suum Angelum quendam elegit, sed humana carne amictam, nimirum S. Iosephum, *ut custodiret se in omnibus viis suis.* Cum igitur Sapiens quondam dixerit: *Qui custos est Domini sui, glorietur*, quæ unquam inter omnes creaturas tam humanas, quam angelicas, ad hanc gloriam pertingere potuit, præterquam S. Iosephus, qui tanto tempore custos esse meruit Christi? Unde hoc fuit maximum illud prodigium, quod obstupescere fecit hanc sanctum, prouti S. Bernardinus meditatatur, dum ait: *Stupebat ruminando corde, & oculis intruendo, quod filius Dei se fecerat filium suum, & elegerat eum, ad illum nutriendum, bajulandum, regendum, & conservandum in necessitatibus vitæ suæ.* Porro de aliis sanctis scribitur: *Iustorum anima in manu Dei sunt, non tanget illos tormentum mortis.* Quibus verbis Spiritus sanctus asserere intendit, quod Deus justos à lechiferis eventibus haud secus

Prov. 28.
18.

Serm. de S.
Ios. art. 2.
cap. 20

Pf. 907.

Pf. 263.

Pf. 89.1.

custodiat, quam si eos in manibus suis porra-
ret. At verò quod S. Josephum attinet, res ita
se non habet, quin potius ipse Deum in mani-
bus & in brachiis suis persæpe portavit, multo-
ties eum præservando ab evidentibus periculis
mortis.

1077. 15. 5.
3. Non est, qui similis sit tibi. Sine me, inquit
ad Apostolos suos Christus, nihil potestis facere.
Opus enim habebant ipsius directione, ut-
pote à quo totaliter dependebant. At verò spe-
cialis hæc fuit sancti Josephi prærogativa, quod
Christus multis annis ipsi subditus fuerit, ut-
pote quem ipse iuxta Patris suæ directione gu-
bernabat, & erga quem, nec non & erga mini-
mos ab eo profectos nutus, Christus se obe-
dientissimum, & in omnibus dependentem fi-
lium esse exhibuit. Rupertus Abbas Tuirienfis
de Salvatoris nostri à sancto Matthæo conscri-
pta Genealogia discutendo, ultima ejus ver-
ba: *Jacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de
qua natus est Iesus*; ac ut ponderat, sequè ad
scalam Jacob, per quam videbantur Angeli a-
scendentes & descendentes, reflectit, dicens:
*Scala illa generatio Christi, & latera scala
summi Patres vel Principes sunt hujus genera-
tionis, Abraham atque David, ad quos promissio
facta est. Quisnam autem est ultimus atque
supremus scalæ illius gradus, cui Deus ipse in-
nititur? Supremus scalæ gradus cui Dominus in-
nixus est, iste est beatus Ioseph. Porro is, qui alte-
ri innititur, fulcro se opus habere comprobatur.
Et revera ita est: Hæc etenim unica est sancti
Josephi prærogativa, quod Deus se in hac vita
illo opus habere comprobavit: Cujus cura pa-
terna Dominus, de Maria natus, indiguit. Imò
non solum filius, sed & Mater ope & adjutorio
ipsius opus habuit. Id quod Angelicus Doctor
in ordine ad Christum hisce verbis declaravit:
Ne ab infidelibus tanquam illegitimè natus ab-
jiceretur: unde Ambrosius dicit super Lucam:
*Quid Judæis, quid Herodis posse adscribi, si na-
tum viderentur ex adulterio persecuti? Secundò
ut consueto modo, ejus Genealogia per verum
describeretur. Tertio ad tutelam pueri ne Dia-
bolus contra eum vehementius nocumenta pro-
curasset; Quarto, ut à Ioseph nutriretur. Ac
proinde sanctus Joseph quoad se dicere non
potuit, quod David ait: Dixi: Domino Deus meus
es tu, quoniam bonorum meorum non eges. Si-
quidem Christus propter nos factus egenus o-
pus habuit, ut in domo Josephi hospitaretur,
ejusque pane sustentaretur per tot annorum**

3. p. 9. 29.
art. 1.

Pf. 15. 21

decursum Quod verò Mariam attinet, habuit
& ipsa opus S. Josephi præsidio & auxilio, Ne
lapidaretur à Judæis ut adultera, vel ut S. Hier-
onymus scribit, ut in Ægyptum fugiens habe-
re: solatium. Et S. Thomas super idem caput
Matthæi pariter scribit: *Matri & filio suo ne-
cessarius*. Porro de Dei providentia scribitur:
*Aperis tu manum tuam, & implebis omne ani-
mal benedictione: oculi omnium in te sperant,
& tu das illis escam in tempore opportuno*. Hic
autem idemmet Deus unà cum matre suam
quotidie alimentum & sustentationem à manu
Josephi præstolabatur: *In sudore vultus Ioseph,
ejus pane vescabantur*. Unde Dionysius Carthu-
sianus scribit: *In Ægypto cum matre & puero
manibus suis victum conquirens septem annis*.

4. Non est, qui simile sit tibi. Supremus ille
Judex in universalis judicii die, in conspectu o-
mnium Angelorum aliorumque cœlitum, ele-
ctis suis, inter quos tot Patriarchæ, Prophetæ,
Apostoli, Martyres & Virgines erunt, manifestè
dicit: *Vente benedicti Patris mei, possidete pa-
ratum vobis Regnum*. Eorumque merita alle-
gando, subjungit: *Esuriis enim, & dedisti mihi
manducare, sitis, & dedisti mihi bibere, hospes
eram, & collegisti me; nudus & cooperuisti
me*. Omnes autem, ut facit textus ait, huic su-
premo Judici cum admiratione respondebunt:
*Quando te vidimus esurientem, & pavimus te,
sitientem & dedimus tibi potum, quando autem
te vidimus hospitem & collegimus te, aut nu-
dum, & cooperuimus te? Quibus mox Salvator
respondebit: Quamdiu fecistis unum ex his fratri-
bus meis minimis, mihi fecistis*. Verum enimve-
rò quodam erit illud præ omnibus electis, o-
mnibusque Spiritibus beatis Privilegiū, quod
ipsemet Judex, utpote S. Josephi hic in terris
existens filius, veridicè ad literam de S. Jose-
pho dicere possit, sibi ab eo ministratum fuisse
cibum, potum, amictum, inque domo sua per
tot annorum curricula hospitio excepisse. San-
cto etenim Josepho dicere poterit: *Esuristi, &
dedisti mihi manducare, hospes eram, & colle-
gisti me nudus eram & cooperuisti me? Quod si
enim beata Virgo ipsum vix natum in hybernis
rigoribus pannis involvit, panniculi hi sancti
Josephi erant. Multi que graves authores alle-
runt, ipsum subtractum sibi palliolum suum
quantumvis tritum & lacerum, Virginem au-
tem velum suum pro parvuli Jesu regimento
adhibuisse; ob quam causam utraq; vestes,
veluti pretiosissimus quidam thesaurus in san-
cta*

Lib. 1.
Com. in c.
1. Matth.

Pf. 144. 26.

In cap. 2.
Matth.

Matth. 24.
350

cta

Et Anastasia conservantur, ubi circa diluculum Natalis Domini solemnis est statio: *Pallium bre. e* (inquit Isaias) *utrumque operire non potest, ac proinde Sanctus noster pallium suum sibi quidem sustulit, ut filium Dei eo contereret, & tamen ipse nudus postea remaneret, non tamen ex frigore tremere cepit, quia ad instar Seraphini cujusdam celestis, Deo illi, qui Ignis consumens est, proxime vicini divini amoris incendio intus ardebat.*

Isa. 28. 10.

Pf. 10. 21.

Apo. 4. 10

In cap. 1.
Luc.

Phil. 2. 6.

Mat. 20.
28.

s. Non est qui similis sit tibi. De Angelicis Spiritibus scribitur: *Ministri ejus, qui factis voluntatem ejus.* Porro viginti quatuor illi seniores regis diadematis redimiti, coram illo Deo, quem adorant dominatones, tremunt potestates, procidebant ante sedentem in Throno, & adorabant coronas suas ante Thronum dicentes: *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem.* Ac proinde ad hunc honorem, quemlibet humanum intellectum longè transcendente, quinque ipsos cœlites Angelos in admirationem rapere sufficiat, quis unquam hominum pertigit, ut nimirum non solum ipsa Angelorum Imperatrix, verum etiam Deus ipse, qui dixit: *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra,* ad cujus divini nominis prolationem in signum summæ Reverentiæ flectitur omne genu cœlestium, terrestrium & inferorum, ut, inquam, ille tot annis coram S. Josepho humilietur, ei subjiciatur & obsequiosum se illius servum exhibeat, eum tanquam Patrem honorando, eique inserviando; *Et erat subditus illi.* Ex hoc itaque conjugio, inquit Didacus tella tantum honoris & laudis ipse Joseph comparavit, ut Matrem Dei subditam habuerit simul & filium. Porro de Christo scribit Apostolus: *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, & habitu in ventus ut domino.* Per fidem vestram vos obtestor & obsecro auditores, quandonam hæc S. Pauli verba in Christo adimpleta fuerunt? Cuiam Christus unquam in hac præsentis vita actualiter servivit, præterquam S. Josepho? Imo constans est multorum opinio, quod eum in fabrilibus operibus suis strenuè adaverit ac proinde ad reprimendam in Apostolis ardentem illam dominandi cupiditatem dixit ad eosdem Apostolos: *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare per illa verba innuere volens, quod*

in domo S. Josephi Patris passus non fuerit sibi ab aliquo ministrari, sed omnibus ministrare: *Et erat subditus illi.* S. Martha quoque Christo dixit: *Domine non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Du ergo illi ut me adjuves.* Quæ verba jure merito ad honorem S. Josephi retorqueri possumus dicendo, Christo minime suffecisse, quod ipse tanquam Patris sui filius in ejusdem Patris sui servitium sese impenderet, ideoque matrem suam in ejusdem filialis obsequiis adhibuisse coadjutricem.

Luc. 10. 40.

6. Non est qui similis sit tibi. Celebris quidem est illa S. Hieronymi sententia dicentis: *Nescit religio Christiana personas accipere, neque conditiones hominum, sed animos inspicit ad celant. singulorum, servum &obilem de moribus pronuntiat.* Et tamen S. Bernardus e contra scribere non dubitat: *Nescio tamen, cur virtus in nobili plus placet, forte quia plus claret.* S. Iosephus autem in neutrius decore parem sibi habet, sive nobilitatem consideres virtutis, quæ sola in cœlesti æstimatur curia, sive pariter illam, quæ penes mundum habere in pretio solet. Quantum enim ad nobilitatem Christianam hoc solum dicere sufficiat, quod in novo testamento omnium primus extitit, qui evidenter & clare à spiritu sancto fuit canonizatus, siquidem ipsum perfectum declaravit sanctum: *Iosephus autem cum esset iustus.* Paulus de Palatio de illo dicit: *Primus v. o. am, qui Christi celsitudinem novit, st Ioseph.* Fuit ex hominibus primus Christianus: *Novit prius puer Baptista, porro ex viris primus Christianus, primus, qui Christo adhaesit, Ioseph fuit.* Primus fuit qui Christum adoravit, primus qui ei locutus fuit, primus qui suis eum brachiis strinxit, denique primus, qui ejus amore pati cepit. Quoad nobilitatem verò terrenam ac temporalem: *Non est, qui similis sit illi.* Unde S. Bernardus hanc circa illum considerationem instituit: *Fuit de stirpe Patriarchali Regali atque Ducali.* In ejus namque linea quatuordecim enumerat duces, quatuordecim Reges, & totidem Patriarchas, & concludit: *Fuit ergo Ioseph in tanta nobilitate, ut quodammodo, si liceat dicere, dediti temporalem nobilitatem Deo in Domino Iesu Christo.*

Epist. 22.
ad Celant.

Epist. 113.

Matth. 2.

To. 3. ant.

In Luc.

7. Non est, qui similis sit tibi. Quoad sublimitatem gloriæ sancti Josephi, qua omnibus sanctis cœlitibus supereminet, Didacus Stella ejusmodi argumentum in medium adducit: *Etenim Christus ait: Qui mihi ministrat, me sequa.*

sequatur, & ubi ego sum, illie sit & minister meus Quo supposito: Iste in cœlis inter supremos videtur collocandus, qui in terris ipsi Christo familiari obsequio servavit, & fidelium omnibus post Mariam inventus est. Veruntamen longè præstantius esse videtur, quod ipsemet Christus, ut diximus, S. Iosepho immediatè ministravit atque servierit. Adhæc idem stella aliud quoddam ejusdem generis argumentum adducit, in eo nimirum fundatum, quod Saluator noster ingens præmium decreverit illi, quicumque amore sui calicem aquæ frigida pauperi dispensarit: Si ille, qui Propheta dederit vas aquæ frigida, mercedem ab ipso Propheta accipiet, quam mercedem is accipiet, qui non solum unum vas aquæ dedit sed multa, panem, & obsonium ipsi Prophetarum Domino? Qui recipit justum inquit in eodem loco, in nomine justis, mercedem justis accipiet. Deus autem incarnatus, qui in hunc mundum venerat, justus ille erat: Rorate cœli de super, & nubes pluant justum sed ab omnibus passim speretis; à nemine recipiebatur: *Sui eum non receperunt.* Solus Ioseph autem cum esset justus, in domum suam eum recepit, unde Deus incarnatus ad eum dicere potest: *In te projectus sum ex utero, de ventre matris mea tu es protector meus.* Nam ad instar projecti cuiusdam ab omnibus repellabatur: Non erat ei locus in diversorio. Solus Iosephus suscepit eum, curam & sollicitudinem habuit educandi & nutriendi illum,

In cœl. Luc.

Matth 10.
41.

Joan. 1.

Ps. 111.

eumque velut unicum & dilectissimum filium tractandi: quis igitur dubitabit: quin mercedem justis non acciperet?

S. Non est qui similis sit tibi S. Iacobus Apostolus in Epistola sua Canonica doctrinam quandam tradit, & qua facili negotio deducitur, quod, quanto quis Deo magis appropinquat, tanto quoque Deus homini propinquior fiat, & consequenter divinas ejus perfectiones magis participet: *Appropinquasti Deo, inquit, & appropinquabit: vobis.* De S. Iosepho autem secunde dicere possumus, quod Deo præ omnibus proximior factus sit, ideoque cum Deo strictius fuerit unitus. Et quidem si à signis exterioribus deduci vel conjici potest status interior perfectionis & sanctitatis, omnibus constat, quod S. Iohannes Baptistam, Christum baptizando, eoque pettigerit, ut manus suas elevare potuerit super verticem capitis Christi S. Iohannes Evangelista in ultima cœna, capite super ejus pectus reclinavit: Magdalena pedes osculata fuit: S. Thomas Apostolus in vulnerum illius cicatricem, digitum suum misit; Et hisce favoribus, quilibet ex prænominatis, unica duntaxat vice gavissus fuit. At verò S. Iosephus omnibus hisce gratis multis annis fuit privilegiatus & fructus, imo totum Christum, quantus erat, in sua facultate habuit, siquidem erat subditus illi: adeo ut de ipso merito affirmare liceat: *Unus est, & secundum idem non habet.*

Iac. 4. 8.

Eccl. 4.



Sanctitas S. Iosephi ex eo, quod longo tempore stricta ipsi cum sanctissima Virgine & Christo familiaritas intercesserit, ostenditur.

DISCURSUS DECIMVS.

Inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem.

Lucæ cap. 7.

1.

AXioma est ab oraculo cœlesti in Psalmis descriptum: *Cum sancto sanctus eris, cū viro innocente innocens eris.* Unde continua conversatio, quam S. Ioseph cum Dei Matre sponsa sua, de qua sancta Ecclesia canit: *Sacrarium Spiritus sancti*, & cum sancto sanctorum, Christo videlicet habuit, in perspicuam eminentis sanctitatis ipsius notitiam nos perducit. Ecce enim, ubi devoti pastores illi S. Iosephum inuenerint, in medio videlicet inter Virginem & filium ejus. Optimè S. Bernardinus notat, multos ex eo, quod diuturno tempore, sanctis quibusdam, scilicet S. Paulo, vel S. Francisco, aut aliis similibus sanctis familiares fuere, magnum sibi inde lumen, Deique notitiam comparasse. *Quanto igitur magis credendum est, quod sanctissimus iste vir tanto tempore, quanto suis cum Christo & Matre ejus? Zachæus usurarius & publicanus erat, nec ullam Christi cognitionem habuit, aut notitiam; postquam verò Christus ad prandendum cum ipso invitatus, in domo ipsius pauculis horis cum Zachæo dimoratus fuisset, talem in eadem mutationem causavit, ut ejusdem Christi testimonio non tantum ipse, verum & omnes domus familiares conscripti mox fuerint in libro vitæ: Hodie huic domui facta à Deo facta est Zachæus qui ante avarus fuerat, postea factus est subitò liberalissimus elemosynarius: Ecce insiduum bonorum meorum Domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.* Cum igitur Christus in domo S. Iosephi, qui de facto erat existentiæ perfectionis, Ioseph autem vir ejus cum esset justus, triginta annorum spatio fuerit conversatus, facile erit unicuique conijcere, quan-

to majora incrementa sanctitas illius per continuum & familiare illud cum Christo consortium affectus fuerit, idque tanto fit credibilius quanto minus dubitare fas est, ipsum cœleste hoc consilium: *Sanctus sanctificetur adhuc*, executioni perfectissimè mandasse. Similiter Magdalena erat in civitate peccatrix & tamen vix pedes Salvatoris nostri lachrymis suis lotos capillis deterserat, cum dici sibi audivit: *Dilexit multum.* quid igitur de sancto nostro dicemus, qui vitam traducens innocentissimam, cum esset justus in præstândis Christo obsequiis per tot annos se adeo diligenter & exacte impendit, illum vestiendo, cibando, à tot periculis eripiendo, eique sollicitè & peramanter, amantissimi Patris loco deserviendo? Dicere solent Theologi, quod sanctitas animæ ad charitatis & divini amoris mensuram perpetim crescat. S. Ioseph autem huic veræ charitatis igni triginta continuis annis vicinissimus semper fuit: *Deus charitas est; ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?* ac proinde præ quovis alio sancto, præsentissimam habuit, lese ad hunc divinum ignem calefaciendi occasione. Suarez hac de re ita discurret: *Post Christum natum longè majus in Ioseph fuisse sanctitatis augmentum intelligitur, tum quia cum Christum probè cognosceret, illius frequenti conversatione & continua presentia, ad frequentissimos charitatis actus excitabatur. Quain sententia considerabile est verbum illud continua presentia.* Abraham quoque, ut sanctitate imbueretur, hæc à Deo verba audivit: *Ambula coram me, & esto perfectus.* Ita quoque Moyles de Noë scribit: *Vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit.* S. Iosephus autem in sanctitatis suæ augmentum non solum hanc Dei præsentiam per triginta anno-

Apoc. 21.

11.

To. 2. 3. 9. q. 29. 1. 1. & 2. disp. 8. sect. 2.

Gen. 17. 1.

Gen. 5. 24.

Ps. 17. 26.

Sermo. de S. Ios. n. 2. 6. 1.

Lucæ 19. 9.

rum decusum semper exereuit, verum insuper de eo considerandum est, quod idemmet Deus ambulavit coram eo, id est, in omnibus gressibus suis ab obedientia & directione S. Josephi, utpote hic in terra Patriis sui, dependere voluit.

Art. 2. c. 2. Unde S. Bernardinus ait: *Cogita quanta reverentia & quanta puritas mentis, & carnis, & affectus, & sensus erat semper necessaria ipsi Ioseph, in assiduo atque immediatissimo & secretissimo convictu, colloquio, & à Spiritu Iesu vigilantis, dormientis, comedentis prope ipsum & Matrem in eodem parvo tuguriolo.* Unde veluti indubitatam conclusionem hanc statuit: *Necesse est hunc virum fuisse admiranda gratia & virtutis primò quantum ad matrimonialem unionem, secundò quoad continuam cohabitationem, tertio quoad sedulam administrationem.* Exploratores terræ promissionis, ut iis, à quibus missi fuerunt, fertilitatem regionis illius indicarent, fecundissimum quendam botrum uvæ secum extulerunt. Eodem prorsus artificio S. Evangelista Marthæus de S. Iosepho tractaturus, uti videtur siquidem ne opus esset in specialioreni descendere enarrationem virtutum, donorum, & gratiarum, quibus magna illa anima locupletabatur, visum fuit ei sufficere, si qualis fructus ille terræ promissionis, quæ in sua erat potestate, fuerit, tantummodo recenseret, ideoque dixit: *Ioseph virum Mariæ de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus, ecce fructum benedictus fructus Ventrus tui Unde Salmeron ait: Non sine causa dictum Ioseph, quia fructus huius immaculati conjugii fuit gratia Dei augmentum.* Ioseph enim idem est, quod augmentum. Verisimile est etiam, quod Didacus Stella de votò meditatur, videlicet quod: *Cum nullo homine Christus & eius sanctissima Mater in hac mortali vita, ita familiariter egissent.* Porro beatissima Virgo, reclusum in utero filium Dei deferens, ad salutandam Elisabetham abiit, eidemque modico tempore servivit, cum ecce S. Joannes in ventre Matris suæ mox sanctificatus fuit: S. Joannes Evangelista super divinum Christi pectus brevissimum somnum capit, idque non nisi semel, & tamen meruit ut virginea Mater suæ traderetur custodiæ: At verò ut idem Stella observat, hoc ei non nisi in ultimis Virginis annis obtigit: *Paucis annis cum ea habitavit, Ioseph autem triginta annis.* S. Simeon cum intra brachia sua portavit & pectori adstrinxit, & Spiritu sancto plenus exclamavit: *Nunc dimittis servum tuum Domine. At*

verò quænam est S. Iosephum & Simeonem inter proportio, qui eum toties in sinu suo excepit, & in brachiis suis portavit, ac pectori adstrinxit? verisimile est utique, ei, in tam arcta familiaritate, constituto præ quovis alio, altissima & reconditissima fuisse revelata mysteria; Quod si enim Apostolis suis dixit: *Lam non dicam vos se, vos, sed amicos, quia servus nescit, quid faciat Dominus ejus; utique divina secreta sua copiosius S. Iosepho participavit, utpote quem veluti Patrem suum respiciebat & honorabat.* S. Thomas de Villa nova proinde hisce affectu plenissimis verbis ei collatur dicens: *Felix Ioseph, cui donatum est talibus interesse mysteriis, horum gaudiorum fieri consortem, qui dulcissimos audire concentus, celestium Spirituum sentire tripudia, videre obsequia, orantes Angelos, adorantes Reges, latantes Pastores beatorum oculis inspicere meruisti.* Quod si solus Christi sermo beatus, ut ita dicam, reddidit Apostolos, ideoque S. Petrus dixit: *Verba vite æterna habes; qualibus igitur consolationibus celestibus perfusa fuerit anima S. Patriæ hæ nostræ, qui quotidie per triginta annos continuos hoc singularissimo favore gavissus fuit! Quam dulcis faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo!* Sponta illa celestis omnino anxia dicebat: *Quis mihi dat te fratrem meum surgentem ubera Matris meæ, ut in veniam te foris, & deosculer te, & jam ma nemo despiciat? Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebit.* Sanctus Ioseph quoque huic divino sponsulo qui erat Christus à sponsa sua lactatus, dicere poterat, se cum erga se prorsus amabilem reperisse, eumque in domum suam recepisse, interiorumque edoctum ab illo esse, ut agnosceret eundem sponsum veram esse & increatam sapientiam, *Filius sapiens lætificat Patrem.* Sapientior autem filius inveniri nequit, quam sit hic Iosephi filius, utpote qui est æterna sapientia Patriis, ac proinde quis explicare poterit, quantum gaudio S. Iosephum Patrem suum interiorius adimpleverit? Cardinalis Toletus verba illa Salvatoris: *Beati oculi, qui vident, quæ vos videris: dico enim vobis quod multi Reges & propheta voluerunt videre quæ vos videtis, & considerans, suumque inde discursum in S. Iosephum convertens, subjungit: Ipse enim non solum vidit & audivit, sed in ulnis sæpe portavit, frequenter amplexus & osculatus est, per plures annos educavit, & paternis officiis ipsi ministravit.* De increata illa & divina sapientia

Ioan. 5. 25

Conc. 4. em

nat. Dom.

Ps. 118. 113

Cant. 8. 2.

Prov. 10. 29

In cap. 11

Luc.

Prov. 8. 31.

scri-

Art. 2. c. 2.

1. 2. 17. 4.

De cap. 1. 1. Luc.

Prov. 8.31. scribitur: *Deleſtabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarū, Ubinau verò in toto orbe terrarum ſenſus verborum iſtorum veracius adimpleretur, quam in feliciffima S. Joſephi domo, in qua verbum inſans, ad inſtar alio: um ſux ætatis puërorum, ut ſe hominem aliis ſimilem eſſe oſtenderet, omni cum modestia ludebat, & jocabatur gaudens, erantque luſus illi, in dicitia gaudii illius interioris, quo ſe, ad redemptionem noſtram conſumandam, hominem factum eſſe lætabatur.*

Cap. 2. *Delit & mea eſſe cum filius hominum.* Unde B. Laurentius Juſtinianus in fasciculo divini amoris ita ſcribit: *Quid admirabilem, quàm Dei filium Virginis mamma ſugere, Joſeph ſoveri in gremio, diſcurrere, diſcumbere, comedere, & iſera hominis officia tanquam homo veriſſimus exercere?* Cumque S. Joſeph tantum erga Chriſtum illi viciffim per ingentem gratiarum favorumq; cœleſtium abun dantiã, liberaliter reſpondiſſe:

Art. 2. c. 2. *Quis denegat (inquit S. Bernardinus) quod ipſi ſenenti Chriſtum in brachiis tanquam Pater, & balbutienti aut conſabulanti cum ipſo ut Pater, Chriſtus ſive inſans, ſive adultus, nõ ingeneret aut imprim:ret ineffabiles ſenſus atque ſucunditates à ſe ſemper ipſo, & hoc cooperante exteriori gratia Chriſti cum filiali aſpectu, aſſuetu, atque amplexu? Credibile etenim eſt, quod ad hujus divini infantis vultum propius accedendo dixerit: Domine in lumine vultus tui ambulabimus. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis: vel manus ejus apprehedendo, in hæc verba proruperit: Manus tua Domine fecerunt me, & plasma verum me totū in circuitu, aut ejus amplectendo pedes, ſingultiens dixerit: Terra, mi Jeſu ſcãb. dum pedum tuorum.*

Pſ. 88. 16.

Pſ. 44. 13.

Pſ. 118. 73.

In cap. 1. Matt.

2 Ad hæc cum vera beatitudo in nulla re alia conſiſtat, quam in viſione Dei: in quem deſiderant Angeli præſp:ere; beatiffimus cenſendus erat S. Joſeph, ut pote qui faciem illam ſemper ſpeculari poterat, quæ patriam illam cœleſtem beatam reddit, licet carnis noſtræ velo contectam. Unde Albertus Magnus dicit eum multo melius, quam Moyses olim dicere potuiſſe, Num 12. Ore ad os loquor ei, & palam & non per anigmata & figuras Deum v. deo,

Moysi enim tantum Angelus loquebatur, ſancto Joſepho autem: Magni conſilii Angelus. Angeli ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt: S. Joſeph autem oculos ſuos in filium deſixos habebat, ideoque nihil erat, quod Angelis invideret. Angeli quoque coram illa ſuprema Majeſtate in pedes erecti aſſiſtunt: Decies centena miſſa aſſiſtebant ei: Hic autè Deus ipſe, ut S. Joſephum tanquam Patrem revereretur & honoraret, coram ipſo nonnunquam in pedes erectus ſtabat, quia erat ſubditus illi, Benjamin amantiffimus Domini habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo, tota die morabitur, & inter humeros ejus requieſcet. Etenim Jeſus filius Joſephi absque eo, quod æterni Patris ſui ſinum deleteret: nigenitus qui eſt inſinus Patris, frequentiffimè in S. Joſephi ſinum ſumma cum confidentia & amore requieſcebat. S. Petrus Damianus illum textum è ſacris Canticis: Revertere Sulamitis, ut in tue amur te, conſiderans dicit, hæc voces fuiſſe, quandam ab Angelis factam invitationem, qua Aſſumptionem beatiffimæ Virginis Mariæ quantum fieri deſiderabant. Verum in quies, nunquid per intuitivam Dei viſionem plenè perfectèque beati erant? Reſpondet S. Bernardinus de Aſſumptione: Quilibet cœleſtis ordo latetur, quia in B. Virgine reperit aliquid gloriæ ſpecialiſſimæ. Cogitatis igitur, quali gloria S. Joſephi tot annis gaviſus fuerit, quibus non ſolum cum Maria Virgine, verum & cum ipſomet Deo habitabat & conſababatur quotidie. Denique idemmet Bernardinus efficaciter quodam argumento concludit, & dicit: Quod ſi B. Virgo peccatoribus, hominibus ſceleratis, qui pœnitudine ducti ad ipſam recurrunt, gratias & dona ſpecialiffima impetrat, quot igitur gratiarum charismata ſponſo ſuo obtinuit, viro innocenti & ſancto Cum eſſet juſtus? Cum, qua ſunt uxoriam ſubdit alterius ſint viris, credo quod beatiffima Virgo totum theſaurum cordis ſui, quem Joſeph recipere non poterat, ei liber aliſſimè exhibebat,

Mat. 18. 10.

Deut. 33. 12.

Cant. 2. 13.

To. 3. ſer. 11. c. 2.

Art. 2. c. 1.

* *

*

Ex quo S. Brigittæ à sanctissima Virgine hæc verba revelata fuerint: TOTUM DESIDERIUM IOSEPH FUIT OBEDIRE VOLUNTATI DEI, IDEO NUNC MAGNA GLORIA IOSEPH; hinc quæ in illis latent mysteria, explicantur.

DISCURSVS VNDECIMVS.

Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam. Matth. cap. i. v. 20.

Inveni David filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Act. Ap. 13. v. 22.

Gravissimum maximeque arduum negotium, quod æternus Pater in tota æternitate tractavit, fuit, ni fallor, unigeniti filii sui, in utero Virginali complenda incarnatio: Et tamen in decursu quinquies millium annorum & ultra nullus inveniri potuit dignus, cui duo pretiosissimi cœli terræque thesauri, id est, Christus, ejusque sanctissima Mater recommendari posset, donec tandem Deus invenit virum quendam secundum cor suum, id est, Davidem, cui tamen solum promittitur futurum esse, quod ab ejus progenie & stirpe Messias verus, ejusque Genitrix nascerentur. Verum enim vero quisnam fuit furculus iste tam felix & fortunatus, ut magnam hanc Matrem in sponsam acciperet, & in omnibus aliis, sola generatione excepta, ineffabili huic incarnationis mysterio cooperari meruerit? Non immeritò S. Joseph filius David appellatus fuit; *Ioseph fili David*, nam sicut hic solus ex toto humano genere cor Dei rapuit, eo quod punctualissimus esset divinæ voluntatis executor: *secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas*; ita quoque sciendum est S. Josephum, tam in cælo quam in

terra, gloriam sibi comparasse adeo sublimem, ipsiusque Dei cor rapuisse sibi, ac proinde adeo fuisse à Deo dilectum, quia fecit omnes voluntates ejus. In cujus confirmationem sciendum est, quod, ut in libro revelationum S. Brigittæ scribitur, huic beatæ à sanctissima Virgine revelatum fuit, sponsum suum S. Josephum aliud nihil ore vel corde eructasse, quam hæc duntaxat verba: *Vtinam vivam & videam adimpletam voluntatem Dei!* Et hinc est, subdit eadem Deipara, quod totum desiderium suum fuit obedire voluntati Dei, ideo nunc gloria sua magna est. Nunquid igitur vobis Isaias Propheta de illo in spiritu prophetico loqui voluisse videbitur, quando Deum hoc modo loquentem introducit: *Vocans ab Oriente virum voluntatis meæ?* Observanda sunt autem in revelatione S. Brigittæ verba illa: *ideo nunc gloria sua magna est*. Per hæc namque clarè insinuat, unicâ donorum, gratiarum, virtutum, meritorum, omniumque aliarum prærogativarum S. Josephi antifodina fuisse, quod voluntatem suam Deo totaliter consecrasset.

2 *Virum voluntate mea* Mysticum est hoc nomen *Virum*, non enim dicit *hominem*, quia ut jam supra ostendimus, *vir à virtute*, sanctus Ephrem hac de re ita scribit: *Tantum adji-*

Lib. 6. c. 18.

Isa. 46. 11.

Opusc. de vita spirit.

adificias virtuti, quantum subtraxeris propria voluntati. Porro S. Joseph, teste ipsamet magna Dei matre, aliam, quam Dei voluntatem non habebat, ideoque fatendum est eum, virtutem assecutum esse valde eminentem, verumque se probasse Davidis hæredem & filium; siquidem ad ejus imitationem ad Deum conuersus, cum ipso dicere debebat: *Doce me*

To. 2. 30 p.
9. 29. A. 1.
disp. 8. sect.
2.

facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Suarez de S. Josephi virtutibus & sanctitate ita scribit: *Post Christum natum, longè majus in Joseph fuisse sanctitatis augmentum intelligitur.* Potentissimus enim donorum thesaurorumque celestium attrahendorum magus, est hæc propriæ voluntatis nostræ religutio & expropriatio. Unde fit, quod mox, ut S. Paulus dixit: *Dominus quid me vis facere?* ex Saulo in Paulum, ex persecutore mutatus fit in Apostolum, uniuersosque thesauros suos, cælum extunc in ejus sinum abundè effudit. Quis autem propriæ voluntate magis exiit, quam Joseph? Quid igitur mirum si cum Spiritus S. adeo abundè & copiosè gratis, & donis suis locupleteret?

3. *Virum voluntatis meæ.* Quod si aliquo modo apud vos concipere aut adumbrare vultis, quanti Deus animam illam æstimer, quæ cor suum illi donet, suamque voluntatem exactissimè adimpler, legitote caput 12. S. Matthæi, ibi namque Filius Dei protestatur dicens:

Matth. 12
50.

Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, & soror & mater est. Et quidem si ita est, affirmandum omnino erit, S. Josephum præ omnibus hominibus, qui sunt super terram, Dei voluntatem adimpleuisse, siquidem is ad gradum longè eminentiorem peruenit, nimirum ut ab ipso met Deo eligeretur & respiceretur tanquam Pater. Dic sodes, quonam modo Beautissima Virgo, mater facta est Christi, vel qua via ipsum in suo sacratissimo utero concepit? Nimirum quando hisce verbis: *Eat mihi secundum verbum tuum* in opus Incarnationis consensum suum edidit. Eodem igitur modo dici potest, S. Josephum præ omnibus hominibus, qui sunt in mundo, præmeruisse, ut Pater esset Christi, quia præ omnibus & majori cum perfectione voluntatem suam Deo subiecit. *Virum voluntatis meæ.* Lucas Burgensis dicit, inter alias causas, cur Deus priusquam incarnaretur, virginæ voluntatis consensum prærequirere voluerit,

de c. Luc.

hanc unam fuisse: *Quia incarnatio Filii Dei eo tendebat, ut corrigeret hominum voluntates, & charitate erga Deum accenderet; oportuit imprimis, ut mater Filii Dei summa erga eum charitate feruere, quod fieri non potuisset, nisi præsciuisset, quem, qualemque filium, & quomodo esset concepturam.* Quæ doctrina supposita in casu nostro ni fallor, dicere possumus, S. Josephum Patrem Christi electum fuisse, eo quod præ cunctis aliis ordinatissimam & rectissimam habuit voluntatem, & consequenter charitate & amore erga Deum magis accensam, utpote qui præ omnibus aliis copiosius lumen, majorem Dei notitiam habebat.

4. *Virum voluntatis meæ.* Etenim propria se voluntate privare, opus est tantæ perfectionis, ut Redemptor noster, postquam in hanc terram descendit, illud omnibus aliis admirabilis vicæ suæ heroicis actibus præulerit, dum ait: *In capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam; Deus meus volui; descendi de cælo, non ut facerem voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me; ego que placita sunt ei, facio semper.* Ecce tibi igitur unam ex rationibus, ob quas Christus se Josepho potius, quam cuivis alteri subicere voluit, nimirum quia etiam ille in divina voluntate adimplenda adeo promptus & expeditus fuit: *Pares cum paribus facillimè copulantur.*

Pf. 39. 2.
Ioann. 6.
38.
Ioann. 8.
29.

5. *Virum voluntatis meæ.* Revocandum nobis quoque est in memoriam, quinam sue int illi, qui Salvatorem nostrum recenter natum, in stabulo Bethlemítico, revelata facie videre meruerunt? Nimirum S. Joseph & Pastores, idque, quia tam hi, quam ille, homines erant bonæ voluntatis. Unde S. Gregorius ait: *Nihil ditius Deo offertur bona voluntate, voluntatem hanc ad Christi curas attulerunt pastores.* Advertendum quoque quod Angeli de cælo descendentes cantant: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax.* Sed quibus? *Hominibus bona voluntatis.* Ubi Beda, à Glossa citatus, ait *Hoc est, qui suscipiunt natum Christum.* Enimvero quis alius, præterquam Josephus Christum in hospitium domus suæ suscepit? idque solido triginta annorum spatio, quando nimirum in propria venerat, & sus eum non receperunt; ac proinde quali ac quanta fœculum hunc pace & quiete interna gavifum fuisse existimatis?

Hom. 5. in
Evang.

Prov. 23.
26.

Isa. 58.3.

Cap. 3. 7.

Cap. II.
monil. spi-
rit.

6. *Virum voluntatis mea.* Acceptissimum & gratissimum sacrificium, quod Deo litare pollamus, est illud, quo illi cor nostram consecramus, nostra nos voluntate privando, unde Deus dicit: *Præbebis mi cor tuum mihi* Quicquid enim aliarum rerum præter hanc Deo obtulerimus, in ejus utique potestate semper erit, etiamsi illas ipsi non offeramus, non autem quoad voluntatem nostram res ita se habet, siquidem illius nos soli Domini sumus. *Reliquit eum in manu consilii sui;* ac proinde facite in ejus obsequium, quicquid vobis licet, atramen si voluntatem vestram vobis reserveritis, ingratum erit, quicquid feceritis: *Quare jejunaverunt, & non aspexisti, humiliavimus animas nostras, & nescisti?* Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra. respondet Deus; id quod sacra Cantica pariter confirmant: dum ita canunt: *Si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despicias eam.* Nullum enim opus, quantumvis illud ex se meritorium sit, à Deo acceptatur, nisi adjunctam habuerit dilectionem Dei super omnia, qui effectus est proprius voluntatis. A deo que tamen S. Josephus Christo per tot annos dederit omnem substantiam domus suæ eidem tanto cum obsequio & reverentia ministraverit, victum quoque, vestitum & habitationem suppeditaverit, seque pro illo tantis periculis exposuerit, tamque variis modis defenderit, hæc omnia tamen ipsi non æquè accepta sunt, nec tanti æstimantur, quanti absolutum voluntatis ejus donum Deo oblatum.

7. *Virum voluntatis sue* Blofius de S. Gertrude scribit, cælestem ejus sponsam hæc eam verbis fuisse affectum: *Quisquis desiderat, ut ego animam ipsius liberè inhabitem, clavem animæ is mihi ut consignet, necessum est, id est, voluntatem propriam, neque eandem à me de novo reposcere debet.* Et hoc quidem unum est eorum mysteriorum, ob quæ Deus noster domum S. Josephi specialiter elegerit, & cum eo in hac mortali vita habitare disposuerit, quia nimirum is voluntatis suæ clavem absolute ei resignarat, eumque domus suæ, id est, animæ & cordis sui Dominum constituerat. Num forsitan ad id vos aliquando reflexistis, quoniam

scilicet tempore Christi in hunc mundum primum pedem collocavit? utque quando virginalem ingressus est uterum, qui in sancti Joseph potestate erat; siquidem Vi go Deipara tanquam sponsa sua, *suo viro potestate erat.* Num igitur hic Dei filius etiam in quantum filius Josephi in hunc mundum venire voluit, ut humanum genus redimeret? ut in paribulo Crucis sanguinem suum effunderet ut Ecclesie suæ ædificium erigeret? Imò verò, cum enim verbum æternum indubitate sciret, le talis viri domum ingredi, qui nullum sibi in actionibus suis finem alium propositum habebat, quam ut æterni Patris sui voluntatem adimpleret, ideo & ipse similem resolutionem primo omnium loco facere voluit, dicendo, se non alio fine venisse, quam ut se propria voluntate exeret, eamque alteri subiceret; *Ingressi mundum, tunc dixi, ecce venio, ut faciam Deum voluntatem tuam.* Sed dices, ex quo Evangelista ex motu & instinctu Spiritus sancti, qui spiritus est veritatis, cum Josepho subjectum fuisse testatur: *Et erat subitus illi,* quomodo igitur æterni Patris sui voluntatem exequatur alterius Patris, quem habebat in terra? Præterea si Christus verus Deus erat, qua igitur ratione de ipso verificatur: *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit?* Enimvero clara & evidens ad hoc est responsio, cui nequicquam opponi potest. Cum enim S. Joseph voluntatem suam Deo consecrasset, nil aliud velle poterat, nisi quod ipsemet Deus volebat. Atque ideo Christus voluntatem suam exequendo, pariter exequatur voluntatem Patris sui æterni, eo ipso, quo exequatur voluntatem S. Josephi, quo Dei voluntati perfectissime correspondebat. Hic enim, uti paulo ante ex ipsiusmet virginis sponse suæ testimonio comprobavimus, nihil aliud habebat in corde, neque aliud ore exprimebat, quam dictum hoc: *Vtinam vivam & aimpleam voluntatem Dei.* Porro Chryostomus dictum illud Dei nostri: *Inveni hominem secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas,* ita declarat. *Secundum cor Dei quicquid Deus cogitat, gerit quicquid mente concepit, perficit, dum David cordi Dei, cor proprium jungit. Id quod in sancto Josepho multo magis ad literam*

Hebr. 10.5

Ps. 134.50

Hom. de David & Goliath.

ram

Lib. de ca.
sectis. 11
lib. ca. 4.

nam adimpleret, qui quamdiu Christus infans
erat, cum in sinu suo continuo stringebat. Et
menti ejus (hæc profequitur) mentem suam ad-
nectit, hoc est, ut qua vult Deus velit; & qua
non vult similiter nolit. Et quidem si Chryso-
stomus hoc de Davide dixit, multo magis in
S. Josepho, qui non sine mysterio Filius David
nominatur, Joseph filii David, verificabitur:
nam ut S. Augustinus scribit: *Æquus est ut
novejus, quam ut ille nostram sequatur volun-
tatem.* Verum enimvero ecce tibi singulare
quoddam in S. Josepho privilegium, eo ipso
enim, quo ipse Dei voluntatem eum omni
cura & sollicitudine adimpleret, meritis est, ut
Deus voluntatem suam nutibus subjeceret Io-
sephi, quia erat subditus illi. S. Hieronymus
ad Demetriadem scribens ait: *Eadem velle, &
eadem nolle ea firma amicitia est.* Ecce igitur
causam familiaritatis summi que amoris, qui
inter Deum & Josephum intercedebat; *Eadem
volebat & eadem volebat.*

8. *Virum voluntatis mea.* S. Bernardinus il-
lam orationis Dominicæ petitionem: *Fiat vo-
luntas tua sicut in celo & in terra,* ita glossa-
vit: *Quid est aliud dicere, quam ut fiant homi-
nes similes Angelis?* De his enim dicitur: *Min-
istri ejus, qui faciunt voluntatem ejus.* Osten-
dat quis mihi virum altquem, si potest, de quo
majori eum veritate dici possit, quod viram in
terris duxerit angelicam, illique per omnia
conformis extiterit. Albertus Magnus ita scri-
bit: *in Angelorum crebra visitatione familia-
ritas Dei notatur; Instruit Angelus dubitan-
tem; docet in Ægyptum fugientem; dirigit re-
vertentem; erudit in Nazareth manentem.*
Quatuor legitur (inquit Salmeron) apparuisse
se Angelus Joseph amico Angelorum.

9. *Virum voluntatis mea.* Enimvero si in
quoniam expressa Dei voluntas consistat, exa-
minare velimus, responsio in promptu erit, ni-
mirum quod in lege Domini voluntas ejus.
Sanctus Iosephus autem omnium legum sive
moralium, sive ætremonialium, sive legalium,
sive denique jurisdictionalium observantissi-
mus fuit; Quis enim cunctis ritibus & cære-
moniis factis adimplendis exactior fuit sancto
Iosepho, uti pariter in præsentatione pueri Jesu
in templo? *Fuit verè obediens (inquit Salme-
ron) sum Deo in præceptis legis, sum Angelis,*

quorum monitis promptè & alacriter obediebat.

10. *Virum voluntatis mea.* Sanctus Aposto-
lus scribit: *Hæc est voluntas Dei: sanctificatio
vestra.* Declarat autem se per hoc nomen san-
ctificationis virtutem intelligere continentia.
Quis autem in hac virtute exercenda excellen-
tior fuit S. Iosepho pro tempore, quo virgini
desponsatus fuit, ut illa virginitatem suam sub
hoc pallio tanto integrius custodiret.

11. *Virum voluntatis mea.* Porro in quo-
nam voluntas Dei consistat, sanctus Petrus nos
optimè monet, dum ait: *Sic est voluntas Dei,
ut benefacientes, obmutescere faciatis impru-
dentium hominum ignorantiam.* Hanc autem
Dei voluntatem S. Ioseph quoque exactè ad-
implevit, cum enim Simeon senex prædixisset
de Christo: *positus est hic in signum, cui con-
tradictur tam in Ægypto ab Idololatriæ,
quam inter Hebræos a malignis & invidis scri-
bis & Phariseis, à quibus omnibus contem-
nendus, pessimèque tractandus erat, si qui-
dam hæc semper esse soleat perverlorum ad-
versus bonos conjuratio: Venite opprimamus
justum, quia contrarius est operibus nostris.*
Hæc tamen omnia S. Ioseph nihili fecit, imò
triginta solidis annis in multa pace cum om-
nibus vixit, ipsumque hritum à multis peri-
culis subtraxit, effecitque ne totum eum &
matrem suam cumulatè injuriæ & calumniæ,
dammum aliquod illi accerferent; adeoque
perfectè observavit, quod S. Petrus monuit,
dicens: *ut benefacientes obmutescere faciatis,
&c bonum namque pro malo reddere opti-
mè noverat.*

12. *Virum voluntatis mea.* Hoc voluntatis
sue donum à sancto Iosepho Deo oblatum,
Salvator noster tantè estimavit, ut sicut mor-
tem suam ab illorum impiorum hominum
malignitate sustinuit, qui propriæ voluntati
sue quærebant satisfacere, iniquus etenim
Iudex Iesum tradidit voluntati eorum, ita
quoque vitam suam, seque ipsum totum quan-
tus est, tali viro consignare decrevit, qui prop-
riam voluntatem non habebat, sed sola Dei
voluntate gubernabatur; atque ideo in imma-
culata quadam innocentia non vivere non po-
terat, Deus enim in hoc tantummodo offendi
potest, si nimirum voluntati illius se quis op-
ponat.

In cap. 17
Matthæ

10. 17. 46.

Psalm. 132.

10. 10.

1. Thess. 4.

30

2. Pet. 20.

15

Sap. 2. 10.

Luc. 23. 29.

13. Ps.

13. *Virum voluntatis meæ.* Ioann. cap. 9. dicitur: *Si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit.* Quis autem se erga Deum magis obsequiosum exhibuit, quam S. Iosephus, qui illi tot annis fideliter & sollicitè deservivit? Quid igitur mirum, si pro suis devotis orans, exaudiatur, aut si tam potens sit ejus intercessio?

14. *Virum voluntatis meæ.* S. Petrus scribit: *Qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fide-*

li creatori commendent animas suas. S. Ioseph quicquid passus est, hoc totum ad Dei voluntatem exequendam in eum ordinavit, atque ideo in agone animam suam expiraturus, in manus Creatoris, qui morti ejus præfens assistebat, & cujus brachium immoriebatur unice commendabat, adeo ut ad literam dicere potuerit: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.*

DE ANNUNTIATIONE BEATISS. V. MARIÆ

Discursus Septendecim.

DISCURSUS I. Super illud S. Augustini dictum: *SIMILIS REPARATIO, QUALIS FUIT ET HOMINIS CREATIO, variè considerantur eventus.*

DISCURSUS II. Ostenditur, quod damna, quæ genus humanum per Evæ transgressionem accepit, à Beata Virgine in Annuntiatione & incarnatione verbi, sigillatim refarcita fuerint.

DISCURSUS III. Varia recensentur motiva, cur Deus in hac legatione hodierna usus fuerit Angelo, & inter ceteros Gabrielem ablegarit.

DISCURSUS IV. Aperiuntur mysteria, cur Dei filius Virginem quandam in Matrem suam elegerit.

DISCURSUS V. De immenso gratiarum thesauro, quem B. Virgo in Incarnatione verbi, & successivè in toto vitæ suæ decursu recepit.

DISCURSUS VI. Super verba Angeli ad Mariam dicta, scilicet: *DOMINUS TECUM*; variorum expositorum interpretationes adducuntur.

DISCURSUS VII. De benedictionibus, quas Angelus Virgini annuntiavit.

DISCURSUS VIII. Variæ causæ turbationis Virginis.

DISCURSUS IX. Considerantur verba: *INVENISTI GRATIAM*, utpote quæ ad gratiam in primo homine olim amissam, demùm verò à Maria inventam alludunt.

DISCURSUS X. De admirandis in Incarnatione patratis operibus, & de ineffabili modo, quo completa fuit

DISCURSUS XI. De effectibus, quos Spiritus sanctus in Incarnatione verbi operatus est in utero Virginis.

DISCUR-

- DISCURSUS XII. Exponuntur actus heroici humilitatis Virgineæ, qua se ancillam & servam esse, professa est.
- DISCURSUS XIII. Cur Deus ante Incarnationem Virginis requisierit consecrum. Et variæ instituuntur considerationes super verbum: FIAT.
- DISCURSUS XIV. De immenso amore, quem Christus in Incarnatione sua nobis monstravit.
- DISCURSUS XV. In decursu Historiæ Evangelicæ de Annuntiatione variæ considerantur moralitates.
- DISCURSUS XVI. Ostenditur dotem, quam Virgo in hoc sponsalicio, cum Deo in Incarnatione contracto secum attulit, fuisse varias & admirabiles ejus virtutes.
- DISCURSUS XVII. Pro tempore, quo Festum hoc in Diem Veneris sanctam incidit, ostenditur Christum ab instanti Incarnationis suæ, passionem suam fuisse exorsum.

Super illud S. Augustini dictum; SIMILIS PRAEPARATIO QUALIS FUIT ET HOMINIS CREATIO, varii considerantur eventus.

DISCURSUS PRIMVS.

Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem.

IN cunctis Divinæ omnipotentiae operibus, præcipue verò in mysterio Incarnationis, illud Psalmistæ axioma: *Omnia in sapientia fecisti: verè adimpletur: Quisquis enim mysticas hodiernam è cælo expeditam legationem comitantes circumstantias, ejusque adeo fortunatum exitum bene considerat, increatae sapientiae delineamenta optime comprehendit, verissimumque esse fateri cogitur id, quod S. Augustinus post se scriptam reliquit, dum ait: Fuit similis reparatio, quomodo suæ hominis creatio*

2. Et quidem in primis tempus quo Angelica hæc annuntiatio cœlitus expedita fuit, suo non caret mysterio. *In mense autem sexto missus est Angelus. Nec enim Senatus numerus vacat à mysterio (inquit S. Bonaventura) quia enim perfectus est, ideo homo inter cetera opera Dei, perfectus Sexto die est conditus; ideo & Mansi Sanctuarii Tom. I.*

Christus venit sexta aetate, & sexto numero annorum, & sexto mense conceptus.

3. *Similis reparatio* Concilium quoddam Palæstinum sub Victore Papa celebratum, atque à venerabili Beda recensitum, in ea est opinione, mundum scilicet in æquinoctio verno, vigesimo quinto hujus mensis, id est, hodierna die fuisse creatum. Quo supposito fati liquet, quanto cum fundamento dicatur: *Similis reparatio*, per quam scilicet hodie antiquæ ruinæ restaurantur. Rupertus Abbas Tuitienus id ipsum confirmat, dum ait: *Conceptus est die, qua vererem formavit Adam de limo terræ* Eodem igitur die, quo primus Adam creatus & lapsus est, secundus Adam hac nostra mortali carne vestiri decrevit, ut primus Adam cum tota sua posteritate per suam transgressionem collapsus, denuo resurgeret. Gravium quoque authorum opinio fuit, electum Dei populum, hoc eodem die, ab Ægypto

Cornel. in Lap. in opere tertii diei.

Lib. 3. de div. offic. c. 19.

Tirinus in c. 13 Exod. egressum

egressum fuisse, ut in terram promissionis se reciperet, ut ita liberatio omnium electorum ab infernalis Pharaonis tyrannide, per verbi Incarnationis complenda liberatio præfiguraretur.

1. Cor. 15. 22. **4. Similis reparatio.** S. Apostolus Corinthiis ita scribit: *si ut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur, ut pote qui est Novissimus Adam.* Cujus sententia occasione antitheses, quæ inter primum & secundum Adamum intercedunt, velim non nihil observemus. Dicitur igitur S. Augustinus: *Adam ibi tunc nascitur, hic renovatur & resuscitatur in Christo.* Verum dicat fortasse aliquis: Nunquid Filius Dei ruinas nostras variis modis restaurare poterat, absque eo, quod fragili carne nostra sese indueret? quid igitur necessarium erat ut ea se oneraret? Respondet Doctor Angelicus: *Cum Christus naturam assumpserit humanam, ut eam à corruptione purgaret, conveniens fuit, ut carnem ex Maria sumeret (observate rationem quam adfert) ex Adami derivata, Verum nunquid massa isthæc corrupta erat & contaminata? cur igitur illam assumpsit? nimirum quia languores nostros sese tulit. Cælestis enim hic noster prothomædicus infirmitates nostras contrahere voluit, ut nos sanitati restitueret. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo. Non indigebat, inquit S. Thomas, purgatione Naturæ humanæ, nisi secundum quod infecta erat per originem vitiatam, quæ ex Adam descendebat; & ideo conveniens fuit, ut carnem sumeret ex materia ab Adam derivata, ut ipsa natura per Assumptionem curaretur. Enimvero observetur nunc modus, quem infinita sapientia in creatione Adæ & sua incarnatione tenuit; nam ut ait S. Augustinus: *Grande mysterium Divinæ majestatis in Adæ figura præmisit. Quisnam autem vel qualis modus iste fuit? creaturus primum Adamum noluit eum, etsi suum, per mediam à natura ordinatum, accipere, sed accipiens terram, inde hominem divina quædam arte formavit; ita sine viri conjunctione Deum in virginali utro incorporari dispensavit. Ergo sit tunc licuit hominem sine homine nasci, cur non licuit hominem sine homine per Mariam virginem procreari? & tandem concludit: Sicut Adam ex terra virgine figuratus est, ita & Christus ex virgine natus agnoscitur. Verum enim vero productio Adam in hoc ab incarnatione Christi discordat,**

quod nunquam hæctenus fuerit, nec futura sit Nativitas aliqua illi similis; & bene quidem, nam justum & æquum erat, ut creator à creatura distingueretur. Unde S. Petrus Damianus ait: *Primus homo de terra formatur; secundus mulier ex ejus latere fabricatur; tertio Cain utroque Solus iste de sola virgine nascitur. & virginis uterum novo & singulari partu Divinitas humanata sigillat. Quod convenit cum eo, quod etiam S. Thomas observavit, qui concludit: Hoc quartum quasi Christo proprium relinquendatur, ut produceretur ex femina sine viro.*

5. **Similis reparatio.** Etenim revocandum est in memoriam, quo modo creator noster primo homini esse suum dederit: *Facimus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Supremus hic artifex manum suam in limum terræ extendit: *Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ. Ubi ingeniosus Tertullianus ita ait: Recogita totum illic Deum occupatum, ac dedicatum, manu, sensu, opere, consilio, sapientia, prudentia, & ipsa in primis affectione, qua lineamenta ductabat. Scirene vultis, quoniam id mysterio fecerit? Quodcumque limo exprimebatur, hirsutus cogitabatur. Et Theodoretus ait: Præsciens futura incarnationis tanto honore hominem dignatus est. Verum dices quoniam modo animam primo homini infudit? Inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viventem. Sed quo modo secundus Adam formatus fuit? Spiritus sancti opera in utero virginali, spiritus sanctus supervenit in te. Ubi S. Augustinus ita scribit: *Ibitunc flatus Dei de terra vitæ: um hominem surgere facit ad vitam, hic mundum Spiritus sanctus de Maria Virgine Christum hominem figuravit, in quo Deus ad reparandam hominis habitaret. Ac proinde advertendum est, quod tamen Apostolus dixerit: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo cælestis; hoc tamen non est ita intelligendum, prouti Valentini hæretici delirant, nimirum quod filius cælesti quodam ab Emypyreo delumpto corpore indutus fuerit, siquidem sacra nos fides docet, ipsum corpus è purissimis formatum fuisse Mariæ sanguinibus. Voluit igitur Apostolus inferre Christum hominem supra omnem naturalem ordinem, solius Spiritus sancti opera, in sanctissimæ**

Serm. de annunt.

Gen. 2.

Lib. de reñurr. carn. t. 16.

qu. 25. in Gen.

Ser. cit.

1. Cor. 15. 47.

diffimæ Matris utero fuisse conceptum; vel etiam dici potest secundum Adam cœlestis, ratione verbi, quod naturam nostram assumpsit, sibi que indissolubiler univit.

6. *Similis reparatio* In sacra Genesi studiose observavi, quod postquam Scriptura laura Deum homini animam infudisse dixisset, subiungat protinus: *Plantaverat Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formaverat, Sed ecce tibi pariter secundum Adamum, in alio quodam, non terrestri, sed cœlesti Paradiso collocatum, Id enim S. Petrus Damianus expressè testatur, dum ait: Non est locus voluptatis nisi uterus virginis* Singularem autem cum mysterio in Nazareth conceptus fuit: *Nazareth flos interpretatur; congruum fuit, florem cum flore, & in flore concepti, & de flore nasci, & in flore nutriri, & in tempore florum, id est, in vere nuntiari. Locum voluptatis, inquit idem met sanctus) uterum B. Mariae intelligo, in quo cumulat omnes delicias deliciarum Dominus: de cuius delitiis Spiritus sanctus admiratorio sermone, in amoris Cantico eructat: Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delitiis affluens: de hoc eodem utero in iisdem Canticis scribitur: Emissiones tuæ Paradisus.*

7. *Similis reparatio* S. Paulus ad Romanos ita scribit: *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit. Sed ecce qualiter hodie per Incarnationem verbi (quia homo factus est) vita æterna in hunc mundum ingreditur, atque in univsum genus humanum transfunditur. Venit enim saluum facere, quod perierat. Unde S. Gregorius Thaumaturgus ait: Cunctorum nobis donorum principium annuntiatio Mariae gratia plena exitit; hinc enim vita est æterna, ut cognoscamus verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.*

8. *Similis reparatio* Primus Adam cum tota sua posteritate gratiam pariter & gloriam amisit, eo quod pomum vetitum, divinè advertente præcepto, de manu conjugis suæ ac-

ceperat, quod veluti si intoxicatum fuisset, æternæ mortis fructum attulit. *Eva à Diabolo seducta, inquit Beda) per serpentem viro gustum necis obtulit; Maria à Deo edocta per Angelum mundum anchoram salutis edidit. Vel etiam dicere possumus, ipsam univso generi humano dedisse Benedictum fructum ventris sui, qui vitam nobis immortalem contulit.*

9. *Similis reparatio* Notus & manifestus est omnibus Aphorismus ille, quo dici solet: *Contraria contrariis curantur.* Adam igitur ambitione tumidus, ut suam adaugeret conditionem, & Deo similis fieret, divino præcepto contumax esse præsumpsit, seque Deo si non superiorem, saltem æqualem futurum esse speravit: Deus autem noster, ut hanc à toto humano genere hæreditariè contractam superbiam sanaret, tamen infinitæ Majestatis Dominus esset, semetipsam depressit & deiecit: *Exinanivit semetipsum, etiam eousque, ut paulo minor homine fieret: Ego autem vermis & non homo. Fragilem hanc & mortalem carnem nostram induit; & quandoquidem promissio serpentis, quæ prothoparentibus pollicitus fuerat: Eritis sicut Di, mendax & fraudulenta fuerit, siquidem potius Deum, omniaque alia gratiæ & virtutum in statu innocentæ infularum dona amiserunt, ideo Deus efficit ut per Incarnationem verbi eadem promissio verificetur, siquidem verè per illam homo fit Deus, natura nostra Divinitatem verè participante. Unde Andreas Episcopus Hierosolymitanus: *Divinam naturam participat, & arcè cum Deo conjunctione, unum cum eo fit, secundum unitatis atque essentialitatem rationem. Unde si olim Deus per ironiam dixit: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, hodie certè summa cum veritate dici potest, quod Deus unus ex nobis factus est, omittendo ly quasi; quia Incarnatus est ex Spiritu sancto ex Maria virgine; Et homo factus est.**

Hom. in
ann.

Pf. 21. 70

In Annũ:
in Bibli.

Gen. 4. 22.

Ostenditur, quod damna, quæ genus humanum per Evæ transgressionem passum est, à B. Virgine in Annuntiatione & Incarnatione verbi sigillatim refarcita fuerint.

DISCURSVS SECVNDVS.

Missus est Angelus Gabriel ad Mariam.

SActi Interpretes modum illum mysticum, quem illa nequicquam errans Cœli providentia, in reparandis damnis, à prima matre nostra, universo humano generi illatis servavit, unanimiter admirantur, dum, quam aptè series illæ mysteriorum Annuntiationis ab Angelo allatæ, & Incarnationis Filii Dei cum infelicissimis lapsum nostrum consecutis mysteriis correspondeat, profundius rimantur & considerant. Aptum p. o. f. e. c. t. o. h. u. m. a. n. a. r. e. s. t. a. u. r. a. t. i. o. n. i. s. p. r. i. n. c. i. p. i. u. m. ; inquit Beda in hodierna solemnitate, Hugo Cardinalis similiter devotè meditatur, quam aptè inter se conveniant redemptionis nostræ modus, cum illo perditionis nostræ successu : *Ut modus nostræ reparationis responderet modo perditionis.* S. Bernardus conformiter scribit : *Intrat ad nos eadem porta salutis antidotum, qua venenum serpentis ingrediens, universitatem generis humani occupaverat.* At verò cæteris excellentius S. Bonaventura loquitur, dum ait : *Placuit Deo eodem modo & ordine, sibi reconciliare hominem quo noverat cecidisse.* Unde sancta mater Ecclesia canit : *Quod Eva tristic abstulit, tu redidisti Demna etenim, quæ Eva nobis intulit, Maria refarcivit.* Porro Angelus malus & Eva in procuracionem ruinarum nostrarum, ut bene observat Hugo Cardinalis, suas simul junxerunt dexteras, atque ideo congruum fuit, ut eædem personæ darent ei occasionem salutis. Unde *Missus est Angelus ad Mariam.* Ecce tibi Angelum sceminæ junctum. Inde aptum (inquit Albertus Magnus) nostræ redemptionis initium; sicut enim Angelus malus

In Luc.
Ser. de annunt.
In Luc.
In Luc.

suasit Eva gustum perditionis, ita e contra Angelus bonus obtulit Virgini eulogium salutationis. Neque Chrysologus ad intentum nostrum aptius loqui poterat, dum ait : *Agit cum Maria Angelus de salute, quia cum Eva Angelus egerat de ruina.* Similiter Venerabilis Beda postquam dixisset : *Aptum nostræ reparationis principium,* confestim causam subiungit, dicens : *Ut Angelus à Deo mitteretur ad virginem, partu consecrandam Divino, quia prima perditionis humana fuit causa, cum serpens à Diabolo mittebatur ad mulierem, spiritu superbia decipiendam, quia ergo mors intravit per sceminam, aptè redit & vita per sceminam.* Unde si malus quidam Angelus instrumentum fuit mortis, ad vitam recuperandam hodie velut mediator destinatur Angelus bonus. Et ideo S. Fulgentius serm. de duplici Christi Nativitate ita scribit : *Veni ad Evam Diabolus, ut vitam malignus auferret : Venit ad Mariam Gabriel, ut vitam reddendam hominibus nuntiaret.* Idem quoque in sermone quodam de laudibus B. Virginis confirmat, dum ait : *Quoniam Diabolus per serpentem Eva locutus est, per Eæ aures mundo intulit mortem, Deus per Angelum ad Mariam pertulit verbum. & cunctis sæculis vitam effudit.* Dignæ iidem sunt, quæ inter alia Patrum effata recenseantur, piæ illæ Didaci Stellæ, quoad hanc Angeli boni cum malo collationem, consideraciones : Dicit enim : *Ille Angelus malus hic Angelus bonus, ille per terram respicit, hic à summo cælo à Deo mittitur. 1. Ioan 3. Ad hoc venit filius Dei, ut dissolvat opera Diaboli.* Est item alia quædam inter

Ser. 420
In Luc.

Quos hosce Angelos differentia, à doctissimo
 Salmerone hisce verbis insinuata: *Angelus ma-*
lus non missus sed à seipso veniens Evam blandis
sermonibus deliciens, seduxit: Deus autem cum
perfectissimus sit artifex in opere restorationis
ordinem ruina respondentem debuit servare.
 Atque ideo Evangelista non sine mysterio scri-
 bit: *Missus est Angelus Gabriel à Deo.* Prose-
 quitur deinde idem in Doctos considerare,
 quod sicut Angelus malus ad lapsum nostrum
 procurandum, Evæ voluntatem sibi omni cum
 industrâ conciliare studuit, ita hic sanctus Ga-
 briel, virginem ad consentiendum in partum
 illum coelestem, inducere satagit; Ibi de non
 corpus assumpsit, hic sibi corpus humanum pa-
 riter assumpsit Archangelus. Unde sanctus Bo-
 naventura concludit: *Vt sic respondeat repara-*
tio lapsus, ut quemadmodum homo lapsus est
per suggestionem Angeli mali, sic resurgat per
ministerium boni.

In Luc.

In Luc.

Lib. 6. c. 33.

2. Eodem modo & ordine. Hugo Cardinalis
 dicit: *Sicut per Evam virginem facta fuit hu-*
mani generis perditio, ita per Mariam virginem
fieret ejusdem reparatio. Prima etenim mater
 nostra etiam tunc, quando Adamum in ruinam
 præcipitem egit, virgo erat, siquidem facer Te-
 xtus Genesis capite 4. post amborum trans-
 gressionem dicit: *Adam vero cognovit uxorem*
suam Evam. In cujus confirmationem Hugo
 sanctæ Matris Ecclesiæ testimonio utitur, quæ
 ita canit: *Paradisus porta per Evam cunctis clau-*
sa est, & per Mariam virginem iterum patefa-
cta est. Sanctus Irenæus quoque eundem inter
 beatam virginem & Evam intercedentem pa-
 rallelum consideravit, dum ait: *Eva non obedi-*
vit, cum adhuc esset virgo; unde sicut Eva inobi-
diens facta, & sibi & universo generi humano
causa facta est mortis; sic & Maria obediens,
& sibi & universo generi humano causa facta
est salutis. Quoniam autem modo mors in
 hunc mundum subingressa est? Didacus Stella
 respondet: *Mors mundum intravit per dialo-*
gum habuit inter Angelum & mulierem; vi-
ta itidem ex simili colloquio Angeli scilicet &
mulieris. Cum hac tamen insigni differentia,
 quod cum Eva serpenti, id, quod superbè am-
 bicbat, scilicet parem cum Deo æqualitatem
 & similitudinem fraudulentè promittenti fa-
 cile nimis crediderit, seque proinde leviculam
 esse probaverit, quia quæ non credit, levis est. or-
 d. Beata Virgo contra, Matris Dei dignitatem

immensam sibi præsentari audiens, cogitabat
 qualis esset ista saluatio. Non facile credit (in-
 quit B. Thomas de Villa nova) *Angelo Maria*
loquenti, quia leviter credit mater Eva serpen-
ti Cogitabat apud se (inquit alius quidam in-
terpres) & considerabat animo, nihil temerè re-
spondens; contra ac Eva qua dum mox in verba
prorumperet, & serpenti interroganti respon-
deret, imprudens captâ seductaque est. Eva per
 Paradisum terrestrem curiosè vagabatur, quâ-
 dō seducta fuit: Beatissima Virgo autem intra
 pauperculæ cellæ suæ reconditissima penetra-
 lia abscondita latebat: *in ressus Angelus ad*
eam: Quis Maria hortus conclusus est. Alius
 quidam S. Scripturæ expolitor vivacissimam in
 Maria fidem repertam esse considerat, de qua
 Ecclesiâ canit: *Quæ Gabrielus Archangelus ut-*
ctis credidisti. In Virgine Maria fuit perfecta fi-
des; nam verbis Angeli instructa firmissimè cre-
didit se parituram Dei Filium; in Eva verò fuit
incredulitas, quia non credidit se deperere incur-
tere mortem, si transgrediretur præceptum Do-
mini de ligno vite.

Concl. de
annunt.Lucæ
Burgens.
in Luc.Salmer.
To. 3. tr. 5.Ioan. Ar-
boreus in
Luc.

3. Eodem modo & ordine. Quoniam obsecro
 causa fuit, quod beatissima Virgo Angelo co-
 ram ipsa comparente turbata, timorem in ani-
 mo suo conceperit, adeo ut opus fuerit ut An-
 gelus eam consolando diceret: *Ne timeas Ma-*
ria: Doctor Angelicus in ea est opinione, quod
Archangelus dicere voluerit: Non sum serpentis
minister sed perimentis serpentem legatus spon-
sulum tractator, non insidiarum molitor. Li-
 cet Angelus malus speciem assumpsisset ser-
 pentis, Eva tamen non timuit, quod Angelus bonus
 splendido habitu, adeoque gloriose legationi
 proportionato amictus, se coram illa sisteret:
 cujus hæc causa fuit: Eva etenim magnificare se
 voluit, & ideo mox ut audivit; *Erutus sicut Dii,*
 serpenti consensum præbuit: Non autem sic
 virgo, quæ humillima erat, nec aliud, quam se-
 metipsam despiceret, & ab aliis contemni stu-
 debat. Sicut Angelus malus, inquit Salmeron,
Evam stulta meditantem, & fructum ligni sci-
entia boni & mali concupiscentem est aggressus:
ita Gabriel Angelus virginem in venit, sub ligno
vite, verba Dei qua apud Isaiam cap. 7. habentur:
Ecce virgo concipiet & pariet filium; pru-
denter meditantem. Superbia non permisit E-
 væ, ut super oblationem à serpente sibi factam,
 discursaret, illiusque examinaret veritatem,

In Cal.

To. 3. tr. 5.

mines super nos maledictiones induxit, non verò sic Mariæ fructus. *Bone actus fructus ventris tu.* Guericus Abbas ait: *Profusus hodie benedixisti Domine terram tuam, illam benedixisti in mulieribus, hodie dedisti benignitatem Spiritus sancti, ut terra nostra daret benedictis fructum ventris tui, & rorantibus cælis desuper uterus virginæ Salvatorem germinaret.*

9. Eodem modo & ordine. Porro Evæ in peccatam culpæ suæ intimatum fuit: *In dolore paries, Non verò Virgini item.* Theophylactus ait: *Quia autem Eva dictum erat à Domino, ut in tristitia pariat filios, solvit tristitiam illam in gaudium, quod Angelus Virgini afferens, dicit: Gaude gratiosa: & quia maledicta fuit Eva, hæc dicitur benedicta. Preciosum est in ea, id est, in Maria sunt verba S. Augustini) *Ilud infelicitatis eulogium, quo dicitur: In dolore paries filios tuos, quia ista in latitia Dominum peperit. Eva luxit, ista exultavit: Eva lachrymans, Maria gaudium in ventre portavit.**

20. Eodem modo & ordine. Eva post suum superbiam peccatum Adæ Dominio subiecta fuit: *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Virgo autem hodierna die ob humilitatem suam venerabundus coram se videt stantes An-

gelos, imò Deum Majestatis ipsummet; quia erat subditus illi.

11. Eodem modo & ordine. Serpenti à Deo dictum fuit: *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipsa conteret caput tuum & tu insidias calcaneis ejus.* Dices autem fortasse cur dicitur, quod serpens calcaneis ejus, & non potius alteri corporis parti structurus sic insidias? Cur non potius voluntati ejus insidiabitur, ne illam flectere possit, dicendo: *Fiat mihi secundum verbum tuum?* Pro resolutione igitur observandum, quod calcaneus quædam sit corporis nostri extremitas, qua terra tangitur, & consequenter quævis labes & immundities calcatur, & humilitatem nostrique ipsius contemptum præfiguratur. Hæc enim humilitas serpenti tantum damnum attulit, quantam ipsi Evæ superbia utilitatem conciliavit. Unde Fulbertus ait: *si interrogatur, in quo serpentis caput ipsa contrivit; vimirum in eo, quod humilitatem Deo sacrificavit, ipsa contrivit caput ejus, hoc enim fortunatissima die dici potest: Nunc pro neeps mundi hujus exiit foras, si-*

Ser. 2.

Ser. cit.

Gen. 3. 16.

Gen. 3. 15.

De nat. B. V.

Ioan. 3. 35.

Varia recensentur motiva, cur Deus in hodierna legatione usus fuerit Angelo, & inter cæteros Gabrielem ablegavit.

DISCURSUS TERTIVS.

Missus est Angelus Gabriel ad Virginem.

1. **Q**uodnam in eo latet mysterium, quod increata sapientia incarnati volens, pro hujus tam alti & ineffabilis Sacramenti mediatore usâ fuerit operâ cujusdam aulicorum suorum? Cur tanti momenti negotium cælesti cuidam nuntio recommendatur? quid opus erat vel legatum quendam ad augustissimam matrem suam mittere, unum ex iisdem spiritibus, qui ejus futuri erant servi & subditi? Nun-

quid ipsemet Deus tantum mysterium Mariæ immediatè communicare, atque ad se, in ejus utero mortalitatis nostræ exuviis amicum, consensum ejus sine mediatore exposcere poterat? Aut cur Josepho sponso ejus non utitur, ad divinam voluntatem suam ei revelandam? Ad id Lucas Burgenfis hunc in modum respondet: *Non congruebat nuntium hoc ab ipso Deo adferri, sed intercedere alium, qui Virginis consensum conciliaret, & Dei nomine reciperet instar paranymphe, quomodo vo-*

catur

catus hic Angelus. Porro multa sunt mysteria, propter quæ Deus, Angeli ministerio, pro hac legatione absolvenda uti decrevit, quæ à variis sacris interpretibus in medium adducuntur: *Voluit Angelum mittere* (inquit Didacus Stella) *ut manifesta sit nobis charitas & amor, qui bus nos prosequitur, ira ut ministerio Angelorum nostram redemptionem curet.* Inter cæteras hujus rei convenientias, cur scilicet Angelicum quendam nuntium expediret, hæc à Salmerone adducitur: *Vt ipsi etiam consortes atque participes fierent tanta hujus nostræ exultationis, cuius procuratores, interuentii atque adjuutores in Angelo Gabriele inveniuntur.* Negotium istud, quod hodie etno die annuntiabatur, maximè arduum fuit, tot retro sæculis in sacris veteris testamenti figuris & rebus gestis, tanto tempore à sanctis Patriarchis & Prophetis suspiratum, atque ideo dignum erat ut à natura quadam adeo nobili, cujusmodi Angelica est, tractaretur & annuntiaretur. *Decebat ut annuntiaretur ab Angelo, inquit idemmet Salmeron.*

2. *Missus est Angelus.* Hi namque à divina providentia destinati sunt, ut salutis nostræ speciales essent ministri: *in ministerium missi propter eos, qui hære ut item capiunt salutem.* Quanto igitur convenientius erat, ut in hac occasione adhiberetur, siquidem ut scribit Doctor Angelicus: *Mediantibus Angelis divina ad homines perveniunt.* Qui insuper testimonio utitur sancti Dionysii Areopagite de cælesti Hierarchia, qui scribit: *Divinum iesu benignitatis mysterium Angeli primo edocti sunt, post ea per ipsos ad nos cognitionis gratia transivit.* Sanctus Augustinus quoque eandem congruentiam observavit, dum ait: *Nec congruebat per hominem mitti tantum enim mandati mysterium non hominis fuit, sed Angeli ore promendum.* Albertus Magnus super hunc sancti Lucæ textum tria motiva notavit. Irimum est: *Paso Deum nostræ salutis interposuisse Angelum nuntium, quod videlicet tanto gaudio Angelica natura, quoad ministerium non privaretur.* Imo Lucas Burgensis existimat omnes Angelos in hoc Annuntiationis ministerio participasse, ut communi ipsorum & nostro fruerentur beneficio *Ut omnes exultarent, & Dei misericordiam extollerent, adicientes unum ad reparandum admirabili adeo modo huma-*

num genus, & supplenda ex hominibus loca Angelorum prævaricatorum id quod secundo loco inter motiva à eodem Alberto adducitur: Et quia a Angelorum ruina ex hoc reparatur. Tertio denique, *quia circa hominem custos & minister Angelus deputatur.*

3. *Missus est Angelus.* Didacus Stella hæc de re ita scribit: *Vt maximo honore ipsa Angelica natura offeratur, cuius pronuntiati valde urgentem subdit rationem, cum enim omnis ruina nostra olim ab angelica natura procurata fuerit, quando Lucifer primum parentem ad lapsum induxit, ideo vicilim Angelum honorare voluit, ut fieret reparationis nostræ mediator: Vt quemadmodum Angelus fuit causa nostri damni & miseria, ita etiam Angelus sit auctor nostræ felicitatis.*

4. *Missus est Angelus.* Salmeron aliud quoddam tangit hujus rei mysterium, dum ait: *Convenientissima fuit hæc missio Angeli ad Mariam Virginem: tum quia Maria est societas Angelorum propter insignem suam virginitatem: Deinde quia de Domino Angelorum annuntiaturus venit; est enim Christus magni consilij Angelus.*

5. *Missus est Angelus.* Non solum pro hac legatione absolvenda cælestis quidam deputatus est nuntius, verum etiam is talis fuit, qui apud supremam & infinitam illam altissimi Majestatem magni est meriti, & existimationis: Angelus Gabriel videlicet. Unde S. Gregorius ait: *Ad hoc quippe ministerium summum Angelum venire dignum fuit, qui summum omnium nuntiabat.* Ex quo sancti Pontificis loquendi modo deduci posse videretur, sanctum Gabrielem quendam è Seraphinis fuisse; cujus quidem opinionis Salmeron multas adducit rationes; nam ut hanc Thesiu, Gabriel non ex aliquo infimo ordine, sed supremo esse dicitur, confirmet, utitur imprimis testimonio sancti Joannis Damasceni serm. de dormitione Deiparæ, qui scribit: *Clamens cum Gabriele qui primum locum obtinet inter Angelos a gratia plena.* Et hanc quidem conclusionem stabilis, dicens: *Probabile esse & Scripturis consonum Michaelem, Gabrielem, Raphaelem cum aliis quatuor esse ex ordine supremo Seraphinorum; inter hos Gabriel secundus est.* Sed dices fortasse, cur non potius dignior, id est, ille, qui primum locum obtinet,

To 3. tr. 4.

Hom. 34. in Evang.

To 3. tr. a.

in

To 3. tr. 4.

Hebr 1. 14.

Cap. 4.

Ser. 25. append. de diver.

in hanc legationem adhibetur? Ecce tibi mysterium divinæ hujus dispositionis: *Quadrat enim valde mysterio, quando quidem de secunda persona in dominis annuntiare missus sit. Ad hæc alio quodam argumento vitur ad idem probandum. Quod si enim Lucifer, qui fuit primus Angelus, instrumentum quoque fuit nostræ perditionis, necnon & ruinatam Angelicarum: Minister fuit ruina in cælo facta & in terra; ergo Minister reparationis, ex primis & præcipuis spiritibus esse debuit; & sicut ille in veritate Evam ad inobedientiam, sic iste suaderet Mariæ, in omnium salutem obedientiam: tum quia ad virginem nuntius missus est, quæ dignitate & gratia cunctos Angelos antecellat. Et enim ad hoc, ut legatio aliqua magis reddatur conspicua, hæc concurrere debent conditiones, Primo videlicet ingens negotii tractandi momentum & pondus; id quod in præsentem minime deest, siquidem Chrylogus Incarnationem Verbi appellat: *Negotium omnium seculorum.* Secunda conditio est dignitas Personæ, quæ legatum ablegat: *Missus à Deo quem laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates.* Tertia est excellentia illius subjecti, ad quod legatio instituitur; Hæc autem in præsentem, est Regina cælorum, Angelorum Imperatrix. Quarta est legationis bene administratæ favorabilis & operatus eventus, qui etiam in præsentem concurrat. Quinta denique & ultima conditio est, dignitas personæ, quæ in legatum eligitur. Et hæc quidem ultima conditio mihi præcipuè verisimile esse persuadet, S. Gabrielè unum fuisse ex supremi illius Monarchæ nobilissimis & præcellentissimis ephæbis. *Traditur Epistola Gabrielis (inquit S. Petrus Damiani) in qua salutatio Virginis, incarnatio Redemptoris, plenitudo gratiæ, gloria magnitudo, multitudo lætitiæ continetur.* Hisce tamen non obstantibus Angelicum tunc legatum, ex Archangelo rum choro fuisse, non defuere, quod opinarentur, ob satis id convincentes rationes. S. Gregorius scribit: *Hi qui minima nuntiant, Angeli, qui verò summa, Archangeli dicuntur: Quibus verbis insinuare contentid, ecclestem hunc Paranympum, Archangelum fuisse, munusq; illud, tantum annuntians mysterium Archangelis convenisse, non verò Cherubinis aut Seraphinis, utpote qui se in ministerium aliquod, quod illis non est proprium, non solent ingerere.* Unde S. Bernardinus ait: *Putesmus Angelis præesse Archangelis qui non nisi ob maximas**

& præcipuas causas mittuntur; ex quibus magis ille Archangelus Gabriel missus legitur ad Mariam, ob causam utique, quæ major esse non potuit. Porro Cajetanus pro hac opinione valde efficax adducit argumentum. Dicit enim, quod licet ob dignitatem talis ac tantæ legationis supremus Paradisi Angelus expediti debuisset: Quia tamen annuntiare Dei verbum, infra intimationem officij annuntiationis clauditur, non debuit al quis extra deputatos ad annuntiantium mitti, ut omnia suaviter à divina providentia disponeretur.

6. *Missus est Angelus.* Didacus Stella perdocte notat, nullam esse in cælis necessitatem imponendi civibus cælestibus nomen, ad hoc, ut inter se cognosci & distinguere valeant, prout inter nos in terris est usitatum. Unde quando in sacris literis nomen aliquod alicui Angelo impositum reperitur, dicitur inquit hic auctor) cum ad terram mittitur, ut al quo munere fungatur, propter quod nomen illi datur, quod antea non habebat. Quo supposito merito querat aliquis, quodnam in hoc lateat mysterium, quod Archangelus ille Gabriel appellatur: cur enim hic in specie & non alius ablegatur. Respondet S. Bonaventura: *respondet impletio promissioni, ut sicut per Gabrielem mysterium illud prædictum fuit Danieli, sic apertum fuit virgini, Dan. 9. Ecce vir Gabriel.* Glossa quoad nomen hanc rationem assignat: *ideo Angelus nomine aliquando signatur, ut ex ipso nomine, quod ministratur veniant, demonstratur, Gabriel fortitudo Dei, quia illum nuntiat, qui ad debellandum Diabolum veniebat.* Similiter Cajetanus nobis declarat, cur suam à fortitudinis nomenclaturam habeat: *Tum, quia in mysterio Incarnationis verbi Dei tota ratio facti, est fortitudo seu potentia facientis; Hoc etenim maximum opus est ex omnibus, quæ Divinæ omnipotentis dextera unquam pattavit: Fecit potentiam in brachio suo. Nullum opus comparabile est operi, quo verbum caro factum est: Tum, quia annuntiabat Messiam non solum fortissimum ad debellandum, quæ sunt carnis, quæ sunt mundi, & quæ sunt demonum, ac ipsos etiam Dæmones, sed patrem totius vere fortitudinis; Christianorum siquidem virtus propria, vera fortitudo est, quæ apparuit in Apostolis & Martyribus, & apparere continuo debet in veris Christi sequacibus, Salmeron quoque doctissimè proportionem illam ponderat; quæ inter S. Gabrielem, quod nomen Fortitudo Dei inter-*

Ser. 43.

Ser. de Ann.

Hom. 34.

Lib. 5. c. 4. de confid.

3. p. 7. 30. a. 2.

In Luc.

In Luc.

In Luc.

pretatur. & inter eos versabatur, cum quibus tractabat. *Fortissimus est Deus nuntium mittens.* De eo namque dicitur: *Fortis & potens in pralio; fortissima est mulier, ad quam facta est legatio, de qua Salomon: Mulierem fortem quis inveniet?* Denique S. Petrus Damianus ait: *Nulla fortitudo fortior fuit, quam redimere servum. & in Divinitatis dextera perpetuo collocare*

7 *Ingressus Angelus ad eam. Quemadmodum Angelus malus ad Evam decipiendum, mortemque nobis machinandam assumpsit corpus: ita quoque hic Archangelus, ad reparandum damna nostra, humanam similitudinem induit. Item sicut ille ad pomum vitium carpendum consensum ab Eva extorsit; ita quoque hic, Mariæ voluntatem lucrari studuit ad hoc, ut eam faceret fructum illum concipere, de quo scribitur: *Benedictus fructus ventris tui.* Præterea congruum erat, ut dona ab uno Angelo illata, ab altero Angelo denuo repararentur: Alioquin videri potuisset Sathanas nostram perditionem magis, quam bonus Angelus salutem nostram sitisse atque procurasse. Ita Salmeron. Verum enim vero nunc oblecto, advertamus, quam fuerit in ministerii sui executione industrius. & quam feliciter coram B. Virgine peroravit, ut in tanti momenti negotio reportaret victoriam. B. Laurentius Justinianus dicit: *Quamobrem latus Paranympheus effectus pro officio, exhilaratus pro gratia, pro obsequio excedit in solito fulgore vestitus, in humana effigie descendit ad Virginem. In specie autem juvenis apparuit, quia verbum æternum annuntiabat (inquit Salmeron) quod nescit infantiam**

aut senectutem. Porro habitus seu vestis ejus candor & splendor, immensam Christi & Virginis puritatem, nec non propriam suam denotabat innocentiam. Cajetanus hac de re ita scribit: *Ingressus Angelus corporalem motum significat, quod non apparuit tanquam ex improviso in aula, sed gradiens ad Virginis aulam introivit. Comitatus, inquit Lucas Burgensis, (ut credibile est) pluribus alii inferioribus Angelis corporum expertibus, quos Virgo viderit spiritus ita apparatus & instructus, ut pro se ferret summam Majestatis legatum, qualis revera erat. Porro Angelicus Doctor varias adducit rationes, cur corpus assumpserit; Primum videlicet propter mysterium, quod annuntiabat. *Venerat enim annuntiare incarnationem invisibilis Dei, unde etiam conveniens fuit, ut ad hujus rei declarationem invisibilis creatura formam assumeret in qua visibiliter appareret. Secundum: Fuit congruum dignitati matris Dei, quæ non solum in mente, sed in corporeo ventre erat filium Dei receptura. Tertio congruit certitudini ejus, quod annuntiabatur; ea enim, quæ sunt oculis subjecta, certius apprehendimus, quam ea, quæ imaginamur. Etenim quoad horam, qua comparuit, verisimile est, quod media nocte apparuerit: Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus Domine à v. galibus sedibus venit. Orationi, inquit Lucas Burgensis, rerumque divinarum contemplationi adhuc vacabat. Nec dubium, inquit idem, quin verba quoque, quibus uteretur Angelus, fuerint præscripta à Deo.**

Loc. cit. a. 3

Sap. 18. 14



Aperiun-

Aperiuntur mytheria, cur Dei Filius Virginem in matrem elegerit.

DISCURSUS QVARTVS.

Missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem.

Porro quod legatus ille quem sanctissimæ Trinitatis supremum confistorium ad Mariam dimittit, aulicus quidam sive ephæbus fuerit curiæ cœlestis, nemo facile admirabitur, siquidem ut S. Hieronymus scribit :

Bene Angelus ad Virginem mittitur, quia semper est Angelus cognata virginitas. At verò quod hic Dei Filius hic in terris talem sibi eligere voluerit matrem, ipsum concipientem, patientem, lactantem, quæ purissima & in temerata virgo esset, id non tantum admirationem, sed stuporem in omnibus excitat. Quis enim unquam vidit, quod mulier aliqua illibata & illæsa virginitate sua sine ulla viri opera conceperit in utero, pepererit, lactarit ?

Quanta est virginitatis gratia, inquit S. Ambrosius, quæ meruit à Christo eligi, ut esset corporale Dei templum, in qua corporaliter habitavit plenitudo Divinitatis ? Virgo genuit mandati Salvatorem. Virginitas etenim Mariæ verbum æternum in ejus viscera attraxit. Enimvero tamen nulla invenire verba possumus, tantæ puritatis expressiva, non tamen ob id animo deficiamus, siquidem sancta mater Ecclesia id ipsum quoque de semetipsa confitetur, dum ait: sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus offeram nescio; quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Hic etenim Dei Filius hisce elogiiis à Spiritu sancto insignitur: Candor lucis æterna, speculum sine macula, Dei majestatis, & imago bonitatis illius. Hic ab æterno in æterni Patris sui sinu demorabatur, volensque deorsum ad nos in terram descendere, pater-

num hunc sinum, in virginealem commutavit uterum. Unde S. Ambrosius ait: *Sinus Christi erat in Deo Patre Divinitas, in Maria matre virginitas, cujus sic tenebatur pulchritudine sic irretiebatur amore, ut nisi sibi inferret vim, ab illa exire nequiret. Etenim quando ipsi in hunc liliorum Paradisum ingrediendum erat, ne unico quidem momento distulit, sed mox, ut illa in hæc verba prorupit: Fiat mihi secundum verbum tuum; verbum caro factum est. Aliis infantibus anima tunc pridem infunditur, postquam quadraginta diebus antea in utero materno fuere concepti, at verò in Christo, in primo post consensum virginis instanti, anima unita est corpori. Econtra verò quando ipsi de hoc purissimo, immaculato, & Angelico ventre egrediendum erat, tunc licet vel septimo mense, vel in principio noni mensis in lucem prodire potuerit, ibidem tamen novem integris mensibus commorari voluit. Quoniam autem motivo, vel virtute attractiva id factum fuisse existimatis? Nimirum virginitatis ejus tenebatur pulchritudine. Doctor Angelicus, ad id comprobandum, Damasceni testimonio utitur, qui scribit: *Filius Dei construxit sibi ipsi ex castissimis & purissimis sanguinibus Virginis carnem animatam anima rationali. Enimvero conveniens omnino erat, ut temporalis hæc generatio aliquam haberet cum æterna generatione similitudinem. Sicut enim hæc ex sinu Patris purissima & immaculata extitit: Unigenitus qui est in sinu Patris; ita conveniens erat, ut temporalis quoque generatio ex tali matre fieret, quæ pariter virgo immaculata remaneret. Præterea, ut S. Augustinus notat, sicut**

L 1 2 primus

Ser. de Assump.

Lib. 2. de offic.

Ser. 7. 26.

Ser. 24.

3. p. 90. 31. a. 1.

primus Adam de terra virgine plasmatus fuit, quæ nondum cultivata, vel vomere aut aratro scissa aut divisa erat: *Ecce nunc secundus Adam quasi de intacta ac rudis terra, virginis de carne formatur.* Idem quoque Hugo Cardinalis deinceps observavit, dum ait: *De virgine nasci voluit, ut sicut primus Adam de terra virgine factus fuerat, ita secundus Ad. m. de virgine.* Alibi quoque sanctus Augustinus ad hanc virtutem, efficaci quodam motivo, nos exhortatur, dicens: *Diligamus præ omnibus castitatem, quia ut placere hanc sibi Christus offenderet, pudicitiam uteri virginis elegit.* Et quidnam Apostolus insinuare voluit, quando dixit: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.* Num fortè hæresi Valentini favere aliquatenus voluit? Minimè gentium; hic etenim blasphemus hæresiarcha Christi humanitatem de cælo descendisse dicebat, nos autem scimus fidei veritatem esse, quod *in armatus est ex Maria virgine.* Ac proinde nonnulli existimant, Christum appellari ab Apostolo cælestem, ratione suppositi, quod est divinum, & ratione unionis illius sacratissimæ humanitatis ad verbum: At verò dicere etiam possumus, Christum corpus suum traxisse *de cælo*, eo quòd corpus suum accepit ex virgine, quæ velut cælum quoddam animatum purissimumque fuit, ipsisque sphaeris cælestibus capacius; siquidem *quem cæli capere non possunt, tuo gremio contulisti.* Et quidem etiam de cælo naturali Scriptura dicit: *Cæli non sunt mundi in conspectu eius* hoc tamen de hoc mystico cælo affirmari nequaquam potest, hoc enim adeo est mundum, ut sibi Deum illum attraxerit, *qui sit cand. & lucus æterna.* De omnibus quidem aliis virginitatem sollicitè custodientibus dicitur, quòd sequuntur Agnum, quocumque ierit, *virginis enim sunt;* at verò in præsentem agnus ille immaculatus à Mariæ virginitate adeo se trahi finit, ut se ejus obedientiæ submiserit, seque totaliter ei subjecerit, quia erat *subditus illi.* Verum enim verò num fortè scire desideratis, quomodo hæc adeo nova & in illo sexu, præcipuè tempore Hebraismi, imò & in toto mundo, ut ita dicam, adeo rara virtus virginitatis à beatissima Virgine consecrata, adeoque gloriosa facta fuerit, ut Psalmista dicat, quòd *afferentur virgines post eam?* Audire beatum Thomam de

Villa nova aptè ad id respondentem: *Vbi didi- Ser. 2, de*
ceras Deo ita gratam esse virginitatem & nisi Annun.
quia omnipotens Dei verbum prius fuit tibi magister quàm filius, prius te habuit discipulam quàm matrem prius tuam mentem, quàm ventrem implevit?

2. *Turbata est;* inquit de Maria textus Evangelicus. Veruntamen sive id acciderit occasione apparentis Angeli, sive ob verba, quæ referebat, hoc saltem verissimum est, turbationem hanc ei accidisse ex ferventi zelo suæ virginitatis. Nam extra omnem controversiam positum est, ipsam frequentissimum semper habuisse cum spiritibus Angelicis consortium, eosque illi frequentissimè apparere solitos fuisse, nam *conversatio ejus in cælis erat.* Verum ut sanctus Hieronymus ad Lætam scribens observat: *Gabriel solam in cubiculo suo reperit, & ideo forsitan timore perterrita est, quia virum, quem non solebat aspexit.* Angelus etenim in assumpto corpore juvenis cujusdam viri speciem præ se tulit; & tametsi cum Angelum esse laus cognosceret, attamen *turbata est,* eo quòd sola cum ipsa versaretur: *Ingressus Angelus ad eam* (inquit beatus Thomas) *quæ viri fores claudere poterat, non Angelus; ideo ingressus Angelus, quia viro non patebat ingressus est enim frequens Angelorum concursus, ubi hominum solitudo reperitur.* S. Ambrosius id ipsum confirmans dicit: *Virga quasi viri specie mota trepidavit.* Ac proinde (inquit Doctor Angelicus) Angelus subjunxit: *Ne timeas, non veni prædicator in violabilem tuam virginitatem, sed conditoris puritatis.* & custodiis contubernia referare. Didacus Stella hanc super illa verba: *Ingressus Angelus ad eam,* instituit considerationem: *Equidem manifestissima insania veniet reprehendendus, qui conatus fuerit ad Mariam ingredi, nisi Angelicam puritatem prorsus redoluerit.* Enimvero *turbata est* non solum ad præsentiam, verum etiam ad verba Angeli: *Turbata est in sermone ejus;* Num fortè ob hoc vocabulum *At e?* Non est id verisimile, siquidem Angeli eam hoc modo frequenter salutare debebant? Num igitur ob verba sequentia: *Gratia plena?* Minimè; Quid enim ipsa vehementius desiderare poterat, quàm ut esset gratia plena. Ergone turbata est quia sibi dici audivit: *Dominus tecum?* Neque hoc mihi persuadere valeo, hoc enim ipsa à Deo continuis suspiriis

po-

Ser. 5. de
nat.Ser. 7. de
nat.1. Cor. 15.
47.

Job. 15. 15.

Apoc. 14.
4.Lib. 2. ep.
150Conc. 2. de
Annun.Lib. de B.
Virg.
In Cat.

In Luc.

Lib. 1. c. 6.

postulare debebat, scilicet ut possit adstringi & uniri cum Deo: cur igitur tantopere *urbata est* & ratio est, quia Angelus statim subjunxit: *Benedicta tu in mulieribus*, hoc enim idem erat, quod annuntiari illi futuram prolem, & numerosam fecunditatem. Unde Richardus à S. Laurentio dicit: *Audito hoc verbo, Benedicta tu in mulieribus, turbata est quia in virginibus benedicti semper optabat*. Etenim quando Angelus eam manifestè ipsam Dei matrem futuram, eamque concepturam & parituram esse dixit, qui futurus esset Salvator mundi, ipsa confestim subjunxit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* ubi in promissione Filii. (inquit idemmet Author) manifestum patuit virginis tunc periculum, ultra non potuit dissimulare, quin diceret: *Quomodo fiet istud? Ecce igitur qualiter prima verba, quæ mundus ex sede veræ sapientiæ, sedes sapientiæ, audivit, quæque in scriptura sacra veridico Spiritus Sancti calamo contcripta leguntur, utpote in defensione in virginis prolata, firmissimi voti, de conservanda perpetua virginitate Deo facta, sint insinuati- va.*

3. Omnes sacri interpretes valde mirantur, quod Beatissima virgo adeo maternitatem acceptare renuerit, eo quod id sine virginis suæ præiudicio fieri non posse apprehenderet, ideoque quaesivit: *Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco?* Qua de re B. Thomas ita scribit: *Neque prius silentium rupsit, quam de pudore fieri sermonem agnovit: Sola hac sollicitudo Maria potuit superare silentium; Quomodo fiet istud? &c.* *O miram pudicitiam curam, & inestimabilem castitatis amorem! mater Dei ab Angelo pronuntiabatur, & pro sua virginitate sollicitabatur: Deum habitura est filium, & de suo pudore quaestionem facit; neque tanto pignore puritatis damna compensat, tanta erat in ea puritatis sanctimoniamque dilectio.* Similem quandam considerationem S. Gregorius Nyssenus instituit dicens: *Attende etiam mundi virginis vocem partum annuntiat Angelus; ipsa verò virginitati innititur. Constans in eo perseverat, quod videlicet virginis suam perdere nolit, licet ei dignitas Matris Dei offeratur, promittaturque, quod conceptura sit in utero verbum æternum, Magnifica & sublimia sunt, quæ Maria de filii eius futuro Angelus prænuñciavit (inquit Salmeon) verum illa utpote prudentissima, ad tam*

excelsa promissa adhuc non permovetur, antequam omnia de sua virginitate atque integritate vult esse certa. Sanctus quoque Bonaventura observat, quod interrogavit: *Quomodo fiet istud, ut si posset esse, quod haberet simul virginitatem & fecunditatem, tunc consensum præberet; Secus verò non.* Cujus quoque opinionionis Didæus Stella se esse declarat, dum ait: *Quod si quaras à B. Virgine, nunquid malit virginitatem custodire, quam mater Dei esse non dubito, quin tibi respondeat; melius & salubrius esse cordis sinceritate, & animi virtutibus splendere, quam dignitatem aliquam, quantumvis sublimem & excellentem jubere.* Idemmet author affirmat Beatam Virginem probè satis scivisse, quod Deus utrumque simul efficere posset, scilicet ut virgo pariter & mater esset, ac proinde modum illius prodigii efficiendi interrogasse: *Quia scio Dominum potentem esse, ut mea virginitate intacta manente, possim parere, quæro, quomodo Deus id facere disposuerit.* Quapropter Angelus ei respondit: *Spiritus sanctus super te veniet, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Chrysolomus ad hunc modum intelligendum, similitudinem quandam adducit, dicens: *Nonne sol cuius est corpus sensibile, quocumque radios mittit, non laeditur in propria puritate? multo erga magis iustitia sol, ex utero virginali mundissimum corpus assumens, non tantum contaminatus non est, sed etiam ipsam matrem sanctiorem ostendit.* Fecunditas etenim & maternitas in Maria (quis idiplum crederet) virginis & integritatis suæ florem incredibiliter adauxit. Unde Chrysolomus ait: *In toto conceptu, in tuo partu crevit pudor, aucta est castitas, integritas roborata est, est solidata virginitas.* Et hinc est, quod B. Thomas B. Virginem hisce affectu plenissimis verbis exhortetur: *Noli pro tua virginitate formidare; conceptus hic virginitatem tuam non auferet, sed sacrabit, pudorem non minuet, sed prole ditabit.* Venter tuus (inquit in sacris Canticis sponsus) acerus tritici, & vallatus liliis. *Quisnam est peregrinus iste loquendi modus, quo sponsus dicit, quod lilia virgineo Mariae utero sint instar custodiae & præsidii, imò instar valli cuiusdam & munitissimi propugnaculi. Vallatus enim idem est, quod quidam validus agger ad loci defensionem aggestus. Sanctus Bernardinus autem uocat, quod grana tritici fecunditatem, lilia verò virginitatem signifi-*

1^a cat. D. Th.

Con. 2. de annunt.

In cat. D. Th. cit.

To. 3. tr. 7.

Ser. 142.

Con. 1. in ann.

Cant. 7. 2.

Ser. 2. de concep.

cent. Voluit igitur innuere sponsus, quod, nisi in sponsa sua virginitas Maternitati conjungeretur, aut nisi lilia circum ipsam plantarentur, quæ ipsam concipiendò & patiendò Salvatore, puram conservarent & virginè, illa in maternitatem etiam ipsulmet Dei minimè fuisset consentura. At veidò data est ei de celo sequens promissio: *Virginitatis non patieris detrimantum, & eris mater semper intacta ut benedicta dicaris inter omnes mulieres* Porro de Monocerotore scribitur, quod tantæ sit ferocitatis, ut capi se minimè sinat, nisi à virgine duntaxat; unde Incognitus super illa verba Psalmi: *Ædificavit sicut unicornium sacrificium suum*, adducit auctoritatem S. Gregorii dicentis: *Isto modo capitur; puella virgo proponitur, qua venienti sinum aperit, in quo ille omni ferocitate deposita caput deponit, sicque ab eis, à quibus quaritur, repente velut enervis invenitur & capitur*, Ehem quam erat Deus noster pri-

Ps 77. 69.

Lib. 31.

mor. c. 23.

usquam in terram descendisset, formidabilis! *Deus ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit: Deus exercituum, terribilis & fortis.* Unde populus Israëliticus ejus vocem, haud secus ac si tonitru aut fulmen quoddam esset, audire renuebant, metu mortis inde secuturæ: *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur* Verum enimvero Virgo beatissima hodie 19: sinum suum aperit, omni rigore deposito, divinus hic Monoceros in ejus sinu misericors & mitis efficitur: *Per & scera misericordia Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto. Luc. 1. 78.* Ex Leone igitur, & feroci ac terribili Monocerote factus est mansuetissimus Agnus: *Ecce Agnus Dei, idque propter miram Virginitatis Mariæ attractivam virtutem.*



De immenso gratiarum thesauro, quem Beata Virgo in Incarnatione verbi, & in toto vitæ suæ decursu successivè recepit.

DISCURSUS QUINTVS.

Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena.

Cœlestis ille legatus Beatam Virginem in primo suo ingressu salutans, non dixit: *Ave Maria*, sed *Ave gratia plena*. Non eam proprio nomine nuncupavit, inquit Didacus Stella, propter suam dignitatis altitudinem. Neque enim Principes viros vel fœminas nominibus ipsorum propriis nominare solemus, sed potius dignitatum suarum titulo. v. g. Ducis vel Regis, vel Imperatoris, Beatissima Virgo, à summo illo Consistorio, in Matrem verbi æterni electa erat, in dignitate adeo sublimi collocatam titulo gloriosissimo & honorificentissimo, quo potuit, nominavit; id est, *gratia plena*. Vel etiam dici potest, prout idemmet Stella considerat, quod cum ea tanquam cum civè celestis regis. Hic in terris necessum est, ut inter nos distinctis simus nominibus insigniti, ad distinguendum unum ab alio, maxima etenim futura esset confusio, nisi hæc nomen distinctio inter nos intercederet: at verò non ita se res habet inter spiritus illos & animas beatas, utpote intellectu perspicacissimo præditas. Ac proinde congruum erat, ut Angelus Mariam salutaturus, cum illa, utpote cœlorum Regina cœli quoque idiomate seu Dialecto loqueretur, idque tanto magis, quod illa Angelis maximè conformis esset. Denique dici etiam potest, quod sicut per antonomasiam dum sapiens nominatur Salomon, vel Psalmista David, aut verò Isaias propheta intelligitur, eodem modo Angelo salutare Mariam volenti suffecerit dicere: *Ave gratia plena*, de nulla etenim alia creatura titulus iste intelligi potest, præterquam de Dei genitrice Maria.

2. *Gratia plena* Beatissima Virgo Maria hodierna die, qua verbum æternam in virginis suis visceribus concepit, ab eodem simul jus quoddam consecuta esse censetur, super omnes processiones spirituales Spiritus sancti, utpote qui ejus factus est sponsus, ac proinde eas Virgini infudit cum omni donorum & gratiarum plenitudine, quæ conferti potuit ulli puræ creaturæ. *À tempore, quo concepit Deum*, inquit S. Bernardinus, *in utero suo* quandam, ut sic dicam, jurisdictionem habuit, seu autoritatem in omni temporali processione Spiritus sancti, ita quod nulla creatura aliamquam à Deo recipit gratiam, nisi secundum dispensationem Virginis matris. Idemmet sanctus, utpote Beatissimæ Virgini apprime devotus, alibi scribit: *Excepto Christo, tanta gratia Virgini à Domino data est, quantum uni puræ creaturæ dari possibile esset. Cum enim mater sit verbi, à quo procedit Spiritus sanctus, consequens est, quod, cum in filium tantum obtinuerit dominium, simile quoque imperium habeat, quoad thesauros Spiritus sancti, cum hic à filio suo procedat, idque tanto firmitus existimandum est, quanto est certius, ipsam hodie factam esse sponsam Spiritus sancti, eumque in animam pariter & sacratissimum ejus uterum esse infusum: Spiritus sanctus superveniet in te. Qualis autem sit hic, qui Mariæ annuntiat gratiarum thesaurus, hæc de re sacros interpretes audire placebit, Regius Propheta tot abhinc sæculis prævidens futurum, quod incarnatio Messie in sua stirpe perficienda esset, dixit: *Inclinavit cœlos & descendit. Quasi dicere vellet, inquit Hugo Cardinalis, Deus primò omnes Paradisi thesauros in sinum ejus effudit, ac tum denuum descen-**

T. i. ser. 523
a. l. c. 2.

T. i. ser. 62
a. 24. c. 10

Ps. 17. 20.

- descendit & Inclina vit caelos sicut vas, ut totum effunderet. Porro valde celebris est illa S. Bernardi propositio: *Christus redempturus mundum, univ. s. in thesa. sup. ontulit in Mariam, ut de plenitudine eius omnes acciperent: nihil enim nos Deus habere voluit quod per manus Mariae non transiret.* De ipsa quoque intelligenda sunt illa Spiritus sancti verba in Ecclesiastico: *In me gratia omnis via & veritatis, in me omnis spes vite & virtutis.* Enimvero verissimum est, quod gratia Divina suam a filio scaturiginem habet. Gratia per Iesum Christum. Veruntamen non minus quoque certum est, quod is magnam matrem suam eisdem gratiae constituerit dispensatricem & thesaurariam. Et hoc forte est mysterium illud, quod caelestis illius sponsum in sacris Canticis de ea scripsit, hisce verbis: *Collum tuum sicut turris iburnea, nam ut bene notat S. Bernardinus: Sicut per collum spiritus vitales à capite diffunduntur per corpus, sic per virginem à capite Christo vitales gratia in eius mysticum corpus continuo transfunduntur.* Audite quidnam Richardus à S. Laurentio, qui in B. V. Laudibus conscribendis adeo fufus fuit, pro horum verborum Angelicorum declaratione temperit: *Benedicta es gratia plena, & in tantum plena, ut ex tuo redundante totus hauriat mundus.* Ipsa namque mare quoddam est, quod omnibus fluminibus, cunctisque fontibus aquam ministrat. De plenitudine eius omnes accepimus. Unde nomen suum non sine mysterio ad mare alludit: *Congregationes aquarum appellavit Maria.* Sicut enim omnes rivi, torrentes, & flumina suum mari tributum pendunt, & hoc vicissim eisdem aquas omnes, quibus affluunt, communicat, eas per subtetraneas venas & meatus transmittendo: *Ad locum unde exeunt, flumina revertuntur.* Ita quoque congregantur in hoc mari Mariano omnia merita, omnes virtutes, dona, gratiae, omnesque prerogativae, quae omnes Angeli & sancti habuere simul, adeo ut in veritate dicere possit: *In plenitudine sanctorum detentio mea.* Amabo vos o Auditores, dicite mihi, si nostis quidnam illorum verborum: *Radix in populo honorificatio legitimus sensus?* audite obsecro quamnam S. Antoninus interpretationem illis adhibeat; dicit enim: *Radix est principium arboris; Imaginemur ergo summitatem perfectionis gloria Beatorum esse in Seraphim ordine*

supremo, ibi incipit perfectio gratiae & gloria virginis; nam ubi omnium Angelicorum spirituum, aliorumque sanctorum & electorum Dei merita desinunt & compleantur, ibi sanctitas & gratia, ut ita dicam infinita Mariae, suum orditur exordium. Etenim S. Thomas 1. p. q. 25. haec sunt ipsissima verba: *B. Virgo ex hoc, quod a 6 in resp. est mater Dei, habet quandam dignitatem in adultu. firmitatem, ex bono infinito, quod est Deus.* Cum enim Filius ejus, qui omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit) gratiam suam hic maternitatis altissima dignitate commendet, necessum est dicere ipsam aliquam in se infinitatem continere, idque tanto magis, quia Angelus causam manifestè subjunxit, ob quam, eam hoc titulo, *Gratia plena*, saluta- *Sap. 10. 21.* bat, nimirum quia Deum conceptura erat: *Dominus tecum.* S. Bonaventura aliud quoddam argumentum, in ordine ad animam B. Virginis, quae quoddam facit thesaurorum Paradisi ararium, immensam capacitatem, in medium adducit, dicens: *Immensum vas non potest esse plenum, nisi immensum sit illud, quod est capax.* plenum; Maria autem vas immensissimum fuit, ex quo illud, quod major caelo est continere potuit. Quod quidem argumentum magis adhuc stringit dicens: *S. ergo Maria tam capax fuit ventre, quanto magis mente?* Uterus enim illius Dei capax fuit, quem caeli capere non possumus. Hugo Cardinalis existimat Angelum hisce verbis, *Ave gratia plena*, dicere voluisse: *Verè gratia plena, quia iam habebis in utero plenum gratia & veritatis.* Lyranus dicit: *Ista gratia non solum implevit ejus mentem, sed etiam ventrem, in quantum singulari gratia Dei factum est ut conciperet salutem Dionysius (arthusianus etiam de hac plenitudine gratiae ita scribit: Quo gratia virginis extitit prior, eo consistentia Dei in ea. In Luc. fuit singularior atque preclarior Dominus vero unigenitus Dei mox fuit cum ea & mea, singularissimo & eminentissimo modo futurus, utpote corporaliter quieturus in medio Virgineorum viscerum ejus. verus & unicus filius eius.* Enimvero hic filius ejus Paradisum secum deferens univ. s. si quidem verbum sanctissimae illi humanitati unicum erat, cujus anima perfecta fruebatur beatitudine, omnino postulabat, ut in ditissima caelestium gratiarum gaza seu arario habitaret: ac proinde *Lib. 2. in Gratia plena, quia Dominus tecum.* Bene sola *Luc. c. 2.* plena gratia dicitur (inquit S. Ambrosius)

qua sola gratiam, quam nulla alia novorat, consecuta est, ut gratia repleatur auctore. S. Hieronymus in Epist. ad Principiam, ideo S. Gabrielem Beatam Virginem ita salutasse existimat: Quia conceperat eum, in quo omnis plenitudo divinitatis habitas corporaliter, plena gratia saluatur.

3. Spiritus sanctus superveniet in te, inquit ad Beatam virginem Archangelus. Quibus in verbis observandum est, quod non dixerit veniet, sed superveniet, quia Mariæ animam jam dudum impleverat, suis eam thesauris locupletando. Pro cuius majori evidentia advertendum est, quod prius illam dixerit gratia plenam, & postea subjunxerit: Spiritus sanctus superveniet in te. Unde clarè satis deducitur, cor ejus Spiritu sancto plenum fuisse, quando gratis cœlestibus replebatur. Unde Hugo Cardinalis dicit: Nunquid potuit impleri gratia, & nondum habere Spiritum sanctum, cum sit ipse dator gratiarum? si autem jam inerat, quomodo super venturus noviter repromittitur? An forte ideo non dixit, veniet, sed superveniet, quia & prius quidem inerat per multam gratiam, sed nunc superventurus nuntiatur propter abundantioris gratia plenitudinem quam effusus est super illam? sed cum plena jam sit, quomodo amplius illud capere poterit? Responso, quam dubio huic subnectit, plene mihi satisfacit; dicit enim: Prior gratia mentem ejus tantum repleverat, sequens etiam ventrem implevit. Quod planè cum eo consentit, quod in S. Bernardo scriptum reperitur, qui pariter ita loquitur: Plenitudo divinitatis, qua ante in illa, sicut & in multis sanctorum spiritaliter habitabat, etiam sicut in nullo sanctorum corporaliter in ipsa habitare incepit.

4. Gratia plena. Auscultemus nunc, quid sacri scriptores de hac gratiæ plenitudine scripserint. S. Hieronymus dicit: Bene plena, quia ceteris per partes prestatur gratia: Maria vero tota simul se insudat gratia plenitudo. Chrysologus obstupefactus exclamat: Gratia, qua dedit cœlis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitis, vita ordinem, moribus disciplinam S. Bernardinus scribit, quod,

quando virgo dixit: Fiat mihi secundum verbum tuum, ipsumque proinde Salvatorem concepit: Meruit totalem fomitis extinctionem, Dominium & primatum totius orbis, plenitudinem omnium gratiarum, omnium virtutum, omnium donorum, omnium beatitudinum, omnium fructuum spiritus, cunctarum scientiarum, interpretationes sermonum, spiritus prophetia, discretionis spirituum, operationis virtutum meruit fecunditatem in virginitate, maternitatem Filii Dei. Angelicus Doctor insuper notat, cœlestem illum nuntium, ipsam dignam pronuntiare voluisse, quæ verbi æterni genitrix esset. In qua quidem salutatione præsistit idoneitatem ejus ad conceptum, in hoc quod dixit: Gratia plena. B. Laurentius Justinianus ait: Magna profecto Mariæ gratia exuberans, quæ cœlis dedit gloriam, terrisque genuit Deum, gaudium præstavit Angelis.

5. Veruntamen sciendum est, quod, ut S. Bonaventura vitam Christi meditando affirmat, B. Virgo Elisabethæ dixerit, se hunc copiosum gratiæ cœlestis thesaurum, quam à Deo receperat, nequaquam sine labore comparasse, imò se nullum unquam donum aut gratiam assecutam fuisse. quam per continuam orationem, per ardentia desideria, humilitatem profundam, abundantia lachrymarum, perque afflictiones etiam corporales non acquisierit, sola sanctificatione sua excepta. Porro Angelus eam magnifica hac salutatione Ave gratia plena, honorans, media nocte, ipsam invenit in terram prostratam, vigilantem in orationibus, & pro mundi redemptione, Messias adventum affectuosis gemitibus suspirantem. Unde hæc elici potest consequentia: Quod si ipsamet Dei Mater cœlestem gratiam, cujus jam, à proprio filio & Spiritu sancto Sponso suo, dominium & possessionem acceperat, per opera virtuosa, per labores, & mortificationes acquirere voluit, quam redarguenda erit nostra præsumptio, si eandem negligenter & otiosè ac ignavè vivendo, nos accepturos esse confidamus.

Hom 4.
supermissus est.

Sor. de ass.

Ser. 143

To. 2. ser.
SL. ca. 1,

3 p. q. 30.
a. 4.

Ser. de. an.

Lib. 30

Super verba illa, quæ Angelus ad Mariam dixit: videlicet
 DOMINUS TECUM, variorum expositorum interpreta-
 tiones adducuntur.

DISCURSUS SEXTVS.

Dominus tecum.

1. **I**Nter alia salutationis Angelicæ mystica verba, majoribus haud dubiè mysteriis turgescunt hæc duo: *Dominus tecum*. Neque enim ullo modo in dubium revocari poterat, quin Deus individuus Mariæ conies à primo conceptionis ipsius instanti fuerit, imò ipsamet sanctissime gloriatur: *Dominus possidet me initio viarum suarum; antequam quidquam faceret à principio*. Ac proinde æquum est, ut ducibus aliis expositio-
 nibus factis, sensum hujus propositionis non-nihil accuratius examinemus.

Prov. 8. 27.

2. Didacus Stella hoc loco pulchrè obser-
 vat, quod, tamen Deus Archangelum eò po-
 nissimum sine ad Mariam Virginem ablegarit,
 ut ipsa consentiente, vitceribus ejus, Incarna-
 tione mediante, sese insinuaret, jam dudum
 tamen alio quodam modo cum ipsa commo-
 ratum fuisse; unde cum id S. Archangelo sa-
 nis manifestè constaret, non dixit ei: *Dominus*
veniet ad te; para ei hospitium, exorna cordis
sui thalamum; sed ostendens hæc omnia jam
parata, & Dominus ante ipsam venisse, dixit:
Dominus tecum

In Luc.

3. Albertus Magnus in hoc dicto Angelico
 efficaciam virginæ intercessionis denotatam
 fuisse existimat, utpote quæ adeo potens erat,
 ut ipsammet Dei filium pro humanæ redem-
 ptionis beneficio complendo, tantopere de-
 sideratum, quamque ipsamet præ cunctis aliis
 incessantibus precibus suis à Deo poposcerat,
 in terram attraxerit. *Dicitur autem Dominus*
esse cum ipsa plusquam cum aliis; oravit enim,
ut dicunt Patres, redemptionem Israel, & ipse
Dominus exaudivit orationem ejus. In cujus

sententiæ confirmationem, utitur illis verbis,
 quæ Deus Davidi dixit, utpote de cujus stirpe
 mater ejus nascera erat: *Omne quod est in cor-*
de tuo, vade & fac, quoniam Dominus tecum est,

2 Reg 7.

4. *Dominus tecum, non tantum per essenti-*
am, inquit Lyranus, potentiam & presenti-
am, qualiter est in omnibus rebus, nec solum per
gratiam eo modo, quo est in sanctis hominibus,
sed etiam per carnis assumptionem, quia corpus
divinitati unitum fuit, formatum de B. Virgi-
nis purissimis sanguinibus. Gratulare (tant
verba S. Augustini) B. Virgo; Christus Rex è
cælo suo, incarnatur in utero tuo, de sinu Pa-
tris, in uterum dignatur descendere matris. Do-
minus (inquit pariter S. Bernardinus) non si-
cut cum aliis, cum quibus est per participatio-
nem gratiæ, sed tecum singulariter, in quo est
per communicationem natura, quia in utero
virginis natura nostra unita est natura divina.

S. r. 18. de
 SS.

T. I. Ser.
 § 2. 11. c. 3.

cit. à Gloss.

S. Augustinus opinatur Angelum Mariæ dice-
 re voluisse: *Dominus tecum magis quam me-*
cum, ipse enim in tuo est corde, in tuo sit utero,
adimplet mentem, adimplet ventrem. Neque
enim Angelus in eadem salutatione, aut si
mauultis dicere, legatione, sine mysterio sub-
junxit Ecce concipies in utero & paries filium?
videri quidem superflua potuissent verba illa,
concupies in utero, ubinam enim sexus ille,
patrum alias conciperet, si non in utero. Ve-
rum responderi potest in primis, Angelum
hoc loquendi modo virgini insinuare voluisse,
ipsam verè illam esse, de qua Propheta Evan-
gelicus prædixerat: Ecce virgo concipiet & pa-
riet filium. Unde S. Bonaventura ait: Vt sic im-
pletur in te illud Isaiæ: Ecce virgo concipiet
& pariet filium. Adjunxit autem præter con-
cupiet,

Isa. 7. 14.

In Luc.

cipiet, etiam *ly in utero*, ob nonnulla mysteria, quæ sacri commentatores conjunctum tetigerunt. Sanctus enim Gregorius Nyssenus hac de re ita scribit: *Quoniam contingit specialiter divinum concepti Spiritum, & Spiritum parere salutarem secundum Prophetam; ideo addidit, & paries filium* Lyraus dicit: *Concipies in utero, jam enim per fidem & devotionem conceperat in corde suo*. Theophylactus clarius scribit: *In utero autem dixit, ut ostendat Dominum ex ipsius Virginis utero incarnatum substantialiter*. Cui similis est Angelici Doctoris interpretatio, dicentis: *Dicit autem concipies in utero, ut demonstraret Dominum ab ipso utero Virginali, & de nostra substantia carnem suscipere*. Verissimum quidem est, quod Spiritus sanctus incarnationem operatus fuerit. Unde Albertus Magnus optimè notat, quod Angelus non dixerit: *Quod nascetur a te sanctum; sed ex te, quia tota causa efficiens Spiritui sancto & virtuti altissimi debetur; sed supra dicens in te, & notans locum conceptionis, hic dicit ex te, notans concepti materiam*. Ac proinde concludit: *Causa efficiens datur Spiritui sancto; formans causa est sapientia divina; materiam & locum administrat B. Virgo*. Non tamen ob id Spiritus sanctus Christi Pater appellatur, tamen eius incarnationem fuerit molitus, quia conceptus est de Spiritu sancto; cujus ratio optimè ab eruditissimo Salmerone adducitur, sicut etiam cur Christus non dicatur filius Spiritus sancti: *Quia non generatione de propria substantia, sed artificio mirabili, de aliena materia & substantia condidit Spiritus sanctus Christi sanctissimam humanitatem*.

Hom. 3. super missus est.

5. Dominus tecum. Ubi S. Bernardus ait: *Nec tantum Dominus filius tecum quem carne tua induis, sed & Dominus Spiritus sanctus de quo concipis, & Dominus Pater, qui genuit, quem concipis. Pater inquam tecum, qui filium suum facit & tuum: filius tecum, qui ad condendum in te mirabile Sacramentum miro modo & sibi referat genitale secretum, & tibi servat Virginalis signaculum; Spiritus sanctus tecum, qui cum Patre & Filio tuum sanctificat uterum*.

6. Dominus tecum. Alii ex hisce verbis eliciunt strictissimam illam unionem, quæ in incarnatione intercessit inter Virginem & Deum, dum hic eius factus est filius. Multi quidem Deo propinquius jungi studuerunt: *Accedite ad eum, & illuminamini*. nullus autem ad

tantum propinquitatis gradum accessit, ad quem Maria pertigit. Quod si enim alii (ita devotus quidam meditatur) Deum & Lino & Lana vestiunt, Virgo illum Purissima carne sua vestivit: si alii panem ei ministrarunt, ipsa lacte suo proprio eum pavit. Si alii domum ei indulerunt pro incolatu, ipsa eum intra viscera sua recepit. Est igitur hic filius ipsi & æterno Patri communis. *Filii illius Mater est* (inquit Bernardus) *cujus Pater est*. Et in symbolo S. Athanasii dicitur: *Ex substantia Patris ante sacula genitus, ex substantia Matris in saculo natus*. Tamen enim ipsa ad filii conceptionem non concurrerit, nisi quoad solam naturam humanam, purissimum suum sanguinem ei ministrando, non tamen ob id vera Christi Mater, & ipse verus Mariæ filius esse desinit, siquidem etiam communiter omnes aliæ matres nihil quod filiorum, quos concipiunt, animas concurrunt, quæ tamen sunt partes maximè essentialis filiorum. nec tamen ideo veræ Matris titulum & rationem amittunt.

7. Dominus tecum. Richardus à S. Laurentio dicit: *In his duobus verbis notatur Maria de laude dignitas, & dominium super filium suum. Maria. Aliorum Sanctorum, inquit idem scriptor, summa laus est, si de iis dicatur, quod converseatur cum Deo; unde Spiritus sanctus Enoch laudare volens, ait, quod ambulavit cum Deo. Id quod illi præcipue faciunt, qui exactè divinæ voluntatis executores existunt. Maria autem majus aliquid ceteris hominibus sortita est, ut non solum ipsa subiceretur voluntati Domini sed etiam Dominus voluntati ipsius, & per hoc merito diceretur Dominus esse cum ea.*

8. Dominus tecum. Quod si, ubi Deus sit, scire volumus, meminisse debemus ejus, quod de illo scriptum est, nimirum: *Dominus in templo sancto suo, Dominus in celo sedes ejus qui sedes super Cherubim*. Sed diceres fortasse si ita est, cur igitur Angelus B. Virgini dicit: *Dominus tecum*, seu quod Deus creaturam aliquam humanam in suam habitationem elegerit? Facilis & prompta est responsio: Virgo etenim non solum templum, sed sanctuarium quoddam effecta est: *Templum Domini, sacrarium Spiritus sancti*. Audite igitur, quænam sacratissimo illius utero attribuantur elogia. Sanctus Gregorius Thaumaturgus, sive id ex revelati-

Pf. 33. 6.

Pf. 10. 5.
Pf. 79. 2.

ne quadam habuerit, sive quod sic intra semet-
ipsum hac de re meditatatus sit, instructionem
huic cœlesti legato à Deo datam, sequentibus
verbis nobis scriptam reliquit. *Abi ab anima-
tam civitatem, de qua dicebat Propheta :*
*Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei ; abi ad
Paradisum meum ratione prœditum, abi ad
portam orientalem ; abi ad domicilium verbo
meo dignum ; abi ad alterum, quod est in terra,
caelum ; abi ad sanctuarium mihi prœparatum.*
Enimvero quod si in cœlis sedem suam super
Cherubinos collocatam habet, sciendum est
omnibus, B. Virginem figuratam esse in Thro-
no Salomonis Regis, de quo per testimonium
Spiritus sancti dicitur : *Non est factum tale
opus in universis Regnis.* Guericus Abbas ea
de re ita scribit : *Quam beatus ille venter e-
burneus, unde caro eburnea sumpta est Redem-
ptoris, pretium animarum, miraculum Ange-
lorum, solium summae maiestatis, thronusque
potestatis cibus vitæ immortalis !* Gregorius

Ser. 1. de
ann.

De Christi
nati.

Nysenus ita meditatur : *In ceteris quidem om-
nibus vix anima pura Spiritus sancti presenti-
am capit ; hæc vero caro receptaculum spiritus
fit. Neque enim anima Mariæ duntaxat, sed
& caro & corpus ejus dignum fuit esse habita-
culum Spiritus sancti. Quod in ea natum est,
de Spiritu sancto est. Denique nonnulli nota-
runt, uterum virginealem Mariæ tanta fuisse
sanctitate conspicuum, ut tertiæ in Trinitate
personæ, in universo Scripturæ sacræ volumi-
ne, titulus sancti nusquam adscribatur, nisi
postquam is, in hoc uteri Mariani ingressus est
sanctuarium, tunc enim eum hoc sancti elogio-
pridem scimus esse decoratum, Spiritus sancti.*
Unde B. Thomas de villa nova ait : *O uterum
cælo capaciorem, empyreo illustriorem. Paradi-
so fragrantiorum ! hic enim prima hominis Pa-
radisus, in qua prius ab homine videri digna-
tus est Deus.*

Conc. de
annunt.

Con. 1. de
annunt.

9. *Dominus tecum.* Conformiter ad eum-
modum, quo supra num. 5. S. Bernardus hæc
Angeli verba etiam S. Bonaventura de Trinitate
declarat : *sanctus Bernardinus etiam dicit :*
Tecum Dominus Pater, quia tu sponsa Patris ;
Tecum Dominus Filius, quia tu mater filii ;
*Tecum Dominus Spiritus sanctus, quia tu Spiritus
sancti thesaurarium comprobatur. Ratio-
nem reddit S. Thomas, quia Angelus subjun-
xit : Virtus obumbrabit tibi, Ne tamen solius*

*Spiritus Sancti, sed totius Trinitatis virtute. Hæc
opus mirificum in ejus utero patrandum agno-
scret, sapienter adjecit, & virtus altissimi &c.*
*Altissimus namque Pater est, & virtus altissimi
verbum Patris, quorum indivisa virtute non
in tota Trinitate, sed in solo verbo perficienda
erat Incarnatio. Unde licet in præfenti Evan-
gelio Incarnatio à S. Luca Spiritui sancto attri-
buatur, per hoc tamen non excluditur aliarum
divinarum personarum operatio. Id quod eti-
am Didacus Stella super illa verba : Spiritus
sanctus superveniet in te, observavit, dum ait :
Cum opera Trinitatis externa indivisa sint, id
quod actionis fuit in Incarnationis mysterio,
toti Trinitati tribuendum venit. Mox quoque
declarat, quo sensu dicatur esse opus Spiritus
Sancti : Per appropriationem, quia Spiritui
Sancto donum gratiæ tribuitur, & meritum
hoc fuerit supremum, quod in universo ipse o-
peratus est. Imò omnes sacri expositores con-
corditer affirmant, tres personas divinas con-
junctim sese Virgini adstrinxisse. Salmeron
enim dicit : *Cum illa erat Deus Pater, ut de
sua ipsius Virginitate substantia unus Christus
efficeretur, cum en erat & filius Deus, ut Vir-
gineam ejus carnem indueret : cum ea etiam
Spiritus Sanctus Deus, ut summum mysterium
summum a tunc operare. ut. Idem quoque
fuit B. Alberto Magno motivum, cur Mariam
hoc titulo hodie salutare ausit : Nobis trieli-
nium totius Trinitatis, unde de ipsa canatur* *Serm. 2. de*
Salve Mater pietatis, & totius Trinitatis no- *ann.*
*bile trinelium : verbi tamen incarnati Spiritu-
ale maiestatis prœparans hospitium. Beatus
quoque Laurentius Justinianus de eadem re
ita scribit : In hoc sacrosancto filii Dei incar-*Serm. de*
nationis Sacramento intervenit totius Trini- *ann.*
*tatis summa dignatio : Patris videlicet miten-
tis auctoritas, Spiritus Sancti veneranda ope-
ratio, & ab ipso verbo humana natura susce-
pto. Innocentius III. in sermone in hac so-
lemnitate habito dicit. Hæc Trinitatis myste-*3. p. q. 3*
rium innovatur, ut tres sint substantiæ in uni- *a. 1.*
*tate personæ ; ut nasceretur de Matre sine Pa-
tre, qui de Patre natus est sine Matre. Hodie si-
mul descendit & ascendit, sed Deus descendit
in hominem, & homo ascendit in Deum.*
Denique Doctor Angelicus per terminos
Theologicos nobis accuratè declarat, quo
modo***

modo hocce Incarnationis mysterium commune sit tribus divinis personis: Opus, inquit, Conceptionis commune quidem est toti Trinitati; secundum tamen modum aliquem attribuitur singulis personis; demum verò modum hunc explicando subjungit: Patri attribuitur

authoritas respectu persona filii, qui per huiusmodi cooperationem sibi assumpsit humanam naturam; filio autem attribuitur ipsa carnis assumptio; sed Spiritui sancto attribuitur ipsa formatio corporis, quod assumitur à filio.

De benedictionibus, quas Angelus Virgini annuntiavit.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Benedicta tu in mulieribus.

L. de laud.
Virg.

Ser. 1. de
Ann.

BEATISSIMA Virgo audito hoc insolito ab Angelo allato nuntio, ut Evangelista scribit: Turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Mirabatur (inquit Richardus à S. Laurentio) quomodo benedicta diceretur inter mulieres, cum sciret omnes mulieres maledictas esse in matre sua. Eva. Albertus Magnus quædam mysteria tangit, cum Angelus illam hisce verbis salutavit: Sicut Eva causa exitus perditionis humane, ita & Maria causa fuit nostræ Redemptionis. Et sicut illa omnes super nos maledictiones induxit, ita hæc per fructum benedictionis, quem nobis peperit omnia damna reparavit. Dicitur benedicta, quia per fructum vite, quem edidit suspendendum in ligno Crucis, vitam restituit. Eva namque per pomum veritum, quod decerpserat ab arbore, & sibi & universæ parentelæ suæ mortem propinavit: Maria verò brevissimum fructum ventris sui mundo edidit, qui pro salute generis humani in patibulo suspensus fuit, & sic mortem fugavit, & vitam restituit. Deus olim Deus ultionum nominabatur, nec immerito; Quot enim, priusquam ad nos descenderet, indignationis suæ in genus humanum fulmina vibravit? Hodie verò benignissima Abigail apud verum Davidem preces suas interponit, omniaque iræ ejus flagella à nobis remouet, omnemque maledictionem extinguit. Ita hæc verba S. Bonaventura interpretatur, dum ait: *Benedicta tu in mulieribus, propter universale*

remedium: Dixit David ad Abigail: *Benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ut irem ad sanguinem, & ulescerem me manu mea.*

2. *Benedicta tu in mulieribus.* Notandum hic est, quod hoc vocabulum benedictio in sacra Scriptura, communiter filiorum denotet fecunditatem, unde angelicum hoc nuntium, annuntiatio erat numerosæ proles, supra quasvis alias multiplicatæ. Sic quando Deus in mundi exordio animantibus benedixit, hoc benedicere idem fuit, ac dicere: *Crescite & multiplicamini.* Sic etiam Psalmista ait: *Benedixit eis, & multiplicati sunt nimis, Verum enim vero dices forsitan, quomodo de B. Virgine verificari potest, quod super cunctas Matres fecunda extiterit, ex quo unicum duntaxat filium concepit.* Ad hoc Salmeron ita scribit: *Benedicta tu etiam inter mulieres ob fructum ventris tui.* Siquidem unicus ille filius, non solum omnibus aliis filiis simul sumptis æquivalet, verum etiam cunctis præcellentior fuit: Sicut enim (ita idemmet Salmeron discurret) cælestium gratiarum thesaurus alio modo in Maria, aliter in aliis servis Dei locum habet. Ita benedictio præ cunctis mulieribus, alia ratione competit Virgini, quæ meruit habere benedictionem divinitatis uterum ejus inhabitantem, quod nulli mulieri concessum est. Etenim verum quidem est, Virginem unicum tantum esse filium enixam, verum is talis fuit, ex quo omnis Paternitas in cælis & in terra nominatur. Richardus quoque à S. Laurentio ita scribit: *Ideo benedicta est in mulieribus, non tantum quia sola sine concupi-*

Pf. 106. 38.

Ps. 3. tr. 1.

Eph. 3. 15.
Lib. 1. de
laud. Virg.
c. 6.

conspicienda concepit, & sine dolore peperit, sed quia pro omnibus in prole multiplicata est. nec obstat quod ipsa non nisi unicum filium pepererit: Paries quidem filium, inquit Angelus a numero singulari. *Et si enim carnaliter unicum filium genuit, in eo tamen, spiritualiter effecta est Mater magna multitudinis filiorum, quorum Christus primogenitus est.* Et fortasse hoc est mysterium, cur Evangelista, cujus calamus a Spiritu sancto sponso ejus movebatur, Nativitatem Christi describens dixerit, quod peperit

Luc. 2. 7.

filium suum primogenitum, tamen illam nullos præter Jesum filios concepisse probè sciret; voluit namque, ut intelligeremus, ipsam, per hunc unicum filium, omnes nos concepisse & peperisse: unde illam loco Matris omnes vengramur dicentes: *Monstra te esse Matrem* Porro S. Ambrosius hæc verba *Venter tuus sicut aceruus tritici considerans, scribit: Vnum granum frumentis fuit in utero Virginis Christus Dominus, & tamen acervus tritici dicitur, quia granum hoc virtute continet omnes electos, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Tamen enim Virgo unicum duntaxat partum in lacem ediderit, de ejus tamen sacratissimo utero in plurali dicitur: *Emissiones tue Paradisi;* simul

Cant. 4. 13

etenim cum unigenito filio suo omnes pariter peperit electos. Unde S. Bonaventura magnam hanc Dei Matrem ita salutat: *O Virgo benedicta, per cujus benedictionem benedicitur omnibus creatura non solum à creatore, sed creator à creatura.*

In spec. lect. 1.

3. *Benedicta tu in mulieribus.* Quia nimirum habuit singularissimum illud, inauditum, nec ulli hominum imaginabile privilegium, ut Mater sit & Virgo simul. De quo privilegio Chrysologus ita scribit: *Verè benedicta, quæ & divini germinis suscepit gloriam, & regina totius extitit castitatis. Verè benedicta, quæ fuit major cælo, fortior terra, orbe latior; nam Deum, quem mundus non capit, sola capit; portavit eum, qui portat orbem, genuit genitorem suum, nutrit omniū viventium nutritorem.* Ab hoc sancto Salmeron fortè didicit, quod de Maria scribit: *Virgo peperit, patrem suum genuit, portans eum se portavit, nutriens se servavit, vestiens se induit, servans eum se custodivit.* Prærogativa autem Mariæ unica & omnium maxima illa fuit, quod *Virgo peperit* Porro sterilitas in populo Hebræo, maledictio censebatur sexus illius. Beata Virgo autem Virginitatis amore, opprobrium istud non cutavit,

Serm. 143.

ac proinde, prout advertit Richardus à S. Laurentio: *Quia pro amore Virginicis contempsit maledictionem, quæ maledicebatur sterilis in lege, adeo meruit benedicti.* Digna enim judicata fuit, quæ filium quendam pareret, quæ scilicet omnem maledictionem, dedit omnem benedictionem. Glossa omnia myste ia, quæ in hoc benedictionis nuntio continentur, paucis verbis tetigit, dicens: *Benedicta tu in mulieribus, quæ sine exemplo mullebris conditionis & Virgo & Mater est, & Deum genuit.* Rupertus Abbas Tuitiensis de gloria filii hominis, super hæc verba: *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui,* hujus benedictionis hæc rationem adducit, dicens: *Quia mulier omnis concipiens, de amore viri concipit, tu sola de amore Dei, id est de Spiritu sancto concepisti.* Et ideo Angelus subjungit: *Spiritus sanctus super venit in te.* Albertus Magnus similiter hæc benedictionem, in ordine ad Mariæ integritatem seu Virginitatem considerat, conjungendæ fecunditatem Matris, cum Virginitatis integritate: *Ave debetur innocentia Virginis; gratia plena, quæ scilicet plenitudo debetur vacuati humilitati; & benedictio debetur cælibatus castitatis.*

Cap. 6.

Lib. 6.

In Luc.

4. *Benedicta tu in mulieribus* Idemmet Albertus Magnus in primo sermone super hanc solemnitatem ait: *Dicitur benedicta, quæ clave David, hoc est, per filium suum, Paradisum aperuit.* Sicut enim per Evam *Paradisus* porta clausa fuerat, ita & per Mariam Virginem sunt reserata. Quam benedictio hac major annunciari potuit, quam efficere, ut cælum pateat, à principio creationis suæ alias clausum, & ut verbum æternum ad æternam & beatam vitam nobis conciliandam in sinum suum descendat. *Ex te enim ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster, qui solvens maledictionem, dedit benedictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam.* Unde de ipa pariter canit sancta Mater Ecclesia: *Paradisus porta per te nobis aperta sunt.*

5. *Benedicta tu. Dei benedicere* (inquit Lucas Burgensis) *enefacere est.* Quam verò liberalis & beneficus Deus noster erga sanctissimam Matrem suam fuerit, salutatio Angelica, *Ave gratia plena,* satis declarat. Cajetanus etenim notat, quod hæc salutatio in lingua Hebræa idem significet, ac si diceret: *Ave gratificata gratiosa facta; eo solito loquendi modo, quo personam multum dilectam ab aliquo dicimus illi gratiosam:*

In Luc.

fam:

In Luc.

Sam explicavit, quæ effecta est gratia, ex plenitudine donorum divina gratia in ipsa Auger in super Angelus latum hoc nuntium hisce verbis Benedicte tu in mulieribus, quod idem est, ac si Angelus dixisset, tu benedicata es super quasvis alias mulieres: Benedicte, ac si diceret (inquit Didacus Stella) cui Dominus benefecit, id est, quæ à Domino maxima & divina beneficia accepit, ita ut nulla in universo beneficiorum cumulo illi fuerit equalis. Cum benedictio Dei sit collatio munerum, & eorundem multiplicatio, tanto beatior est Virgo Maria, quanto maiora & altiora munera à Deo accepit Idem quasi ad litteram scribit Dionysius Carthusianus in quodam sermone suo de hoc festo: Cum benedictio Dei sit collatio munerum ejus, & multiplicatio eorundem, tanto benedictior est Maria, quanto eminentiora & singulariora à Deo sortita est gratia dona. In Mariam namque omnium donorum, virtutum, meritorum, aliarumque cælestium divitiarum thesauri prodiga, ut ita dicam, manu, & sine mensura fuere effusi,

Serm. 2. de
ann. 77.

6. Benedicte tu, Guericus Abbas dicit: Hodie est Domini assumptio nostra, ut inhabitet gloria in terra nostra; prorsus hodie benedixisti Domine terram tuam, illam benedictam in mulieri-

bus: Imò potius dicere possumus, terram nostram cum enim illa olim per Prothoparentum nostrorum pravariationem maledictioni subiecta fuerit: Maledicta terra in opere tuo; spinas & tribulos germinabit tibi. Id quod non solum de terra, quam pedibus nostris calcamus, verum etiam de ea, quam in corpore nostro circumferimus, verificatur. hodie contra per hujus virginalis terræ benedictionem, omnia damna ex antiqua illa maledictione contracta denuo refarciuntur. Unde Carthusianus scribit: Christi incarnatio nostra est Desiccatio, & nostra natura admiranda dignificatio, & exaltatio: Ipse factus est filius Virginis, ut nos efficiamur filii Dei patris. S Bonaventura denique bene observat, quod Evangelista locum quoque, in quem Angelus missus est, specialiter expresse- rit. Dicit enim: In hoc ergo, quod in civitatem Galilea missus est, quæ eras confinium Iudeorum & gentium, quod illam venit annuntiare, qui promissus fuerat Abrabæ: benedicentur in semine tuo omnes gentes. Ecce tibi aliud quoddam mysterium, propter quod benedicta appellari B Virgo meruit, quia omnes populi gentiles in partu ejus veram recepturi erant benedictionem, id est, veram lucem, & veram fidem.

Gen 3. 27.

Serm. 2. in
Evang.

In Luc.

Variæ causæ turbationis adferuntur.

DISCURSUS OCTAVVS.

Quæ cum audisset, turbata est.

1. **T**Ametsi legatio hæc gloriosissima fuerit, omnium quæ à Deo quodam infinitæ majestatis, ab universo Regno cælorum, per Archangelum quendam pro negotio quodam a deo desiderato, tot suspitiis postulato, ac universo generi humano a deo grato & accepto, tamque ardentem ab ipsa Virgine expectato, expediri unquam potuit, ipsa tamen Virgo, sancto Evangelista teste, mox ut cælestem legatum vidit & audivit: *Turbata est; quis id credere posset, nisi*

ipsemet id testaretur Spiritus sanctus? Super cælestia vasces (inquit Thaumaturgus ad Mariam) Per te gaudium omni dispensatur creaturæ & nihilominus turbaris? Quid amplius desiderare poteras, quam ut Mater Dei fieres, omnium sæculorum miserias universalesque ruinas restaurares? Hujusce igitur turbationis mysteria accuratius nonnihil examinemus.

Serm. 2. de
ann.

2. *Turbata est, Lyranus, adducto mellissai Bernardi testimonio, in ea fuit opinione, turbationem hanc ex Angeli apparitione derivatam*

vatam

varam esse: *Ingressus est in secreto cubiculo, ubi clauso super se ostio, orabat Patrem in abscondito.* Et quidem valde est verisimile, quod, quo tempore Angelus eam convenit, orationi dedita fuerit. Quod si enim Angelus Nativitatem S. Joannis Baptistæ parentibus ejus indicare volens, Patrem illius in actuali sacerdotii ministerio occupatum offendit, quanto magis id ipsum de Virgine credendum erit? Unde Albertus Magnus: *Virginem in secreto orantem invenit. Est probabile, inquit Dionysius Carthusianus, quod tunc devotissime pro totius humani generis salvationis & Christi adventu oravit.* Porro Didacus Stella hanc Angeli apparitionem circa auroram factam fuisse credit: *Facti sunt hac salutatio ante solis ortum, ut significaret nobis Angelus, verum solem iustitiae Christum Redemptorem nostrum jam jam nasciturum.* Hac igitur hora, cellulæ suæ penetrabilibus inclusa, in altissimam raptam contemplationem, suæ quæ Virginitatis zelantissima, pulcherrimum quandam adolescentem coram se prodeuntem (talem enim se Archangelus ei in assumpto corpore exhibuit) conspiciens, quid mirum, si turbata fuerit? *Turbationem* inquit Albertus Magnus) *in ipsa occasione abasubita videlicet Angeli apparitio.* Et tamen si Evangelista dicat: *Turbata est, cum audisset, at tamen Ly illud audisset,* prout multifacii interpretes declarant, idem est, quod Ly vidisset. Unde Cajetanus dicit: *Qua cum audisset, prout vidisset, sensus visus describitur, sicut de Zacharia scripsit, quod vidit Angelum.* Lucas Burgensis dicit, quod audisset in Græco idem sit, quod vidisset in lingua Syriaca. *Cum vidisset Virgo Angelum viri speciem, & cœlestem Majestatem præ se ferentem, ingressum audissetque salutantem turbata est.* Nec valet, si dicas, Virginem frequentibus Angelorum apparitionibus assuefactam fuisse, ac proinde Gabrielem inter ceteros facillime cognoscere potuisset, utpote qui, secundum gravium auctorum opinionem, ei in Angelum suum custodem assignatus fuit; nam ut prudenter Dionysius Carthusianus observat: *Aliqui probabiliter dicunt, quod Gabriel Archangelus apparuit ei hac vice, cum lumine multo abundantiore, & apparatu, a habitu elegantiori; prout magnitudo ac dignitas sue legationis exegeret.* Porro S. Hieronymus ad Lætam scribens, ex hac Mariæ turbatione sequens elicit documentum. *Imitetur Mariam* (inquit Virginem

quandam, honestatem zelantem instruere volens) *quam Gabriel solam in cubiculo suo reperit, & ideo forsitan timore perterrita est, quia virum, quem non solebat, aspexit.* Subjungit Lucas Burgensis: *Quamvis enim consuevisset apparitionibus & colloquiis Angelicis quæ Spiritu fierent, non tamen huiusmodi, quæ fierent forma humana, speciem rili, ea denique majestato & splendore.*

3 *Turbata est.* Turbata autem describitur (inquit Cajetanus) *in sermone Angeli, aut quia complementum turbationis inchoata ex viso Angelo fuit sermo, aut quia non turbata est ex viso Angelo, sed ex sermone ipsius.* Fuit quoque multorum scriptorum opinio, hanc turbationem potius quandam fuisse speciem admirationis, Virgo namque in obcuritate intempestivæ noctis genuflexa & solitaria, ardentes ad Deum preces effundebat, pro accelerando verbi incarnati adventu: *Fortassis rogabat* (inquit Lucas Burgensis) *tunc ardentem Deum pro acceleratione adventus Messie Salvatoris.* Et ideo cum illa tenebræ à supervenientis Angeli cœlesti luce & admirabili fulgore, quo totum illud Angelus complexit, ita ut claritas Dei circumfulgeret Virginem, subito dissiparentur, quidni præ admiratione trepidaret: ita enim in Salvatoris nativitate etiam factum esse novimus, quando Angelo Pastoribus apparente, *claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno.* Perturbata est atque commota (inquit Salmeron) *ut ferè sit in alicujus rei inexpectato eventus, & magna & excellentis.* Ejusdem quoque opinionis alius quidam commentator fuit, qui ait: *Nec turbatio hæc ab imperfectione, aut aliquo vitio proficiscitur, sed ab admiratione tantæ nuntii.* Ipsa namque cum gemitibus suspirabat filii Dei adventum, imo credibile est ut diximus, ipsam hunc actualiter & effectivè postulasse. *Divina Virgo* (inquit Stella) *in admirabilem extasim elevata, mente & Spiritu in Deum transformata, incredibili gaudio orans Dominum, psallebat, mitte Dominum, quem missurus es; Ostende nobis Domine miseriam ordiam tuam, & salutare tuum da nobis.* Ac proinde dum videret, quod hoc sine, ut votis suis satisfaceret, hæc tam solemnis legatio ad eam cœlitus destinaretur, intelligeret quæ electam se esse, quæ hunc Dei filium conciperet & pareret, ab admiratione tantæ nuntii turbata est, vel potius obstupescita est.

4 *Turbata est in sermone ejus.* Primum verbum

In Luc.

Luc. 2. 9.

To 3. tr. 5.

10. Arbo-
rens in
Luc.

Serm. 1. de
ann.

Epist. 7.
cap. 4.

Ser.
nat.

Ser. 17. de
nat. Dom.

bum, quod Angelus protulit, fuit *Ave*. A salu-
tatione incipit, qui salutem in lingua portavit.
De qua salutatione S. Augustinus dicit: *Similis*
salutatio nulla invenitur in sacris literis. An-
gelus etenim malus quondam Evæ apparuit,
hancque ei promissionem fecit: *Erutis sicut Dni*;
at verò hac non obstante, misera hæc mulier
delusa fuit ac proinde beata Virgo merito tur-
bata est in sermone ejus, dum Matris Dei digni-
tatem sibi offerri audiret: *Cogitabat, qualis esset*
ista salutatio. Unde valde propria est similitu-
do, qua ad præsens propositum S. Gregorius
Thaumaturgus utitur, quæ desumitur ab ali-
quo, qui cum sit pretiosa veste indutus, in con-
tinuo timore perstitit, ne maculetur; pretiosa en-
nim & opulenta hæc Virginis vestis, humilitas
& virginitas ejus erat, ideoque ut dictus san-
ctus Pater meditatur, hunc in modum intra
semetipsam discurrebat. Quis scit, an fortè sa-
lutatio isthæc non sit astuti serpentis artificio-
sus dolus, qui nonnunquam transfiguratur se in
Angelum Lucis? Nunquid *Ave* istud doloris mi-
hi causa erit, sicut olim prima Matri Eva blan-
da divinitatis promissit? Nunquid per ironiam
beatificatio & salutatio ista facta est? Porro E-
va Serpenti aurem porrexit, seque ab eodem
decipi permisit; at verò Virgo cogitabat, qualis
esset ista salutatio? Unde Eusebius Emislenus
ait: *Turbata est non in vultu Angeli, sed in ser-
mone; non enim Angelum, sed verbum Angeli*
arsendebat, & quid illa tam officiosa salutatio
pretenderet, cogitabat. Cajetani etiam inter-
pretatio ponderationem meretur dicentis: *Co-
gitabat, qualisne, an bonus, an malus esset hu-
jusmodi sermo; suppetebat quidem ratio cogi-
tandi ad utramque partem.* Nam licet hæc ver-
ba Dominus tecum, bonum quidem in se sen-
sum complecterentur, alia tamen ejusdem sa-
lutationis verba non declarata satis, indiffe-
rentia erant: *Potest enim adulatoriè dic: Bene-
dicta tu inter mulieres, & similiter blandiendo*
dici, Ave gratiosissima. Unde Gabriel idipsum
cognoscens, subjunxit: *Ne timeas ut etiam ex*
hoc ipso, quod Virgo perciperet affectum suum in
ternum cognosci ab Angelo nuntiante, securi
fiere. Dixerat quidem cœlestis hic nuntius: *A-*
ve gratia plena non tamen satis declaraverat,
de quam gratia loqueretur, divinam an verò
humana. Dixerat, *Ave gratiosissima, s. u. gratio-*
sa facta, nec dixerat apud quos aut quem. Mox
verò id declaravit, quando dixit: *Ne timeas*
Mat. a, invenisti enim gratiam apud Deum, U-
Manf. Sanctuaris tom. I.

In Luc.

bi Andreas Cretenfis ait: *Quod subjectit, in ve-*
nisse gratiam apud Deum, omnem excussit Vir-
ginis timorem. Quod idem Cajetanus confir-
mat, dum ait: *Explicat apud Deum, non apud*
hominem, aliquem te concupiscenrem. Omnis e-
nim anima, quantumvis illa Deo sit grata, ti-
mere & suspectam habere debet gratiã huma-
nam, felicitatem terrenam, omnemque magnatũ
benevolentiam. Unde S. Bernardus in sermone
quodam de præsentis festo apertissimè ad propo-
situm monet dicens: *Quararam gratiam apud*
Deum, nam apud homines gratia fallax.

Serm. de
annun.

s. Turbata est in sermone ejus. Suas adeo sub-
limes laudes in hac salutatione audiens, non
turbari non potuit, in signum profundæ humi-
lilitatis, summæque modestiæ. Optimè igitur
Albertus Magnus ait: *Turbatur in sermone, non*
de sermone; quia ea, qua sermo dixit, ipsa in ora-
tione petiit; sed quia in sermone sermonem ad
eam tam humilem convertit, ideo turbata est.
Scribit quidem B. Thomas ipsam Angelos vi-
dere allectam fuisse: *Est prius Angelos vide-*
rat, tamen non tali majestate fulgentes Turba-
bat autem illam nimia ejus humilitas, & mi-
randanda Angeli novitas, videns ad humilis puella
pedes prostratum. Angelum salutantem Ean-
dem quoque considerationem alii habuerunt.
Unde B. Laurentius Justinianus ait: *Ad hujus*
Angelica salutationis vocem expavit cor Virgi-
nis, & in seipsa turbata est; non ex aspectu An-
gelico quasi insolito; quippe cum jugiter visita-
batur ab illis: sed ob excellentiam divini præs-
agii, quod propria merita præcellere videbatur; l-
la namque, nihilum suum probè cognoscens, nihil
tanti oraculi dignum sibi esse cernebat. Lyra-
nus illam ex tam insolita adeoque magnifica
salutatione turbatam fuisse arbitrat: *Quia*
nihil mirabilius est vere humili, quam sua
exaltatio, & ideo cum B. Virgo esse humilima,
audiens salutationem tanta excellentia, turba-
ta est non turbatione incredulitatis, ut Zacha-
rias, sed turbatione admirationis. Nonnulli quo-
que beatæ Virgini cum primis devoti, contem-
plantur ipsam in eodem sibi factæ annuntiatio-
nis momento, hanc sibi à Deo gratiam postu-
lasse, ut serva vel mancipium esse posset felicis-
simæ illius mulieris, quæ cœlitus in Messicæ
Matrem eligenda foret, ac proinde dum audi-
vit ab Angelo sibi dici: *Ecce concipies & paries*
filium, eumque tanquam filium & servum sibi
subjiendum esse perciperet, quid mirum si
turbata fuërit? Ideo Dionysius Carthusianus

Conc. 1. de
ann.

N a

ait:

in Luc.

ait: Turbatio ista nec imperfectionis fuit, nec culpa, sed admirationis & verecundia Virginalis; fuitque vehemens quadam immutatio, concussio, sive commotio potentia affectiva; nempe cum Virgo sacratissima in oculis suis minima esset, ac laudabiliter pudorata, vehementissimè de tanto suo mirabatur praeconio, seque laudari ac cunctis praeferi mulieribus erubuit atque obstupuit. Vel ut Hugo Cardinalis notat, cum se adeo exaltatam & sublimatam videret, meritò timuit: ipsamet namque dixisse perhibetur: *Salus in humilitate custoditur, in sublimitate periclitatur.*

Atque ideo ipsa ad nihil aliud consensum suum dare voluit, nisi ut ancilla ejus fieret: *Ecce Ancilla.*

6. Turbata est in sermone ejus. S. Bernardus: *Serm. de Turbata est eo, quod benedictam se audisset in mulieribus, quae nimirum benedicti in virginibus semper optabat. Timebat enim, ne per fecunditatem Matris, Virginis amitteret integritatem. Ideoque confectum eam securam reddidit, id necquidquam timendum esse, hisce verbis: Spiritus sanctus superveniet in te, &c.*

Serm. de
ver. Apoc.

Considerantur verba: *INVENISTI GRATIAM*, utpote quæ ad gratiam in primo homine olim amissam, demum vero à Maria inventam alludunt.

DISCURSUS NONVS.

Invenisti gratiam apud Deum.

1. **C**elebris est illa, quam Christus Dominus noster de diligenti & sedula, atque ad amissum monile reinvenendum sollicita muliere adduxit parabola: *Accendit lucernam, evertit domum,* & *quæris diligenter, donec inveniat eam;* & *cum invenit, convocat amicas & vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam.* Porro monile hoc deperditum gratia erat, humano generi in persona Prothopareatum nostrorum liberaliter communicata. Hoc autem monile ab ipsis amissum est per eorundem superbiam, ac proinde nos quoque omnes, tot abhinc sæculis eodem orbati fuimus, nec erat, qui illud inquireret aut investigaret. At verò ecce tibi assiduam & industriam Virginem, quæ summa cum sollicitudine illud ut reinveniret, laboravit: *invenisti*, (inquit Albertus Magnus) *gratiam perditam ab Eva à te quaesitam; ab Eva quidem perditam, quæ totius mundi gratiam originalem ipsa perdidit, à te autem quaesitam diligenter invenisti.* Neque Angelus sine mysterio usus est hoc verbo, *invenisti*, quod idem est, ac rem antea deperditam diligenter investi-

gasti. *Mulier hac B. Virgo est, quæ in Eva perdidit drachmam de. imam.* Virgo quidè monile hoc non amisit, sed Eva; unde si Virgo eodem destituta fuisset, id non accidisset culpa propria, sed aliena. Ut autem illud tanto facilius & securius reinveniret: *Accendit lucernam, flammam Deitatis operiens in testa humanitatis assumpta, infundens liquorem pinguisimum devotionis & evertens domum creaturarum Dei, donec inventam demonstraret drachmam, & ipsa invenisse se gaudens eam, quem diligit anima sua.* Monili autem hoc reinvento omnes invitavit co. lites Angelos, omnes homines, & creaturas universas, ut sibi ob reinventum huc olim amissum thesaurum impensè congaudeat & congratulentur. *invenisti, quia quaesivisti* (inquit Salmeron) *omnis enim, qui quaerit, invenit.* Enimvero quot suspiriis & gemitibus Maria Deum pro humani generis redemptione, pro Messie adventu à Prophetis vaticinato, omnibus Patriarchis promisso, atque in tot veteris testamenti figuris symbolizato, precata fuit? Et quidem tameris nulla creatura incarnat. omnes mereri poterit, verissimum tamen est, quod Virgo sacratissima efficacissimis orationibus suis ejusdem accelerationem merita sit, si qui-

dem

Luc. 15.

in Luc.

To. 3. 17. 63

dem post quinquies mille & plures, post mundi creationem, elapsos annos, ipsa sola dicere potuit: *Congratulamini mihi omnes, quia cum essem parvula, placui altissimo, & de meis visceribus genui Deum & hominem.* Ipsa sola à tot retro sæculis in universo humano genere digna inventa est, quæ tanti filii Mater fieret, & consequenter quæ hunc ab homine amissum thesaurum, id est, Deum, ejusque gratiam & amicitiam reinveniret. Porro Sapiens, qui ex eadem Virginis stirpe utpote filius Davidis prognatus fuit, Spiritu sancto inspirante, olim dixit: *Mulierem fortem quis inveniet?* Talem autem decebat esse Virginem, ut Mater esse posset Dei illius, qui appellatur *Deus fortis & potens in prælio.* Etenim Virgo sacratissima drachmam, id est, divinam gratiam olim perditam studiosè scrutabatur: Deus autem mulierem hanc fortè sollicitè requirebat; Et ecce hodie sibi mutuo feliciter occurrunt, atque ideo Archangelus ad eam missus nomine suo quod est *Gabriel* idem quod *fortitudo Dei*, significabat; qui muliere hac forti & hujus unionis ministra inventa, fortunatissimum hoc nobis attulit nuntium, quod scilicet *invenit gratiam.* Unde Albertus Magnus ait: *Cum predicanda esset pax hominibus bona voluntatis, electa est Virgo stirpis Davidica, ex cujus Ave etiam alii, de posteritate Eva à Va purgarentur, quæ sicut canalis, ad nos fluente traducit gratiarum.*

2. *Invenisti enim gratiam apud Deum.* Ut de bebat quæsierit, inquit Salmeron, quonam autem modo gratiam quæsierit, mox declarat, dicens: *Nempe pro gloria Dei & cum desiderio earum habendarum virtutum & donorum, quæ Matri Messie conveniebant matia quidem illas à Deo postulavit gratias, quæ ad talis hospitii præparationem expediebant, intra quod Deus ille recipiendus erat, cui Angeli sanctus, sanctus, sanctus acclamant.* Sed quo modo beatissima Virgo gratiam illam, quæ talis hospitii totus apparatus futura erat, impetravit? *Invenit gratiam* (inquit idem Salmeron) *quia non tentavit Deum sicut Eva, quæ Deorum scientiam concupivit prævaricatione mandati; nam ut habetur Sap. 1. Invenitur ab his, qui querunt, quod decet, mandata ejus observantes.* Tandem de Virgine subjungit *At hac invenit humilitate de qua dicitur. Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

3. *Invenisti gratiam apud Deum.* Quod si gratiam invenit, necessum consequenter est,

quod eam quæsierit. Omnes etenim cogitationes illius, omnia desideria, omnia denique verba & opera in hunc præcipuè finem ab ea dirigebantur, ut Deum peccato perditum & amissum reinveniret. Unde non, sicut aliæ ejusdem sexus filia facere solent, conlectandis rebus terrenis, delitiis, honoribus, divitiis, filiorum propagationi, prosperitati, sanitati adipiscendæ intenta erat; nequaquam, quin potius nulli alteri quàm gratiæ & benevolentia divini lucranda studebat. Et quidem, ut evidenter pateat, quod *facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam;* Deus semetipsum totum quantum est, ei concedidit. *Dominus tecum, inquit nisti gratiam apud Deum.* Ex quo enim ipsa in gratia & amicitia Dei perquirenda adeo sollicita fuit, ideo dignam se & idoneam reddidit, cui maxima daretur gratia, quàm benignitas & omnipotentia Dei puræ alicui creaturæ cõcedere poterat. *Sermo est de gratia incarnationis, invenisti gratiam apud Deum* (inquit Salmeron) *quam desiderabat & invenit; quia enim sequitur. Ecce concipies in utero & paries filium, expressit gratiam, quam invenit, invenierunt quidem gratiam plures ante eam, sed non hanc incarnationis & maternitatis filii Dei.*

4. *Invenisti gratiam apud Deum.* Quam gratiam? (interrogat S. Bernardus) *Dei & hominū pacem, mortis destructionem, vitæ reparationem.* Hugo Cardinalis super mysterio verbi, *Invenisti,* quo Angelus utitur, ingeniosam habet observationem dum ait: *Nec dicit Angelus: Habes gratiam apud Deum, sed invenisti.* Cujus hanc assignat differentiam: *Quia res habita ut propria custoditur: res inventa restituitur illi, qui amiserunt. Quia igitur non sibi retentura erat gratiam sed omnibus, qui eam amiserunt, restitutura, ideo dicit Angelus: Invenisti: quæ si dicat, non debes tibi abscondere, quia non est tua, sed in aperto & in communi ponere.* Et hoc est idem mysterium, inquit idem Eminentissimus Cardinalis, ob quod Archangelus illam hæc verbis: *Gratia plena, salutavit.* Ideo gratia plena dicta est supra, quia gratiam omnium invenit, *Invenisti gratiam* (inquit Albertus Magnus) *non creasti ut Deus; non rapuisti ut Angelus, non emisti ut Simon Magus; non abscondisti ut infidelis Doctor; non perdidisti, ut Adam; sed restituisisti potius, & cum illa omnem creaturam & spirituales & corporales.* Idem Author in Commentario super Lucam ad Mariam conversus, ita eam alloquitur: *Sic*

Prov 31.

10.

In Luc.

Hom 3. su-
per missumSermos. de
anno.

In Luc.

igitur in venisti, non emisisti, non meruisti. Unde ad nostram utilitatem hanc elicit consequentiam: Et quia non emisisti, gratis pro nobis accepisti. legem tene filii. Hic etenim Apostolis gratias suas dispensaturus dixit: *Gratis accepistis, gratis date;* quia non meruisti, merium non require, sed omnibus, iustus gratiam, peccatoribus veniam tribue. Habent quidem peccatores innumera adversus Deum & Matrem eius demerita, & tamen ipsa securum est eorum refugium: *Refugium peccatorum*, nam ad hoc, ut divinam nobis gratiam impetret, ad nostra demerita minimè attendit: *Currant igitur peccatores ad Virginem* (inquit Hugo Cardinalis *qui gratiam amiserunt peccando, & eam invenient apud eam, humiliter salutando; & securè dicant, redde nobis rem nostram, quam invenisti; nec negare poterit, se invenisse, quia hoc Angelus attestatur, ait enim, invenisti. Ac proinde S Bernardus non immeritè omnes invitat, ut pro gratia recuperanda ad eam confugiant: Hæc est, inquit, quæ totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetravit, constat enim pro universo genere humano fuisse sollicitam cui dictum est: ne timeas Maria, invenisti gratiam, quam utique quærebas. Lyranus quoque verba hæc explicans, pulchram quandam licet simplicem observationem adducit, dum ait: *Invenisti enim gratiam non solum pro te, sed pro toto humano genere. Ubi advertendum est, quod idem met S. Gabriel proximam S. Joannis Baptistæ Nativitatem Zachariæ patri ejus annuntians, dixerit eidem S. Elitabetham ei filium pariturâ: Pariet tibi filium, ut verò quando beatissimæ Virgini verbi annuntiavit incarnationem, absolute dixerit: *Concipies & paries filium. Non addit tibi. Cujus ratio est, quia B. Virgo hunc filium in commune totius humani generis beneficium paritura erat. Atque ideo in matutinis Nativitatis Dominicæ S. Mater Ecclesiæ in invitatorio matutini hæc verbis utitur: *Christus natus est nobis. Et alibi pariter cantat: Nobis datus, nobis natus ex int'ia Virgine. S Bernardinus existimat, quod eodem momento, quo ad æternum verbum concipiendum consensum suum edidit, omnes quoque nos in filios suos adoptivos conceperit: *Ita ut ex tunc omnes in suis visceribus tanquam vera*****

Matt. 10. 8.

Serm. 4. de assum.

Enc. 1. 13.

To. 3 ser. 6. A. 2. 2.

Mater, nos tanquam veros filios suos bajularet. Pro cuius majori evidentia notandum est, quod dum Christus sub Cruce sanctum Joannem ei in filium suum configurare vellet, non dixerit: *Ecce Ioannes filius tuus*, sed absolute: *Ecce filius tuus*. Nec Evangelistam nominavit, ut alias facere consueverat, hoc nomine: *Discipulus ille quem diligit at Iesus*, idque ne nobis omnibus, qui Mariæ filii sumus, ideoque ei confidenter dicimus. *Monstra te esse matrem*, in illo præjudicaret, Joannes etenim communem omnium nostrum filiationem referebat. Ad quod aliquo saltem modo alludit, quod Venerab. Rupertus Abbas Tuitienis scribit: *Quia ubi dolores ut parturientis in passione unigeniti omnium nostrum salutem B. Maria Virgo peperit, planè omnium nostrum Mater est.*

10. 19. 16.

Lib. 23 in Ioan. c. 19.

Lib. 2. de laud V. par. 1.

s. *invenisti gratiam*. Richardus à S. Laurentio ait: *Maria non solum gratiam impetrat, sed inspiratam conservat; & hoc necesse est, quia cito bonum perditur, quod à largiente non custoditur; propter quod illi convenit illud Ecclesiastici 17. *Gratiam hominis quasi pupillam conservabit. Neque enim sufficit, quod B. Virgo gratiam Dei invenerit, eamque nobis restituerit, nisi illam quoque pro nobis conservet. Dū autem ei devoti sumus, securè sperare possumus, quod illam in nobis custodiet. Comparatur autem divina gratia pupillæ: *Quia sicut pupilla cito laeditur, sic gratia Dei de facili amittitur. Advertendum est autem, quod Salmeron notat, nimirum quod Angelus Virgini dixerit: *Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum; ut discant homines, gratiam Dei habentes, timere: qui enim nihil habent in bonis, cubiculum apertum & arcam rejeratam dimittunt; ita qui gratia Dei sunt expertes, non timent. Saluterum est igitur illud S. Bernardi monitum, dicentis: *In veritate didici, nil a què efficax esse ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam si omni tempore inveniaris non alium sapere, sed timere; Beatus homo qui semper est pavidus,*****

Serm. 54. in Cant.

De admirandis in Incarnatione patratis operibus, & de ineffabili modo, quo completa fuit.

DISCURSUS DECIMVS.

Dixit autem Maria ad Angelum : Quomodo fiet istud?

Postquam intemerata virgo à S. Gabriele se matrem Filii Dei futuram esse intellexisset: *Concipies & paries filium, jure merito mox interrogavit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* ubi Beda ait: *Legerat Maria Virginem parituram, non dubitabat? sciebat enim, quia impleri oportebat, quod ab Angelo nuntiabatur: sed quia, quomodo fieret, non legerat, nec ab Angelo audierat; quo ordine impleri debeat requirit.* In eadem quoque opinione est S. Ambrosius dum ait: *Cum id, quod natura est, non suppetat, quia non solet parere virgo, qua viro non fuerit copulata: quare, quomodo prater instituta natura possim generare? Vel ut B. Thomas de villa nova meditatur: Miratur supra modum Dei nutu fieri se matrem, quae illi jam pridem virginitatem suam perpetuo deo verat: pro sua ergo virginitate sollicita non de oraculo dubitans, sed tanta rei modum inquirens, sic fatetur: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco!*

2. *Quomodo fiet istud?* dicere etiam possumus Beatam Virginem interrogationem hanc instituerit ob ineffabilia, quae in Incarnatione concurrerunt, prodigia: *Res mira*, inquit Arnoldus Carnotensis, *& inaudita! Mater Virgo, verbum caro, Deus homo, quis in tam celebri miraculo silat? Item quis hac predicare sufficiat? Agnoscit nimirum sanctus ille Pater mysterium illud arcanum quoddam esse ineffabile, unde omnis possit lingua obmutescere. Veruntamen cur sermonem ceptum profequatur, hanc illius causam esse dicit: *Sermus**

quidem supra nos esse, hoc aggredi: sed illa, in cuius sacratissimo utero verbum caro factum est, locuturis de verbo conciliat verbum; nec fas est muta esse gaudia Ecclesiae; ubi implente nos verbo, hoc habemus in mente, quod mater in utero; & ipsa quidem unigenitum Patris prius mente concepit, quam carne. Propheta Evangelicus de imperceptibili sanctissimae Trinitatis mysterio tractaturus, nondum de adhibenda huic mysterio fide dubitavit, sed quod vidit, animosè recensuit, dicens: *Vidi Dominum sedentem super soisum excelsum & elevatum &c.* At verò quando admirabile illud Incarnationis mysterium in spiritu praevidit, animo mox despondere coepit, ideoque dixit: *Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?* Advertendum est autem, quod, ut in Beatissimae Virginis Cantico scribitur per hoc Dei brachium Incarnationis Filii Dei intelligatur: *Fecit potentem in brachio suo.* De quo proinde brachio interrogat: *Cui revelatum est?* Nam ut Doctor Angelicus scribit, ne quidem ipse & Angeli mysterium istud apprehendere potuerunt. *Latus eos in vestigabitis Domini conceptio, & modus, qualiter totus in genitore, totus manebat in omnibus nec non & in virginea cellula.* Etenim rationem cur ignis ascendat, facile assignaveris, cur autem descendat, non item. Facilius est de excellentia & majestate, quam Deus in caelis habet, aliquid concipere, quam de humilitate & abjectione, cui subest in utero cuiusdam mulieris. Enimvero si mihi dixeritis, inquit Nyssenus, vos in agris vel in sylva Leonem vidisse, magnam in animalibus & homi-

In Gloss.

Lib. 2. de
Abr. c. 8.Conc. 1. de
annun.In bibliot.
vet. Pa-
trum.

Isa. 66.

Isa. 53. 1.

3. p. 3. 2.
30. a. 2. in
resp. ad 3.

nibus facientem stragem, facile id vobis credidero: at vero si econtra asseratis, vos Leonem quendam vidisse subtilissimo cuidam filo alligatum, atque à tenella quadam virguncula ad unicujusque ludibrium circumductum, fidem id difficillimè inveniet: Pari quoque modo, quod filius Dei justitiam, omnipotentiam & infinitam majestatem suam ostendit, plurimis confirmatur exemplis, quorum plena est sacra Scriptura: at verò quod idem se exhibuerit tanquam vilem terræ vermiculum: *Ego sum vermis & non homo: aut quod infinitam majestatem suam uni duntaxat palmo adæquet: vel quod Deus factus sit caro, aut verbum infantem referat, Quis creditur? Quomodo fiet istud?* Ac proinde S. Chrysológus pulchrè nos exhortatur dicens: *Conceptum virginis noli discutere sed crede; Deum voluisse nasci, presentem, quia facis injuriam, si requiris magnum Dominica Nativitatis Sacramentum. Idem quoque alibi, quam sit mysterium istud incomprehensibile & ineffabile, optimè demonstrat, dum ait: Quod natura non habet, & usus nescit, ignorat ratio, mens non capit, pavet cœlum, stupet terra, creatura miratur, quomodo sermo narrabit humanus? Veruntamen unica superest ratio, qua Sacramentum hoc, licet omni humano intellectui incomprehensibile sit, possibile tamen esse convincit, ea nimirum, quæ his verbis continetur: Non est impossibile apud Deum omne verbum, nam qui, quod vult, non potest, Deus non est, Chrysológus de hoc mysterio dicit: Quod fide cognoscitur & curiositate non invenitur, mysterium adorandum, non humana ratione ponderandum mysterium divinum non humanis rationibus explicandum.*

3. Quomodo fiet istud: Immutabilis Dei æternitas, inquit Albertus Magnus, eum nasci quomodo permittit? Quia nasci mutari est. Ps. 101. Tu idem ipse es, & anni tui non deficient. Quis attingit arcum Dei? (inquit Chrysológus) partum virginis? seculorum negotium? commercium divinitatis & carnis? hominem Deumque unum Deum? mystica prorsus verba sunt ista: Saculorum negotium; maximum enim est hoc negotium, quod in omni sæculo, in quavis ætate, sive in cœlo, sive in terra tractatum fuit. Porro ab eo momento, quo primi nostri parentes suas ad pomum vetitum manus extenderunt: Ipse lignum tunc notavit, id

est, verbum æternum *damna ligni ut solveret.* Est enim *Agnus occisus ab origine mundi.* In primorum parentum nostrorum creatione, ut diximus, præfiguratus, tot veteris testamenti figuris adumbratus, in tot legis Mosaicæ Cæremoniis sacrisque titulis delineatus Ac proinde B. virgo Maria dicere velle videbatur: Ergone in me pauperula virgine negotium arduissimum, quod Deo cum universo humano genere intercedit, suum sortietur complementum atque perfectionem? Veruntamen si Incarnationis possibilitatem ratione aliqua, quæ intellectui nostro quadantenus satisfaciat, probate vellemus, interrogarem utique inquit Basilii Selencus, utrum censeatur ex his duobus difficilior, scilicet, an Christum de virgine esse conceptum, an vero hominem ex terra & luto fuisse fabricatum: utrum virginem gestare, an terram vivere & videre, & audire, & loqui, & alia quæcumque, quæ visum fuerit, facere? Porro supremus ille artifex in principio mundi, lutum in campo Damasceno apprehendit, indeque formavit hominem: Quid igitur mirum, quod eodem terræ virginalis luto alius quidam formetur homo? *Quæ fronte qui primum admittunt, secundum expugnant?* Idemmet Basilii super hæc verba proposita, scilicet: Quomodo fiet istud, ait: Tecum expende, quomodo in nascentis mundi exordio terra citra semen fructum produxerit, quis tum enim germinans vim illi indidit, idem ille tuum quoque uterum ad proles susceptionem nunc promovebit S. Augustinus insuper hanc adhibet, in idem Argumentum declarandum, similitudinem: *Su rantes siliis humorem, quem ad se trahit, exsiccat, ipse tamen virtutem sui & splendoris nec minorat, nec immutat: sic ignis materiam, quam assumit, in se convertit, naturam vero suam ideo nec mutat nec minuit* Hosque effectus naturales ad Incarnationis mysterium applicando, pergit dicendo: Multo fortius ille ignis, de quo dicitur: Deus noster ignis consumens est; mortalitatem nostram in se assumpsit, & inde gratiam sanitatis corpus resumpsit. Mirabile & incomparabile genus medicina, propter quam Medicus vellet agrotare, & agrotos, quibus salutis remedium procurabat, sua decrevit infirmitate sanare

4. Quomodo fiet istud? Talis dubitatio inquit S. Thomas, magis est admirationis, quam

Hom. in
ann.

Ser. 75. in
appen. de
diver.

3. p. 7. 30.
a. 4.

Ser. 141.

Ser. 43.

ait. à Me-
tas. in Ser.
de ann.

In Luc.

Sermon. 43.

In bibl.
veter. pa-
trum.

Ser. 142.

incredulitatis quot enim prodigia stupenda in hoc tam alto mysterio sese non offerunt? Andreas Episcopus Microsolymitanus ait: Quid verò dignum magis admiratione, quam Dei videre descensum ad uterum usque mulieris: pertingentem? O vera incredibilia! Deus inter membra mulieris, cuius cælum thronus est, & terra scabellum pedum ejus. Audistis (interrogat Chrysologus) Angelum de carnis nostra limo templum divina majestatis arte ineffabili construentem. Præterea: Audistis in terris Deum, in cælis hominem Sacramento incomprehensibili collocari: audistis fragilem nostræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriam angelica exhortatione roborari Scipet Angelus totum Deum venire intra virginalem uteri angustias, cui toto simul angusta est creatura.

Ier. 31. 22.

Hom. 2.
super miss.
est.

5 Quomodo fiet istud? Magis est admirationis. Enimvero Maria dicere poterat, quoniam igitur modo oraculum illud Propheticum implebitur: *Fœmina circumdabit virum?* Novimus viros (inquit S. Bernardus) qui scilicet infantiam, adolescentiam, & juventutem trans euntes ad gradum usque senectuti proximum pervenerunt: qui ergo jam adeo grandis est, quomodo à fœmina circumdari potest? sed verito me ad conceptum, partumque virginalem: ibi agnoscitur longitudo brevis, latitudo angusta, altitudo subâita, profunditas plana. Ecce ascendet Dominus super nubem. Ecce prodigium. Qua enim ratione æternus sol intra nubem quandam recludi potuit? Quomodo fiet istud, est admirationis. Ibi agnoscitur lux non lucens: (inquit S. Bernardus) verbum infans, aqua sitiens, panis esuriens, Videas, si attendas, potentiam regi, sapientiam instrui, virtutem sustentari, Deum denique lactantem, sed Angelos resicientem, vagientem, sed miseris consolantem.

Isa. 19. 1.

Serm. 142.

De laud.
V.

Hom. 3. de
incarn.

6 Quomodo fiet istud admirationis est; Nam ut ait Chrysologus: si virgo quomodo mater, si sponsa genitrix quomodo? Ille quo tibi aucta sunt omnia, nil minuit virgo, virgo concipitur ex te auctor tuus, tua ex te oritur origo, in tuo germine est genitor tuus, in tua carne est Deus tuus, & ipse lucem mundi per te caput, qui lucem mundo dedit. Admirationis est, nam ut S. Fulgentius scribit: In angusto corporis gremio sustinuit, quidquid sustinent cæli. B. Amedæus ait: Plasmator tuus factus est sponsus tuus, quod dictu mirabile est, iste venit ab eo, à quo

non recedebat, ab illo egrediens, in quo remanebat, ut sine intervallo totus esset in æternitate, totus in tempore, totus inveneretur in Patre, quando totus in virgine, totus in sua & Patris majestate, quando totus in nostra humanitate. Admirationis est, nam ut meditatur Doctor Seraphicus: Quid magis potuit percipere creatura, quam Deum habere sibi filium subiectum? Nonne hoc admirabilissimum, valdeque stupendum, intra creaturam vix contentum? Unde Bernardus: Mirare utrum libet, & elige quod amplius mireris, sive filii benignissimam dignitatem, sive matris excellentissimam dignitatem, utrimque stupor, utrimque miraculum. Innocentius III. in sermone de hoc festo: Hodie novum fecit Dominus super terram: Mulier circumdedit virum gremio uteri virginalis; mulier, sed intacta, mater, sed virgo; hæc in utero circumdedit puerum, sed virum; Infantem sed Deum. O verè novum, quod hodie fecit Dominus super terram; quia Stella solem, creatorem To. 1. tr. 3. creatura, filia patrem concepit. Salmeron quoque prodigiosos Incarnationis effectus hisce verbis expressit: Deus fit homo & homo efficitur Deus; virgo fit mater & factundatur, prima causa fit effectus, reator creator, infinius terminatur, immensus mensuratur, æternus temporis subicitur, incircumscribitur utero virginis includitur, spiritus incorporatur, majestas deprimitur, omnipotentia infirmatur, sapientia discit, gaudium illachrymatur cælum fit terra.

7 Quomodo fiet istud? Albertus Magnus In Luc. ait: Profundo enim humilitatis nihil tam magnum sibi reputavit idoneum & congruum. Neque enim B. Virgo intelligere poterat, quomodo Deus hoc nostro luto, idque in utero suo vestri velle, siquidem se tanto Sacramento reputabat indignam. Quomodo enim crederetur, quod non abhorreret fœmina uterum, qui candor est lucis æterna & speculum sine macula Dei majestatis, & imago bonitatis illius? Et tamen canit sancta mater Ecclesia: Tu ad liberandum suscepturus h. m. nem, non horruisti virginis uterum. Unde idemmet Albertus dicit ipsam dicere voluisse: Quod præsumptionis esset homini mortali cum immortalis Deo unum & eundem filium communicare Isa. 55. sicut exaltantur cæli à terra sic exaltate sunt via Job. 4. 18. mea à vis vestris: Et in Job: Ecce qui serviunt Job. 25. 6. ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit pravitatem; quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

Ser. 2. de
M.

To. 1. tr. 3.

In Luc.

Job. 4. 18.

Job. 25. 6.

De

De effectibus, quos Spiritus sanctus in Incarnatione verbi operatus est in utero Virginis.

DISCURSVS VNDECIMVS.

Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.

Quoniam sanctissima Virgo, audito de conceptione & partu filii sui Angelico nuntio, modum, quo Mater simul & Virgo esset, capere nequaquam poterat, ideoque Virginitatem suam constantem custodiendi decreto firmiter inhærebat, ideo Angelus his eam affatus est verbis: *Spiritus sanctus superveniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Porro Angelicus Doctor modum, secundum quem intelligendum est in incarnationem filii Dei, Spiritui sancto specialius attribuendam esse declarat, dicens: *Christi corpus à tota fuit Trinitate, tamen rationabiliter attribuitur Spiritui sancto; cujus quidem has adfert rationes. Primo enim id erat conveniens quoad causam incarnationis, quæ consideratur ex parte Dei: Spiritus enim sanctus est amor Patris, & filii: hoc autem ex maximo Dei amore provenit, ut filius Dei carnem sibi assumeret in utero Virginali; ac proinde ipsemet Christus apud S. Joannem dicit: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Secundò id quoque conveniebat quoad causam incarnationis ex parte naturæ assumendæ, hac enim ratione nobis clarè indicatur naturam nostram à filio Dei in unitatem personæ suæ assumptam esse non propter merita nostra, sed ex mera duntaxat gratia, quæ Spiritui sancto attribuitur Adducitque S. Thomas, ad id probandum, testimonium S. Augustini in Enchiridio suo dicentis: *Iste modus, quo est natus Christus de Spiritu sancto, insinuat nobis gratiam Dei.* Tertio denique loco hanc

rationem adducit: *Ad hoc terminata est incarnatio, ut homo ille, qui concipiebatur, esset sanctus & filius Dei; utrumque autem horum attribuitur Spiritui sancto; eo namque mediante efficiuntur filii Dei, teste Apostolo, quia d Galatas ita scribit: Quoniam estis filii Dei, misit Deus Spiritum filii sui in corda nostra clamantem: Abba Pater: ipse est etiam Spiritus sanctificationis ut dicitur ad Rom. 1. Et ideo Angelus subjungit: Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei. S. Petrus Chrysologus, super prædicta verba: Spiritus sanctus superveniet in te, dicit: Quia quod de carne natum est, caro est, & quod de Spiritu, Spiritus est; Qui ergo de Spiritu nascitur, sine controversia Deus est, quia Spiritus est Deus. Author operis imperfecti hoc, quod S. Joseph sponsam suam ex Spiritu sancto concepisse apprehenderit, ponderans, dicit eum hujus sententiæ concipiendæ hoc habuisse indicium: Inventa est in utero habens de Spiritu sancto; siquidem inveniebat in ea omnia admiranda, quæ sine Spiritu sancto possibile non erat esse in humana natura.*

2. Virtus altissimi obumbrabit tibi. Circa 3. P. 9. 326 quæ verba S. Thomas ait: *Spiritus sanctus superveniet in te, quasi ad præparandam & formandam materiam corporis Christi.* Et proterius subjungit: *Virtus altissimi, id est, Christus obumbrabit tibi; id est, corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen divinitatis; umbra enim à lumine formatur & corpore.* Idem verò S. Thomas auctoritatem adducit S. Gregorii scribentis: *Altissimus intelligitur Pater, cujus virtus est filius.*

Lu-

3. P. 9. 326
A. I.

Ioan. 3. 16.

Gal. 4. 6.

Serm. 14

Hom. 10

3. P. 9. 326

A. I.

Lucas Burgenfis Syriacam versionem adfert, quæ de hac virtute altissimi dicit: *Supplebit ac geret partes viri*. Et Theophylactus eundem sensum sectatus ait: *Hoc est, conteget te, hoc est utique te circumdabit sicut avis obumbrat pullos suos totos, alis suis complectens; ita & divina virtus totam virginem apprehendit, & hoc est obumbrare*. Albertus Magnus super hujus verbi, *obumbrare*, proprietate longum quendam textu discursum, & ita scribit: *Umbra habet etiam ejus, cujus est umbra. figuram & simulachrum*. Unde imago è speculo resultans, umbra dicitur; adducit etiam ad hanc proprietatem declarandam testimonium Originis dicentis: *Infiniti pelagi Divina Majestatis umbra perfectè assimilatum est verbum abbreviatum incarnatum*. Ac tandem id ipsum dilucidare nititur adducta quadam similitudine gygantis adeo vasti & proceri, ut capite cœlum, abyssum pedibus contingat, brachia verò ad utrumque polum extendat? Quod si enim ante hunc tam immensum Colossum parvum quoddam speculum poneremus, ut reges ille in eodem sese contemplaretur, fietque, ut totus ille, quantus est, in angusto hoc vitro effigieretur, nunquid speculum istud cuncti, ad unum usque admiraremur? Sic *Majestas Dei infinita in puritate Virginis tanquam in speculo sibi objecto refulsit, & umbram in eo sua similitudinis reliquit, qua conceptum Divinum perfecit*. Mons quoque quantumcunqueis vastus sit & excelsus, umbram & imaginem suam in speculum quantumvis modicum & angustum emittit: Sic igitur *virtus altissimi infinita in purissimo speculo virginalis castitatis effigiat a refulsit, qua Divinum in ea conceptum formavit; est enim hoc speculum sine macula Dei Majestatis, & imago bonitatis illius, in qua effulsit in imagine parva ille, qui figura est substantia Dei Patris, & splendor gloria*. *Obumbrabit tibi Christus, virius Dei & sapientia; ille humanam ex te naturam suscipiet, & plenitudinem Divinitatis, quam ferre non posses, habebis in carnis susceptione*. Sed dices, quomam modo fiet, ut Virgo sit hujus supremæ & infinitæ Majestatis receptiva, possitque Deum illum, qui ignis consumens est, concipere? *Obumbrabit ergo tibi, quia luci se inaccessibili assumpta à verbo humanitas obiciet, cujus objectum lux ipsa temperata casti-*

Mans. Sanctuaru lom. I.

ma viscera tua perfundet. Etenim quidnam, quæ in virgine erat, natura nostra est aliud, quàm foenum? *Omnia caro sicut foenum, Deus autem altera ex parte ignis est: Deus ignis consumens est*. Ecce igitur hujusce virtutis Spiritus sancti summâ necessitatem, ut nimirum foeno huic vires adderet, ne combureretur, quod egregiè præstare valet, siquidem *fons virtus est; Orat. I. de Unde Damascenus ait: Divinitatis sua rore nat. ita conservavit, ut ab igne Divino minime consumeretur; nam hoc quoque Moyse rubus præsignabat*. Sanctus quoque Bernardus dicit: *Magna visio rubus ardens sine combustione, Ser. Signâ magnum signum mulier illa manens amicta mag. sole; non est mulieris potentia, ut sustineat solis amictum, non est virtutis humana, sed nec Angelica quidem, sublimior quadam ne essaria est*. Unde virtute altissimi opus fuisse concludit: *Spiritus sanctus, inquit, superveniet in te. & virtus altissimi obumbrabit tibi*. S. Bernardus magnam illam & sole amictam mulierem contemplatus: *Mulier amicta sole; ait: Magna similitudo, sed mira omnino vicinitas solis & mulieris! Quomodo enim in tam vehementi fervore tam fragilis natura subsistit? ac tandem concludit: Nil mirum si sub tali obumbraculo talis etiam sustineatur amictus. Si in conspectu Dei, ait Propheta, montes ut cera fluxerunt (sunt verba S. Thomæ de Villa nova) & ad aspectum ejus rupes liquecunt ut oleum; illapsam verò Deitatem quomodo sufferre poterit puella, si non ejus splendor umbra temperatur ab ipsa?*

3. *Obumbrabit tibi Umbra* (ut ait Albertus Magnus) dicit quendam opacitatem, quæ est absconsiva eorum, quæ in umbra latent. Et tandem umbram hanc ad Incarnationem applicans, dicit: *Sic adhuc Dei filii carnis pœnalitas & mortalitas vocatur nubes, sive umbra; hæc enim opacitas fecit latere majestatis sua perpetuam lucem, & quodammodo obumbrari*. Unde olim in Ezechiele prædictum fuit: *Solem nube tegam*. Vel etiam juxta expositionem S. Bernardi: *Obumbrabit, quia res nimirum in sacramento erat, & quod sola per se Trinitas in sola & cum sola Virgine voluit operari, soli datum est nosse, cui datum est experiri*

4. *Obumbrabit tibi* Porro alii observârunt, quod in hoc loquendi modo insinuatæ fuerint duæ naturæ, Divina & humana inter se simul unitæ, Sic Glossa ait: *Potest utraque Salvato-*

G. 0

714

Hom. de
Incarn.

Conc. de
Ann.

Ezech. 22.
7.

Hom. 4.
super miss.

Eccl. 4. 18.

ris natura intelligi, quia umbra à lumine & corpore objecto solet formari. Idque Mariæ Virgini applicans, subjungit: *Et virgo sicut purus homo plenitudinem Divinitatis capere nequibat, sed virtus altissimi obumbrat, dum incorporea lux Divinitatis, corpus suscepit humanitatis, ut sic posset Deum pati.* Eundem quoque in sensum S. Gregorius loquitur, dum ait: *Per obumbrationis vocabulum incarnandi Dei utraque natura significatur: umbra enim à lumine formatur & corpore. Dominus autem per Divinitatem lumen est. Hoc autem lumen in Maria corpus debebat induere.* Hic Maria dicitur (inquit S. Thomas) propter mentes refrigerium calidius datum. Dionysius quoque Carthusianus suam nobis quoad hoc interpretationem ministrat, dum ait: *Obumbrabit tibi, id est, suam potestatem immensam tuæ capacitati contemperabit, ut ejus influentiam ferre queas; siquidem tanquam creatura conceptura & intra se comprehensura erat Creatorem, cum tamen amplissimæ cœlorum sphaeræ immensitati ejus capiendæ nimis inveniantur angustæ.*

5. *Obumbrabit tibi.* Enimvero B. Virgo suam ardentissimè zelabat virginitatem, ideoque paulò ante interrogat: *Quomodo fiet*

*istud quoniam virtum non cognosco; Quia tamen ipsam non latebat Divinum oraculum, quo dicitur: Ecce virgo concipiet & pariet filium, modum scire desiderabat, quo fieri posset ut mater simul esset & virgo, atque ideo Spiritus sanctus hunc ei modum exponere volens, ait: Spiritus sanctus, &c. Obumbrabit tibi, ne scias astus concupiscentia. subdit glossæ loco S. Bonaventura; secundum illud: Sub umbra illius quem desideraveram sedi, & fructus ejus dulces gustavi meo. In quem sensum etiam Venerabilis Beda consenuit, dum ait: *Concupiscentia in te non erit astus, ubi umbram faciet Spiritus sanctus.**

6. *Obumbrabit tibi.* Hugo Cardinalis exponens illa Psalmi verba: *Fiuminis imperius latificat civitatem Dei, dicit: id est, obumbratio Spiritus sancti latificat civitatem Dei, in qua habitavit plenitudo Divinitatis corporaliter; adeo ut idem sit inundatio gloriæ & beatitudinis, quòd umbra, quacum Beata Virgo obumbrata fuit. Unde de ventre ejus hoc modo obumbrato meritò dicitur: Emissiones tue Paradisus; & beatus venter, quise portavit. Et B. Thomas de Villa nova ait: *Hic prima hominis Paradisus, in qua prius ab homine videri dignatus est Deus.**

Lib. 13.
moral. c.
12.

In cat.

In Luc.

Cit. in cat.
D. Th.

Ps. 45.

Conc. 1 de
Annunt.



Exponuntur actus heroici humilitatis virginæ, qua se ancillam
& servam esse professâ est.

DISCURSUS DVODECIMVS.

Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini.

S. Bernardus, qui quoad affectuosam erga B. Virginem devotionem, ex omnibus Sanctis neminem sibi parem habuit, per mellifluam eloquentiam suam circa hoc Anuntiationis mysterium sese extendit; atque ad hoc B. V. responsum Angelo redditum: *Ecce ancilla Domini*: sese reflectens dicit: *Non magnum est, esse humilem in abiectione, magna prorsus & rara virtus humilitas honorata.* Enimvero si ipsa ante nuntium ab Angelo receptum serva & ancilla Domini declarata fuisset, hoc sibi metipsum vile impositum nomen nec quidquam admiraret; nunc autem se vocat ancillam Domini. *Ecce ancilla Domini*, quando Dei electa est mater, & plenam in ipsum auctoritatem accepit, siquidem ipse erat *subditus illi*; Id quod ipsa per fidem probè satis per spectum habebat: *Beata, que credidisti*. Stuporem itaque gignit in omnium mentibus, quod ipsa simul cum Fide tam sublimis sibi collata dignitatis, adeo profundam & prodigiosam humilitatem contingere nòrit. *Non de singularitate meriti se extollat* (sunt verba Glossæ) *sed sua conditionis & divina dignationis per omnia memoret, se ancillam illius esse fateatur, cuius mater eligitur.*

In Luc. 2. *Ecce ancilla Domini.* Albertus Magnus hujus nominis, *Ancilla*, ethymologiam considerans, scribit: *Prompta ad obsequendum, humilis ad serviendum & devota ad obediendum.* Lucas Burgenſis notat, quòd non dixerit: *Ecce Ancilla Dei, sed Domini, ut utriusque proprietatem clarius explicet, nimirum illius esse libèrè precipere, & auctoritate uti; suum subijci ac parere; ac proinde in hoc vo-*

cabulo profunda ejus humilitas ad vivum exprimitur: *Vera ancilla*, (inquit B. Thomas) *qua nec dicto, nec facto, nec cogitatis unquam contradixit altissimo; verè ancilla qua perpetuo servavit se mancipatam servitio; libero namque alia Deo famulantur obsequio; hæc quasi mancipium Dei se totam famulatui mancipavit, nihil sibi libertatis reservans. sed per omnia subdita Deo.* Quia verò juxta proportionem humilitatis augmentum & exaltatio animæ alicujus proficit, juxta illud: *Qui se humiliat, exaltabitur*; ideo B. Thomas meritò exclamat, dicens: *O felicem ancillam, cui ancillantur omnia! beatam famulam, cui omnia famulantur! Hanc imitami ancillam è ancilla Christi, huic famula toto mentis ardore famulamini.*

3. *Ecce ancilla Domini.* Naturales Philosophi tradunt, quòd matres in actuali partuum suorum conceptione, earum rerum, quas in illo momento sibi imaginantur, signa vivaciter imprimant. Sic de Jacobi Patriarchæ ovibus legitur, quòd ad conspectum virgarum decoratarum conceperint, & enixæ fuerint gregem variegato vellere indurum. Ipsam quoque experientia nobis demonstrat, quòd dum mulieres gravidæ nonnunquam rem aliquam comestibilem gustui ipsarum convenientem appetunt, nec habere possunt, ac demum in aliqua corporis parte semetipsas contingunt, aliquod in partibus seu foetibus illarum subnascatur rei desideratæ vestigium. Porto quo tempore virgo verbum concepit æternum, de nulla re alia cogitabat, quam de contemptu & submissione suimetipsius, & de puro suo nihilo, quod in se agnoscebat,

prouti ex ipsius verbis clarè deducitur. Quid igitur mirum, si postea Deum illum enixa est, qui humilioris semetipsum, qui decebat: *Ego autem sum vermis & non homo: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Unde S. Am-

In cat. D.
Th.

brosius ait: *Humilem paritura humilitatem debuit ipse pra se ferre.* Innocentius III quoque in sermone quodam de hoc festo scribit: *Fuit Christi descensus servilis forma susceptio, de qua dicit Apostolus: Exinanivit semetipsum formam servi accipiens.* Virgo etenim nullam aliam virtutem cordi suo, imaginationi suæ, denique vehementi desiderio suo adeo profundè expressam habebat, sicuti hanc virtutem humilitatis. *Quia respexit humilitatem ancille suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Richardus à S. Laurentio hac de

Lib. 4. de
laud. V.

re ita scribit: *Charitas ejus ad nos apparuit in annuntiatione Filii quando respondit; Ecce ancilla Domini; cupiens filium procreare, qui noster servus fieret; & ideo se nominavit ancillam, quia parvus ventrem sequitur, quod etiam innuit Filius Patri dicens: Servus tuus sum ego, & filius ancilla tua.* Eundem quoque sensum in beato Thoma de Villa nova reperio expressum, dum is hunc in modum scribit: *Et bene ancilla ex qua qui nascitur, servus est; nam secundum legem, filius non patris, sed matris conditionem insequitur; ancillam se mater agnoscit: servum se filius esse fatetur; Ego servus tuus inquit, & jure servus, quia filius ancilla tua.* Grandis ergo mysterio, altissimoque Deitatis instinctu conceptura Deum, sui meminit ancillatus, ut orientem à se filium mundi obsequio manciparet. Hic autem in operibus suis satis perspicuè servum se nostrum esse velle demonstravit. *Servus enim nobis,* inquit Richardus à sancto Laurentio, *filius virginis de beneplacito matris usque ad ablutionem pedum, imo usque ad tolerantiam Passionis; quia filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.*

Hom. 1. su-
per missus.

4. Ecce ancilla Domini. Sanctus Bernardus scribit: *Semper soles esse gratia divina famulari & reus humilitatis: humiliter ergo respondet, ut sedes gratia preparatur.* Illam namque gratiam, quam Prothoparentes per suam amiserunt superbiam, virgo factissima per humilitatem suam denuò ho-

die recuperavit: *Invenisti gratiam apud Deum.* S. Bernardus ait: *Gratia prima sanctificatio, qua eam omni virtute replevit, sic principio mentem ejus in abyssu humilitatis fundavit, quod sicut nulla post Filium Dei creatura tantam ascendit in gratia dignitatem, sic nec tantum ascendit in abyssum humilitatis profundam, nec insuper alicui pura creatura in hoc seculo est datum tantum gustare nihilum creature, nec tantum se humilitare & annihilare.* Unde per necessariam consequentiam inferitur, quod omnes in eam effusi sint cœlestium gratiarum thesauri; siquidem *Humilibus Deus datur gratiam.* Porro magna Dei mater S. Birgitta revelavit: *Vt quid enim ego me tantum humiliabam, aut unde promerui tantam gratiam, nisi quia cogitavi & scivi, me nihil à me esse vel habere?*

To. 3. ser.
si cap. 3.

Lib. 2. c. 23

5. Ecce ancilla. Sacra Scriptura Beatam Virginem multis in occasionebus terra nomine appellavit: *Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Benedixisti Domine terram tuam: Et manifestius alibi: Aperiat terra & germinet sa vasorem.* Idque non ob aliud mysterium, uti ego quidem existimo, quam ad infimam humilitatem ejus denotandam, cum terra sit omnium infimum elementum, ab omnium aliorum pedibus conculcatum, & hujus amplæ molis totius universi centrum. Enimvero universa terra, quanta quanta est, punctum quoddam est, & quidam minutissimi pulveris atomus respectu cœli; in hoc etenim sunt innumerabiles totius mundi stellæ majores; Et tamen, quod valde observandum est, omnia alia elementa, cœli, omnesque eoràm sphaeræ immensæ circum terram veluti in obsequium ejus vertuntur, benignissimos super eam influxus suos depluendo, multosque operationum suarum veluti totidem lineas in centrum istud terminant. Eodem modo videtur mihi dici posse, quod quando Beatissima Virgo se in suum nihilum veluti in centrum suum demisit, eoque se humiliavit, ut etiam serva & ancilla fieret omnium humillima: *Ecce ancilla Domini;* in eodemque momento cœlum sibi subjecit, dum facta est Mater veri Dei Angelorum Regina, Imperatrix æterni Paradisi. Hugo Cardinalis super illa verba Psalmi:

Pf. 84. 13.

Isa. 45. 8.

Veritas

p. 84.

Veritas de terra orta est & iussit a deo pro-
spexit, id est, Christus qui dicitur Joan. 14. Ego sum
vita, veritas, & vita; de terra, id est, de beata
Virgine, qua dicitur terra propter suam humi-
litate[m]; terra enim est humilis elementum; unde
de ipsa dicitur in Isaia: 1. Aperatur terra, &
germinet Salvatore[m] id est, appareat humilitas
B Virginis humiliter conseruentis verbis ange-
licis, & dicentis: Ecce ancilla Domini fiat mihi
secundum verbum tuum; & sic concipiat Sal-
vatore[m]; nam ut S. Bernardus affirmat: Humi-
litate[m] concepit. In officio quod in honorem B.
Virginis quotidie recitamus, sæp us repl. cantur
verba illa: Dum esset Rex in accubitu suo, nar-
dus mea dedit odorem suavitatis. In accubitu
suo inquit S. Antoninus, id est, in requie sua,
quasi dormire visceretur, & non curare de sa-
lute humana; omnes enim ad inferos descende-
bant; nardus mea dedit odorem suum. Quam
obsecro, aut qualis herba isthæc fuit, quæ tan-
tam esse fragrantiam sparsit, ut ipsummet Dei
filium in terram pellicere & attrahere voluerit,
qui de semetipso dixit: ego flos Campi, & lilium
convallium. Hæc a parva est, inquit S. Archie-
piscopus, & significat beatam Virginem humi-
lem, quæ maxime dedit odorem suæ humilitatis,
quando se totam Deo submittebat, & subiciens
ait: Ecce ancilla Domini, qui odor usque ad cae-
lum ascendit, & in caelo accubentem quasi e-
vigilare fecit, & in utero suo requiescere.

p. 4. tr. 15.
c. 21.

Cant. 2. 1.

Hom. 1. su-
per miss.
De vita
solit. c. 14.Ser. 42. in
Cant.

6. Ecce ancilla Domini. Etsi placuit (inquit S.
Bernardus) ex virginitate, de humilitate tamen
concepit. B. Laurentius Justinianus verba illa à
B. Virgine Maria in Cantico suo dicta, nimirum:
Quia respexit humilitatem ancilla tua, ponde-
rans ita scribit: Non autem respexit virginitatem,
non innocentiam, non virtutes cetera, sed hu-
militatem tantum, ut manifestaret, quantum
præmereret reliquis, quantumque Deo place-
ret humilitas. Idemmet S. Bernardus in sermo-
ne quodam super Cantica: Quid est alia Nar-
dus mea dedit odorem suum, quam placuit mea
humilitas? Non mea sapientia, non mea nobili-
tas, non mea pulchritudo, qua nulla erat mihi,
sed qua sola inerat humilitas dedit odorem suum.
Dum esset Rex in accubitu suo, id est, in excelso
habitaculo suo, illic quoque humilitatis odor a-
scendit, in altis, inquit, habitat, & humiliter re-
spicit in caelo & in terra. Rupertus Abbas Tui-
tensis hunc præfatum factorum Cantico[rum]
textum glossa sua dilucidans scribit: Humilitas
requies est mentis, & qui hanc invenit, sine du-

bio requiem anime sue invenit. Ego in omnibus
requiem istam gustavi; & vidit Rex respiciens
ubi nardi huius ex me odorem sensu; vidit, in-
quam, quod requiescere posset in suavitatem ani-
mae quietæ id est humilis; descenditque de illo ac-
cubitu suo, & requievit in tabernaculo meo.
Hic requievit hic habitavit totum novem men-
sibus, & cuius erat Dominus, ejusdem ancilla
sua factus est filius.

7. Ecce ancilla Domini, Albertus Magnus o-
ptimè notat, quod Maria cogitabat qualis esset
ista salutaris utrum videlicet sibi congrua, quæ
sibi videbatur humilis & indigna parvam au-
tem se sentiendo se filium David esse probabat;
qui dixit: vilior fiam, & ero humilis in oculis
meis. Quoniam præcipue tempore Davidi promi-
ssum fuit, quod Messias è stirpe sua nascitu-
rus esset nimirum quando in hac eadem occa-
sione humiliavit se coram Deo, licet coronatus
Rex esset. Hugo Cardinalis ait. Quia se coram
Deo humiliare non erubuit, mox promissionem
filii Dei ex sua stirpe nascituri suscipere meruit.
Ecce igitur qualiter filiam David se esse proba-
bat, quando ad excellentiam & dignitatem
maternitatis Dei exaltata nihilominus vilior
facta est coram Deo, Ancillam se Domini voca-
vit inquit Salmeron, cum esset ad matris Fili-
i Dei dignitatem, quasi ad convivium invitata;
sed in ultimo loco vili loco ex modestia animi-
que submissione se ipsam deprimens atque humi-
lians, ut ita digna haberetur, qua ascenderet ad
primum honoratioremque locum convivii, &
exaltaretur super omnes choros Angelorum ad
caelestia regna.

In Luc.

2. Reg. 6.

To. 3. tr. 9.

Ser. 2. de
Ann.

8. Ecce ancilla Domini. In atrio Caipha Pon-
tificis unica ancilla solidissimam Ecclesie col-
umnam & basim corruiere fecit, adeoque sub-
limissimum illud Ecclesie aedificium miserè
conculsit: at verò Ecce ancilla Domini; hodie
enim hæc ancilla Deum illum in lucem edit,
qui Petro dixit: Tu es Petrus, & super hanc pe-
tram aedificabo Ecclesiam meam, & porta inferi
non prevalebunt adversus eam. Unde optice
Gueticus Abbas: Hoc tu sapientia aedificare ca-
pit sibi domum corporis nostri in utero virginis;
& ad aedificandam unitatem Ecclesie angula-
rem lapidem de monte sine manibus absceidit, dum
sine opere humano de corpore virginis carnem
sibi nostra redemptionis separavit. Id quod eo
momento adimpletum fuit, quo hæc prolata
sunt verba: Ecce ancilla. Qualis igitur esse de-
bet nostra confusio, quod dum virgo ancillam

se vocat, licet mater Dei vera existat, dum filius eius servum se profiteretur, licet sit Deus Majestatis infinitæ, seque velut ad palmi modicita-

tem constringit, nos miseri terræ hujus vermīculi, aliud nihil quam sublimari, superbire, susperque terram dilatari satagimus, &c.

Cur Deus ante Incarnationem Virginis requisierit consensum:
Et variæ instituuntur considerationes super verbum FIAT.

DISCURSUS XIII.

*Dixit autem Maria: Fiat mihi secundum
verbum tuum.*

Indubitatum quoddam sacræ literæ referunt axioma, illud nimirum, quod in solempni hac legatione cælo nobis ab Angelo adfertur, dicente: *Non est impossibile apud Deum omne verbum*; Id quod Psalmista quoque confirmat, dum ait: *Omnia*
quæcunque voluit Dominus fecit. Et quidem si ita est; cur igitur Deus Incarnationem filii sui in Maria absolvere non poterat, nisi requisito prius desuper ejus consensu? quid hoc cælesti nuntio, veluti mediatore & Paronympho opus habebat: haud dubie sicut ex costa Prothopateus nostri mulierem sine ejus prærequisito consensu & beneplacito eduxit, eique in conjugem assignavit: ita ex immaculatissima (inquit Salmeron) *virgine carne* & sine ullo nuntio, nulloque virginis expresso consensu poterat *humanitatem Christi sanctissimam cedere.* Lucas Burgensis insuper adjungit: *Poterat in ea operari, quod vult in scia, sed etiam in vita.* Porro Doctor Angelicus docet, quod tamen si non fuerit absolute necessarium consensum hunc exquirere, attamen *va* de id fuerit conveniens *Decuit.* Qua decentia supposita hanc cælestem & Angelicam nuntiaturam expedire cõgruebat Annuntiatio ad hoc solum esse necessaria videbatur, ut virginis consensus haberetur. Porro variæ rei hujus convenientiæ à sacris expofitoribus adducuntur in medium. Lucas Burgensis ait: *Non dicitur virginem fieri matrem, nec scire, qua proles esset, aut unde.* Quod si enim Spiritus sanctus illam fecundasset, nec tamen

illi quicquam, quod ad hoc mysterium spectat, revelasset, merito contristari potuisset, utpote ignorans, quâ ratione sine virili opera concepisset: Item si qualitas proles ei ignota fuisset, quali potuisset erga illam ferri amoris affectu, quando eujusnam ille partus esset, tanquam Patris penitus ignorabat: nec erat rationi consentaneum, ut invita mater fieret: *Quis enim amor matris erga prolem incertam incognitam, aut invitè intrusam?* Præterea dicit Salmeron Christum voluntatem Mariæ sollicitare voluisse, priusquam ejus filius fieret: *Vi liberè & sponte, neque coactus mysterium hoc scire videretur, non casu vel necessitate.* Non ergo ita videretur esse ex Dei cõsilio & amore quo nostrum amorem Deus exprimere atque extorquere volebat Doctor Angelicus dicit, quod de vit B. Virginis annũciari, quod esset Christum conceptura, ut servaretur congruus ordo conjunctionis Filij Dei ad Virginem, ut prius scilicet mens eius de ipso instrueretur, quam carne eum conciperet. Adducit quandam ex S. Augustino autoritatem, qui lib. de Virginitate scribit: *Materna propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi scilicet Christum corde, quam carne gestasset præter hanc autem aliam quoque valdeque aptam rationem adducit, nimirum, quod Incarnatio filij Dei fuerit sponsalitiu euidam perfimilis, quod inter duas hæcce naturas divinam & humanam Deum & hominem contrahitur: Egre dimini & videre filia non Regem Salomonem in diademate coronatum quo coronavit cum mater sua in die desponsationis illius. Per annuntiationem, inquit S. Thomas, expe-*

Cant. 3. 12.

ca.

Pf. 34. 6.

To. 3. 17. 4.

In LMC.

3. p. 7. 30.

A. L.

Habatur consensus Virginis loco totius humanae Naturae. Aliam rationem Lucas Burgeusius adducit, nempe hanc: Quia incarnatio filii Dei locum debebat, ut corrigeret hominum voluntates, & charitatem erga Deum accenderet, oportuit inprimis, ut mater filii Dei summa erga eum charitate ferveret, quod fieri non potuisset, nisi praeesset, quem qualemque filium. Et quomodo esset conceptura, in illiusque conceptum simul & in modum concipiente consentisset.

2. Vetus enim vero eum in hac legatione de negotio quodam agatur summe arduo, cui simile nunquam auditum est sive in caelo, sive in terra, ac proinde à Chrysologo haud immerito deoquinatum *Negotium omnium seculorum*, in quo sub librae cuiusdam veluti trutina vita & salus totius generis humani, ipseque ad Patriam Paradisi aditus sub deliberatione hærebat, cumque Angelus suum cum B. Virgine habitum discursum in longam usque producat, nec tamen eadem B. Virgo sese adhuc per verbum affirmativum resolvat, ideoque universum caelum & terram de felici magnæ hujus legationis successu sollicitam in suspensio teneat, ipsa nimirum difficultates bene multas interponente: *Quomodo fiet istud, quontam verum non cognosce? mul-ti sacri Interpretes quoad hoc virginis responsum, tot votis & suspiriis experitum, valde anxii, beatissimam Virginem ad hoc resolutivum Fiat per varia effectivola motiva excitare studuerunt. Et inprimis quidem hac in re valde industrium se probavit S. Bernardus B. Virginem hisce verbis affatus: Ecce offertur tibi primum salutis nostrae, statim liberabimur, si consentis; in sempiterno Dei verbo facti sumus omnes & ecce mirum; in tuo brevi responso sumus rescitendi, ut ad vitam revocemur. Hoc Fiat à te primus noster Parens cum universa sua humana progenie non solum à terrestri, verum etiam à caelesti Paradiso exulante sollicitè exquirat. Pro hoc Fiat omnes Prophetæ & Patriarchæ, nostrique ipsissimi Genitores, qui in Abrahamæ sinu carcerati existunt, conjunctim tibi & enixè supplicat. Hoc totus mundus tuis genibus provolutus expectat. Nos quoque, (ita Angelus merito dicere debuisset) Fiat: istud anxie suspiramus, ut post tot elapsa sæcula ruinarum nostrarum restaurationem videre, teque in caelo Empyreo velut Reginam & Imperatricem nostrorum venerari valeamus. O Domina responde verbum, quod terra, quod inferi*

expectant & superi. Aeternum quoque Patris caelestis ve huius pulchritudine tua iunctatum & captum, huiusmodi impatiente expectat, ut in visceribus tuis incarnari possit, unde attende hanc de caelo resonantem vocem: O pulcherrima inter mulieres, fac me auire vocem tuam, ipse te faciet videre salutem tuam. Ita scribit, seu verius pie meditatur Hugo Cardinalis. Imò verò dicere potuisset: De tua quoque & sanctissima Virgo, salute & Redemptione agitur, quam tot suspiriis & lachrymis à Deo postulasti. Quoties enim una cum aliis sanctis omnibus hunc Messiam suspirasti, dicendo: Veni, & non tardare: ac proinde die fides nobis: Tu es illi, cui hoc promissum est, an aliter expectamus? vox dilecti mei pulsantis, inquit ad te Pater æternus: ego sto ad es. & pulch. dicit Filius: Spiritus verò sanctus dulcibus hisce te verbis inelamat: Aperi mihi oros mea sponsa. Age dum igitur breve illud verbum, Fiat, citò proferto, quocum caelum pariter & terram letificabis, confundes Infernum, peccatum prosternes, ipsique morti conciliabis mortem, denique foeta, quem conceptura es, mediantè, univèrsam red meo genus humanum. Responde verbum, & suscipe verbum (inquit S. Bernardus) profer tuum, & concipe Divinum, emite transitorium, & complectere sempiternum. Quid tarda? sunt verba Hugonis Cardinalis quid trepidans crede, consistere, & suscipe; sumas humilitas audaciam, & recumbat fiducia. Aperi B. Virgo cor fidei, labia confessioni, viscera creatori. Sanctus quoque Augustinus sanctissimam per orationes & precum instantias, ad placet suum exprimentum solerter invitavit, dicens: O beata Maria seculum omne captivum tuum deprecatur assensum; te apud Deum mundus sua fidei obscuram fecit, noli morari Virgo; nuntio festinanter responde verbum, & suscipe filium.

3. Dixit autem Maria ad Angelum: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Ubi Salmeron ait: Audita dil. genter Angelus annuntiatione, Dei potentiam ac voluntatem oculus fidei spectans, & mundi jam perditam redemptionem ac reparatorem sitiens, tota in seipsum descendens, promptam se pro gloria Dei obtulit ad omnes Divinae Majestatis voluntates dicendo: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. B. Thomas Fiat: illud, quo mundus creatus fuit, & hoc Fiat, quod hodie

Hom. 4.
sup. miss.

Ser. 18. de
sanctis.

To. 3. tr. 9.

Conc. 1. de
Ann.

B. Vir-

B Virgo protulit, in bilancis æquilibrio stans, exclamat: *O fiat potens! o fiat efficax! o fiat super omne fiat. perpetuo honor. venerandum!* Hoc verbo fiat, factus est mundus, hoc verbo celestia terrestria, que altissimus condidit, sed tale fiat non sonuit in orbe, quale nunc tu beata dixisti. B Laurentius Justinianus admirabilis, quos Verbum istud, *Fiat*, produxit, effectus cōsiderans ait: *Isto unico responso complexit cælum gaudio; Angelis omnibus exultationem prebuit, capti vō seculo spem dedit, Demones universos exterruit, adstantem Ixium fecit nuntium, & detentis in inferno Patribus libertatis gratiam repromisit.* Enimvero sanctissima Virgo, *Fiat* istud proterendo, plus meruit, quam omnes aliæ creaturæ, quæ unquam ab omnipotente & sapientissima Dei dextera processerunt, hæ enim non pertigerunt ulterius, præterquam ad promerendam beatitudinem; virgo autem per hoc solum, quod facta est mater Dei, omnes in gratia, donis, meritis, & gloria super excessit, ipsamque cæli terræque monarchiam promeruit.

Hom. cit. 4. *Fiat mihi de verbo, secundum verbum tuum* (inquit S Bernardus) *verbum quod erat in principio apud Deum, fiat caro de carne mea secundum Verbum tuum; Fiat obsecro mihi verbum non prolatum, quod transeat, sed conceptum, ut re naneat; carni videlicet indutum, non aere; nec fiat mihi verbum scriptum & mutum, sed incarnatum & vivum.* O felix obediens. (inquit

Ser. cit. S. Augustinus) *o insignis gratia, quæ dum fidem humiliter dedit, cæli in se ipsi em corporavit.* Guericus Abbas hoc Virginis responsum etiam considerans, dicit: *Hoc dicere, sic suam devotionem offerre, istud planè est Domino pectus aperire, istud est & os aperire, & spiritum atrahere, quia post verbum illud prolatum immediatè in sacra ejus viscera se insinuavit Spiritus sanctus.* Unde S Bonaventura ait: *Hæc est*

vox dulcissima hominibus, Angelis, & ipsi sponset, sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis; quod fecit, um dixit Angelo: Fiat mihi secundum verbum tuum: Verbum quod erat in principio apud Deum, fiat caro mea. Ad prolationem autem hujus verbi, fiat verbum æternū in virginis utero descendens, nostra immortalitate induit: Unde Dionysius Carthusianus ait: *Quibus prolatis immediatè unigenitum Patris æterni concepit: itaque in instanti Spiritus sanctus, ex ejus purissimo sanguine corpus formavit, & perfectè ad membrorum distinctionem organizavit: item in instanti anima Christi est creata, carni unita, atque utrumque verbo Hypostatica seu personali unione est conjunctum.* Unde concludit, quod hæc omnia simul in unico instanti facta fuerint, nimirum: *Sanguinis separatio, consolidatio, figuratio, animatio, Deificatio.* Quatuor miracula facta fuere (ita Didacus Stella meditatur) ad hujus verbi *Fiat* prolationem: nimirum conceptio corporis Christi ex virginali sanguine; creatio animæ Redemptoris ex nihilo; ejusdemque eum sacratissima humanitate unio, ac demum naturæ nostræ ad verbum, id est, divinam naturam assumptio.

5. *Fiat mihi* (inquit S Augustinus) *dubium autem non est, quoniam celestium gaudiorum & æternæ dulcedinis miram atque inenarrabilem suavitatem Virgo conceperit, quando illud æternum lumen, cum toto majestatis suæ fulgore in eam descendit, & quem non capit mundus, totum se intra virginis viscera collocavit. Audaciter pronuntio, quod nec ipsa quidem explicare potuit, quod capere potuit.*

6. *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Cajetanus inquit: *Prudentia simul & modestia loquendi comprehenditur in hoc, quod brevissimo sermone & univèrsa nuntiata complectitur, & Angelum, qui nuntiavit, honorat.*



De immenso amore, quem Christus in Incarnatione sua nobis monstravit.

DISCURSUS XIV.

Conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine; & homo factus est.

Incarnationem unigeniti Filii Dei in utero Virginis Mariæ consummatam, verum fuisse ardentissimi amoris, quo Deus nos prosequitur, partum, nemo est, qui in dubium revocare possit. Unde verbum incarnatum, operâ Spiritus sancti, qui totus amor est, conceptum fuit. Ac proinde venerab. Rupertus Abbas Tuitiensis justam causam habuit, ut ad B. Virginem conuersus, illa Canticorum verba sibi usurparet, dicendo: *Animam tuam liquefacta est, cum Deus Pater cum illo amore suo Spiritu sancto, substantiam verbi sui tua menti tuo ventri penitus infereret.* Et quidem quis est, qui nesciat, solum amorem fuisse, qui Patrem, ad eum pro nobis redimendis dandum, stimulavit; Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Una ex iis rationibus, quas Richardus à S. Victore in medium attulit, cur verbum specialius præ cæteris personis Divinis, carnem assumeret, fuit imminens amor illius (*Majorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis; tu majorem habuisti: Domine, ponens eam pro inimicis.*) Ac proinde mentem hujus authoris auscultare non pigeat. Etenim licet verum sit, quod homo per suam transgressionem omnes tres personas vehementer offenderit, nostro tamen intelligendi modo, specialius Filio, cui Sapiëntia attribuitur, injurius fuit, quando ex Serpentis instinctu & suggestione dicentis: *Eritis sicut Discipuli bonum & malum:* hanc sibi Sapiëntiam arrogare præsumpsit. Ecce igitur qualiter verbum voluerit hominem confundere, bonum illi pro malo

Manus. S. Anthonii Tom. I.

reddendo, dum è cælo in terram, ut illatam libimet offensam sanguine suo deleteret, descendere voluit. Tempus quoque singulariter ponderandum est, quo incarnari elegit: *Vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum; id est, quando malitia hominis ad summum usque apicem pervenit: Ita enim textum illum declarat S. Bernardus, dum ait: Nimirum plenitudo & abundantia temporalium, oblivionem fecerat aeternorum, ut verificaretur, quod, ubi abundavit delictum superabundavit & gratia.* Poterat quidem Deus pro Redemptione nostra de cælo Angelum quendam in terras ablegare, vel etiam hunc in finem publicare generalem quandam amnestiam seu Indulgentiam plenariam: at verò prout Centurioni sanitatem servi sui ab eo efflagitanti dixerat: *Ego veniam & curabo eum, visitavit nos oriens ex alto: ad nos sanandos in propria persona venire voluit. Eliseus quondam Giezi servum suum misit, ut baculum suum defuncto Sunamitidis filio superimponeret; verum irrito profusus & casto eventu; ac proinde ipsemet Propheta in persona ad Sunamitidis hujus domum se recepit, & incurvans se super defuncti pueri cadaver, ita ut os ori ejus, manus manibus, oculos oculis conjungeret, hacque ratione extinctura cadaver vitæ omnino restituit. Ecce tibi insignem amoris excessum, quem Deus ille nobis exhibuit, qui exultavit ut egas ad currendam viam. Non obstante enim, quod pro ejus immensitate capienda amplissimæ quoque cælorum sphaeræ incapaces existerent, semetipso teste, qui dicit: *Cælum & terram ego impleo:* attamen suadeute infinito amore suo, quo erga*

Gal. 4. 4.

Serm. in dom. 1.

advensus.

Rom. 8. 20.

4. Reg. 4.

Lib. 1. in Cant.

Joan. 3. 16.

nostram ferebatur salutem, in locum quasi unius palmi, id est, in uterum virginis ingrediendum se contraxit, infinitatem suam abbrevavit, suamque Majestatem demisit, *Formam ser vi accipiens. Et habitu inventus ut homo;* adeoque minoratus est, ut dicere non dubitavit: *Ego autem sum vermis & non homo.* Et quidem tamen Angelus ad Mariam dixerit: *Hic erit magnus*, per hoc tamen, ut ego quidem opinor, iudicare tantum voluit, eum talem futurum in suo erga nos transcendentem amore. Unde sanctus Bernardus scribit, quod *quantitas cuiuscunque anime estimatur de mensura charitatis quam habet, ut quia multum habet charitatis, magna sit.* Neque enim Angelus dicere voluit, cum magnum futurum, novos fabricando mundos, in immittendis diluviis, in prosternendis & dissipandis monarchiis: sed potius in amando hominem, in ruinis nostris restaurandis, in participando nobis suam Divinitatem, *solus amor est* inquit sanctus Augustinus, *qui nomen difficultatis erubescit.* Hic eius infinitus amor omnes difficultatum obices & obstacula, quæ in Sacramento aliquo tam alto & imperceptibili, cuiusmodi erat, quod Deus homo fieret, & homo Deus, occurrere poterant, submovit. Unde si meum fuisset huic objectioni Mariana: *Quomodo fiet istud* respondere, respondiissem utique per illa sancti Augustini verba: *solus amor est.* Veruntamen dum Angelus subiungit: *Spiritus sanctus superveniet in te, id ipsum fortasse dicere voluit, futurum scilicet esse, ut cum divinus spiritus charitas & amor sit, omnia pariter obstacula vincat, solusque operetur hoc totum, quod humano iudicabatur difficile, ne dicam impossibile esse.* Revocetis obiecto in presenti proposito ad memoriam id, quod in sancto Luca de muliere illa scribitur, quæ cum ex drachmis decem unam amisisset, accendit lucernam, eamque adhibuit donec amisam drachmam recuperaret. Porro per drachmas novem, quæ in bona securitate remanserant, novem significatur chori Angelici. Drachma autem deperdita, innocentiam præfigurabat nostrorum deperditi. Hanc igitur ut reinveniret sapientia æterna, lucernam accendit, id est, ad carnem nostram in mortalem assumendam accinxit, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, ad illuminan-*

dam nos: *illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent.* Sed quonam modo evertit totam domum? quænam obsecro esse poterat major omnium rerum susque deque inversio, quæ quod Deus æternæ majestatis vilissimus fieret vermis, quod Virgo de Spiritu sancto concipiens, pareret, virginitate sua intacta & illa sola permanente quod intra viscera eius vir quidam recluderetur maturus & perfectus: *Fœmina circumdabit virum;* quod fragilitatem nostram suæ jungeret immortalitati, æternitatem temporis, quodque conciperetur ille de quo scribitur: *Ante luciferum genitus, & ante sæcula?* Evertit domum, quia ut inquit sanctus Bernardus: *Longitudinem fecit brevem, latitudinem angustam, altitudinem humilem profunditatem planam.* Evertit domum, quæ a lucem fecit non lucentem, verbum infanctem, fontem sitientem, panem esurientem. Ecquis autem res inter se adeo procul distantes unire poterat, præterquam solus amor? *Solus amor est, qui nomen difficultatis erubescit.*

2 Psalmista ad Incarnationem alludens dicit: *in sole posuit tabernaculum suum; & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* Non instar solis, sed instar sponsi ipsum egredi dicit: hæc etenim est inter utrumque differentia, quod sol de cælo quidem procedat, non tamen recedat de cælo; non verò sic sponsus, hic etenim ut sponsæ suæ jungatur, necessum est, ut patriam suam, parentes, & amicos suos derelinquat: *Relinquit patrem & matrem suam, ut adhaereat uxori suæ.* Videbatur quidem, quod solis metaphoram profequi debuisset, & dicere ipsum instar solis ab utero Mariæ egressurum esse, hoc tamen non facit Psalmista, sed dicit ipsum instar sponsi fuisse egressum, ut tanto vivacius suum erga nos amorem nobis demonstraret, per quem huic nostræ naturæ desponsari voluit. *Vergente luna v. s. p. e.* ita canit sancta mater Ecclesia, *ut sponsus de thalamo egressus honestissima virginis matris clausula.* Relicto enim, ut ita dicam, sinu paterno, in virginis cuiusdam uterum descendere voluit, & in assumpta carne in unam quasi massam nobiscum redigi: *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Non dicit *cum nobis* vel *nobiscum*, sed *in nobis*, id est, in hoc Incarna-

Ser. 17. in Cant.

Ser. 49. de tempore.

Luc. 15. 3.

Ps. 118. 105.

Ps. 118. 6.

tie.

tionis sacramento intra nos inviscerati voluit, sicut & in Eucharistica communione, utpote quæ quædam est sacramenti Incarnationis extensio

Albertus Magnus varias super ingens hoc mysterium instituit considerationes, & inter alia scribit: *Possumus autem in hoc notare tria, tantam in Domino majestatis ad nos charitatem, compassionem, & in miseris nostris esse delicias.* Hæc autem tria suam ab ardentissimo erga nos amore trahunt originem: *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum.* Sinum Patris cum sinu mulieris cujusdam, cœlum Empyreum, cum hoc valle lachrymarum commutavit: & hoc quidem tanto cum affectu fecit, ut uterum Virginis cœlestem quandam Paradisum æstimavit. Unde sanctus Petrus Damianus ait: *Locum voluptatis uterum Virginis Maria intelligo. Exultavit ut ovis ad currendum viam, à summo cœlo egressio ejus.* Enimvero adeo erat in desiderio assumendæ carnis nostræ, omnis moræ impatiens, ut Angeli reditum nequaquam expectarit, imo illum ejusque legationem prævenisse dici possit. Unde sanctus Thomas dicit: *Iam autem erat cum Virgine, qui ad Virginem mittebat Angelum, & præcisi nuntium suum.* Idemmet Albertus Magnus pariter ponderavit, dum ait: *Sed mirum admodum est de dictis Angeli, prævenit ad salutandam Virginem ex Domini sui parte, & innuit prævenisse Dominum etiam ipsum cœferem adventum nuntii, cujus consentaneam proposito nostro reddit rationem, dum ait: Amanti omnis velocitas tarda est; ideo reditum nuntii non expectat, qui renuntiet de consensu.* Inclinauit cœlos & descendit. Genebrardus ait: *Celeritatis studio non eos aperuit ad descendendum, sed inclinavit secum, & in terras traxit.* Sanctus Bernardus super illa Canticoꝝ verba: *Saliens in montibus, & transiens colles* ita scribit: *Denique transiit & Gabriele, & per venit ad Virginem eodem Angelo testante: A te gratia plena, Dominus tecum. Quid? quem modo reliquisti in cœlo, nunc in utero reperis? quoniam modo volavit & voluit super pennas ventorum. Vides es o Archangelo; transiit te, qui præmisit te.* Sanctus Augustinus per os Archangeli ita quoque Mariam alloquitur: *Vsquequo*

moraris, o Virgo, nuntium festinantem? in tuere Dominum. Deum in cœli me & vestibulo festinantem. Verum inquit, quamobrem sanctus hic Præsul Hipponensis Archangelum nuntium appellat festinantem? Imò qui quinque millenis annis Incarnationem suam distulerat, cur nunc Archangelo arduum hoc negotium tractante, tantam in se prodit sollicitudinem? sciendum est etenim in supremo illo Consistorio tale quidem emanasse decretum, ut videlicet in illo temporis momento verbum carnem nostram assumeret, & non ante: at verò mox ut tempus illud affulset, adeo se omnis moræ impatiens exhibuit, ut in cœli vestibulo constitutus illud *Fiat mihi anxie expectarit.* *Nec mora,* inquit sanctus Augustinus, *revertitur nuntius. In nuptialem thronum ingreditur Christus.* Quadraginta dierum tempus quod aliis foetibus assignatur, priusquam anima ad corpus animandum infundatur & creetur, sibi vindicare renuit, imo eodem illo instanti, anima ipsius creata, & sacratissima suæ à verbo assumptæ humanitati unita fuit. Unde pulchra est illius non spernendi auctoritatis consideratio, quod videlicet, dum quis locum aliquem, in quo sibi diu commorandum est, abhorret, pro uti carcerem abominari solemus, ad illum accessurus non properet, sed tardissimè & quasi pedetentim ad illum accedat; unde si tempus cum locum accedendi in ejus sit positum electione, eò non matutino diluculo, sed sub crepusculum vespertinum contendere solet: Et tamen licet Deus optimè sciret se in uterum Virginalem, velut in carcerem queadam, novem mensium spatio, recludendum esse; Virginis tamen uterum non abhorruit, quia *Delicias mea esse cum filijs hominum,* Virginis responsum non est præstolatus, sed horam illic se recipiendi prævenit, quia *Amanti omnis velocitas tarda est.*

4. *Ingeniosus amor.* Anima quidem beata Christi, quæ corpori illius infundebatur, quatuor quidem gloriosi corporis dentes, & consequenter impassibilitatem in illud simul infundere debuisset, sed quia hoc ipsum ejus impedivisset Passionem, ideo primum quod ad nostram utilitatem ope-

Ps. 136.

Lucas.

Ps. 17. 10.

Ser. 53. in Cant.

Serm. 17.

In Pf. 118.

ratus est miraculum, hoc fuit, quod beatitudinem in superiori animæ portione suspenderit, ne illa pariter ab anima transmitteretur ad corpus; Et quia ut S. Ambrosius ait: *Habet clavum suum charitas*, ideo in ipsamet sua Conceptione Passionem suam exordiri voluit. Unde sicut per Divinitatem, quam à Patre habebat, ad condonandum & remittendum nobis peccata nostra venerat: ita quoque per humanitatem suam & corpus, quod assumpserat à matre, se, ad patiendum pro nostra salute, disposuit. Ideoque S. Bernardus nos ad huic amori correspondendum seriò hortatur, dum ita scribit. *Verus Deus & Dei filius incarnatus; sed quo fructu? nempe ut omnes ejus paupertate locupletemur, ejus humilitate sublevemur, ejus minoratione magnificemur, ejus Incarnatione adhaerentes Deo, incipiamus unus esse spiritus cum eo.* Ehem quot Angelos ex omnibus Choris, Principatibus, Dominationibus, Potestatibus,

Ser. 3 de An.

Cherubinis & Seraphinis in abyssum irrepabiliter sine ulla redemptionis securæ spe præcipitari permittit, & tamen pro hoc luto miseri hominis, ipse quoque eodem se luto vestire voluit. Imò cum ipsos maligna eos ob assumptionem nostram, nam: *Nusquam Angelos apprehendit. (sed semen Abrake)* rodente invidia rebelles futuros esse sciret, non tamen ob id, se ab Incarnatione complenda revocari permittit, aut in nostra carne nobiscum conjungi destitit. Unde Guettricus Abbas ait: *Nescio si ulla esse possit efficacior ac suavior morum edificatio, quam hujus mysterii, id est, verbi incarnati fidelis & pia consideratio.* Quid enim sic hominem excitare potest ad amorem Dei, quam praveniens hominem amor Dei, tamque vehemens ad hominem, ut homo propter hominem vellet fieri. Quid autem ita nutrit amorem proximi, quam similitudo & natura proximi in humanitate Dei?

Ser. 2. de An.

In decursu Historiæ Evangelicæ de Annuntiatione variæ considerantur moralitates.

DISCURSUS XV.

Et cogitabat qualis esset ista salutatio.

EXemplo beatissimæ Virginis invitamur quasi, ut super Salutationem Angelicam, seriò nos reflectamus, id enim facientes in ipsa Evangelii textuali litera, documenta inveniemus expressa, eaque omnia nobis valde salutaria, prouti examinanti facile patebit

1. *Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilee cui nomen Nazareth.* Poterat equidem increata sapientia hanc legationem in solitudinis cujusdam pauperulam domum ablegare, id tamen non fecit, sed Angelum hunc ad Civitatem quandam licet modicam dimisit, idque ut advertit Hugo Cardinalis: quia *Civitas dicitur quasi civium unitas.* Rectè ergo in civitate con ipi voluit Dominus, quia omnes homines ad unitatem Ecclesiæ reducere veniebat. Neque Civitas ista sine mysterio Na-

zareth, quæ florem sonat, denominatur; nam ut Didacus Stella inquit, *Cum ipse sit, qui in Canticis alloquitur sponsam dicens; ego flos Campis non hortorum, quia flores hortorum humana diligentia & industria nascuntur; at Christus nullo opere interveniente viri, sed Spiritu sancto conceptus est.* Secundo flos campi omnibus pascet, sicut Christus omnibus carnem assumit, & omnibus seipsum præbet. At verò Theophylactus ad interpretationem Interlinearis alludens, dicit: *In Nazareth, quia Nazarus, id est, sanctus sanctorum nuntiabitur futurus: in loco sancto fit Salvatio, hoc est in Nazareth; ubi enim Deus, ubi nihil impurum, nihil non sanctum.*

3. *Ad Virginem desponsatam viro.* Legatio isthæ adeo solemnis ad virginem quandam privato cuidam homini desponsatam destinata fuit. Quis autem cœlestem hunc legatum

in

in aliqua regia seu præcellenti pallatio quieturum esse non credidisset? maximè quando præcipuum legationis istius caput in hoc consistebat, ut per illam de cognatione inter cælorum Monarcham & hominem condenda tractaretur? Veruntamen nihil est verius, quàm quod *excelsus Dominus in altis habitat & humilia respicit*; ideoque in totius Palæstinæ minimam civitatem ingredi voluit. Nunquid à Nazareth potest aliquid boni esse? Ibidemque sub pauperulum quoddam sanctæ Domus Lauretanæ tectum se recipiens, tam in Conceptione quàm in Nativitate, probare voluit, nullam sibi esse pompæ aut fastus humani curam. In modica & paupere civitate concipi & nasci voluit, in civitate autem ampla & potente, id est, Hierosolymis amittitur, & ad mortem condemnatur. *Quid hoc?* inquit Hugo Cardinalis, *nisi quis salus in humilitate custoditur, in sublimitate periclitatur?* flos enim in alto ventis expostus non durat. Etenim multi Deum in statu privato concipiunt, quem in apice honoris, & deliciarum affluentia constituti miserè amittunt.

4 *Ingressus Angelus ad eam.* Ubi Cajetanus dicit: *Ex hoc quod describitur ingressus, ambulatio: ex hoc verò, quod ad eam, locus propria mansionis significatur; hoc est, quod non in via occurrit, non in synagoga in rari apparuit, sed ad eam intus in propria mansione manentem ingressus est.* Turbatur, inquit S. Ambrosius, *quasi viri specie mota; trepida quasi non incognitum audito nomine recognovit.* Non dubito equidem, quin unusquisque vestrum devota quadam, hodierna die, ambitione duceretur, ingrediendi ad Beatissimam Virginem, ad debitas illi gratias reddendas, eo quod magna Dei Mater effecta damna nostra restaurarit. Verum adverte, inquit Hugo Cardinalis, *quod si vis ad Virginem ingredi, & eam salutare, oportet te esse Angelum.* Verum inquires, qua ratione possibile e' poterit, ut ad hanc conditionem Angeli perveniamus? Ergone quia Angeli non sumus, excludendi erimus? minimè gentium, nam Angelum te faciunt potissimum puritas, charitas, humilitas. Quod si desideramus, ut Deus cor nostrum subingrediar, ad imitationem Beatissimæ Virginis, solitudinis secretum recessum amare debemus. *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor ejus.*

5. *Ave gratia plena Dominus tecum; hæc fuerunt salutantis Angeli prima verba.* Rectè, inquit Salmeron, *postquam dixit gratia plena, fiatim subiunxit, quia Dominus tecum, quia ubi gratia non est ibi Deus non est.* Idem quoque Didacus Stella dicit: *Expende, quàm rectè quod dixerit Angelus, Dominus tecum, postquam dixit, gratia plena; quia quem admodum sine Deo nihil possumus facere aut habere, ita nec sine eo acquisita conservare: ideo post datam gratiam necesse est, ut nobiscum adsit, ut custodiat, quod ipse dedit.*

6. *Qua cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat qualis esset ista salutatio.* Per quod nos instruere voluit, quod ante omnia, magna cum cautela parendum sit huic monito: *Probate spiritus an ex Deo sint.* Didacus Stella super illa verba: *Cogitabat, qualis esset ista salutatio, ait: Noverat namque Virgo beata, Sathana angelum, in Angelum lucis aliquando se transfigurare; ideo antequam responderet, prudenter consideravit, quid hoc esset, juxta illud quod Joannes monet, dicens: Nolite credere omni spiritui, sed probate, an ex Deo sint.* Imitanda est nobis Virgo, inquit Salmeron, *primum quidem in discernendis & probandis spiritibus, deinde postquam certi sumus Deum esse, qui precipit vel suadet, non esse r. tardandum vel excusandum, aut labor sugendus. Vel etiam ex hac Mariæ turbatione aliud quoddam à Richardo à S. Laurentio traditum documentum discere possumus; Hic enim ait: Consilium Mariæ fuit, ut quando laudamur, terreamur magis, quàm exultemus, & cogitemus, utrum dignè vel indignè, sicut ipsa cogitabat, qualis esset ista salutatio.*

7. *Ne timeas Maria, inquit Angelus; Invenisti enim gratiam apud Deum.* Qui autem apud Deum meretur gratiam, non habet, quod timeat; Vnde sequitur: *Invenisti enim gratiam apud Deum. Qualiter autem quisque reperit, nisi humilitate mediante? Humilibus enim dat Deus gratiam.* Albertus Magnus super hæc verba: *Gratiam invenisti apud Deum, ait; Ecce ubi reposuit in tuto, qui & qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus speravit illos; qui enim gratiam non reponit apud Deum, fatuus est.* Multi quarunt gratiam, inquit Didacus Stella, non tamen illam, de qua vel maximè curandum est, *Multi quarunt gratiam,*

JOAN. I. 40.

In Luc.

Lib. 2. de Vir.

To. 3. tr. 3.

Tr. 9.

Li. 2. p. 30

In cat. Di. vi Th.

In Luc.

riam, non apud Deum, sed apud mundum, cuius certe gratia & mendax & fallax est.

8. Dabit illi Dominus sedem David Patris ejus, & regnabit in domo Iacob. Porro iam quoniam Deus noster regnaturus sit, Theophylactus nobis sequentibus verbis declarat: ille cum beneficeret, inquit de Davide, persecutionem patiebatur, & Dominus quoque miracula faciens, accisabatur & lapidabatur: ille per mansuetudinem vicit & regnavit, & Dominus per mansuetudinem suscepta cruce regnavit. Ecce tibi animas illas specificatas, in quibus Filius Dei regnum Davidis patris sui est habiturus, in illis nimirum, qui cum virtuosè vixerint, passuri sunt persecutiones, & tamen bonum pro malo redditori. Salméron aliam expositionem adducit, dum ait: Qualitas regni Christi in illa Davidis sede delineata fuit: nam ut ille regnavit super eos, qui erant in angustia constituti, & oppressi a re alieno & amaro animo, & factus est eorum pariter pater, ita regnum Christi conflatur ex hominibus qui per penitentiam peccatorum amaro sunt animo. Regnabit in domo Iacob. Lyranus hunc in modum exponit, dum ait: interpretatur Iacob supplicatorem; in illis enim, qui supplantantur passiones inordinatas & vitii, regnat Christus. Denique Guericus Abbas accuratè observat, festum hoc communiter in Quadragesima vel in Paschate occurrere, idque, ut qui fatigantur afflictione corporali, gaudio recreari valeant spirituali, & quos humiliavit penitentia luctus, annuntiatio illius, qui tollit peccata mundi, consoletur. Verum enimvero utinam multi non sint de eorum numero, de quibus idem met scilicet: Annuntiatur salus verditis, & contemnunt; promittitur vita desperatis, & negligunt; venit Deus ad homines, & non assurgunt. Deus de cælo in terra in hunc finem descendit, ut novem mensibus in utero Mariæ recludatur, ut triginta tribus annis pro salute nostra pariat, & non est, qui recogitet. Unde Dionysius Carthusianus ait: Quanto unigenitus Dei in hac Incarnatione magis se propter nos exinanivit, tanto se nobis amabiliorem honorabiliorumque fecit, & tanto plus ei regratiari ac deservire condignè tenemur.

9. Adhæc S. Augustinus modum nos docet, quo nos quoque Divinum hoc verbum spiritus concipere valeamus, id est, mediante continentia: quia ipse est, qui patitur inter-

lilia: Portemus & nos in casto corpore, quem virginis casta membra porta verunt: Christus enim magister est castitatis, & ideo qui castitatem non habet, portare Christum non potest. Multi quidem Salvatorem spiritualiter concipient, dum videlicet Angeli custodis sui annuntiationem, ejusque imitationes & inspirationes internas, ad mutandam vitam & mores, veramque faciendam penitentiam, attentè aure auscultant, veruntamen quot e contra erunt, qui facturi sunt abortum dicendo: Quomodo fiet istud? Quomodo mihi possibile erit hinc voluptatibus renuntiare hinc emolumentis & lucris iniquis vale dicere; ab hac lubrica societate avellere? Etenim quisquis es, qui hæc dicis, Ne despondeas animo, si quidem Divina gratia omnia potest. Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus altissimi. Omnia possunt in eo, qui me confortat dicebat Apostolus: Ne timeas, in venies gratiam apud Deum. Facienti quod in se est. Deus non denegat gratiam. Venit peccatores salvos facere, S. Bonaventura pulchrum nos Divinum hunc partum concipiendi modum edocet, dum ait: quod dum cor aliquod vel præmio æterno, vel perpetui supplicii timore, vel in hac lachrymarum valle, diutius vivendi tædio excitatum & extimularum inspirationibus internis visitari incipit, ideoque sanctis inflammatur desideris, relictisque peccatis & vita dissoluta, quam antea ducebat, sese emendare, veramque penitentiam agere decernit, tunc per Spiritus sancti assistentiam, Christum interioriter concipiat, tunc virtus altissimi talem animam obumbret, id est, ab omnibus inimici insultibus, defendat & protegat, ut deinceps sanctas cogitationes & proposita sua proficere valeat, ardores quoque sensualitatis mitiget, serenèque internos animæ oculos. Tali quoque idem accidit, quod corporaliter gravidis evenire solet, scilicet pallor in vultu, cibi fastidium, rerum diversarum appetitus, & infirmitas corporis. Porro pallor hic, est humilitas in conversatione; cibi fastidium est mandati totalis contemptus, Diversarum rerum appetitus sunt bonorum propositorum, quæ exequi decrevit, principia; Languor spiritualis est propriæ voluntatis mortificatio. Quibus omnibus talis anima, tum ob commissæ peccata sua, tum ob tempus amissum, salubriter affligitur, cumque se in hac vita tot malis stipari conspiciant,

suspi-

Ser. 17. de temp.

De quinta que festi pueri Iesu

Io 3, 17. 6.

Ser. 1. de Ann.

In Evang. Annunt.

fuspirat ad alteram. Ab hoc autem Divini partus conceptu nascitur cœli desiderium, & totalis mundi contemptus, quia mox ut incipit degustare suavitate spiritus, *despici omnis car-*

ro Totum hunc discursum Granatenſis in ſuis meditationibus è Bonaventura deſumptum adducit.

Oſtenditur dotem, quam Virgo in hoc ſponſalicio cum Deo in Incarnatione contracto ſecum attulit, fuiſſe varias & admirabiles ejus virtutes.

DISCURSUS XVI.

Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem deſponſatam viro.

TAmetiſi inter Deiparam Virginem & ſanctum Joſephum verum matrimonium interceſſerit, indubitatum tamen eſt, uti S. Angelus ſatis declarat, per Spiritum ſanctum eam hoc cœleſti partu fecundari debuiſſe. Unde alibi Incarnationem, veluti quoddam inter Deum & hominem contractum matrimonium eſſe diximus. Cùm verò ſolemni more receptum ſit, quòd mulier ſuam quoque dotem ſecum adferat, in earum partium eſſe duxi, qualiſnam dos illa fuerit, quam B. Virgo Maria in hiſce ſponſalibus ſecum ſubintulit: *Ad Virginem*

Ser. 140.

Deus aligerum portitorem mittit, inquit Chryſologus, *nam dat arrhãm, dotem ſuſcipit, qui feri gratiam, fidem refert, & tradit munera virtutis.* Ac proinde dos illa in nulla re alia conſiſtit, quàm in variis virtutum actibus, quos ipſa in hoc tam ſublimi & ineffabili incarnationis myſterio exercuit.

4. *Tradit dotem virtutis. Beata, qua credidiſti,* inquit ad eam paulo poſt per Spiritus ſancti inſtinctum S. Eliſabetha, *Virgo etnim fidem ſuam in gradu valde eminenti e-luſcere fecit.* Unde B. Thomas de Villa nova dicit: *De fide illius quicquid dici poteſt, pro merito minus eſt.* Sancta quoque Mater Eccleſia hiſce verbis frequenter utitur: *Qua*

Conc. 2. de Ann.

Gabrielis Archangeli dictis credidiſti; utpote quæ etiam, inquit Sanctus, ipſi Angelo nuntianti fuerit ſtupori: non enim communia & uſitata ſunt. qua ſolo dicto taavia credidit, ſed inaudita penitus & qua omnem ſuperant facultatem, omnem intellectum excedunt. Scribit etiam quidam in S. Lucam Commentator: *Fuit perfectã fides, nam verbis Angeli inſtructa firmiſſimè credidit ſe parituram Dei filium: in Eva verò fuit incredulitas, quia non credidit ſe debere incurrere mortem, ſi transgredereſſet præceptum Domini de fructu ſibi vetito.* Idemet B. Thomas diſcurſum ſuum ad Mariam convertens, ita eam alloquitur: *Anaſti legationem, da fidem, & accipe prolem.* Quasi hunc partum verum fidei ſuæ partum eſſe, afferere vellet, Fides quoque ipſius in hoc egregiè eluxit, quòd nullum ſibi ad aſſentiendum dictis Angeli, ſignum popoſcerit, prout fecerunt alii, & ſpecialiter S. Zacharias, licet majoris miraculi opus fuerit Virginem aliquam ſine ulla virili opera parere, quàm ſterilem parturire. Unde id, quod Maria credidit, omnem humanum & Angelicum intellectum longè excedit. *Deum fieri mortalem* (inquit B. Thomas) *hominem Deum de ſœmina naſciturum, virginem ſine viro concepturam, qualia ſunt hæc, ut ſolo verbo credantur.* Similem quandam conſiderationem Salme-

Io. Arbo-reus in Luc.

Conc. 1. de Ann.

Conc. 2. de Ann.

ion

To 3. 17. 7

ron instituit, dum ait: *Eo ipso tempore maxima & incredibilia mysteria ab Angelo nuntiata, firma fide apprehendit, nimirum Deum fore hominem, mortalem Deum de femina nasciturum.* Cui B. Thomas addit, illam ulterius credidisse: *Famina pauperis filium fore Monarcham Regemque totius orbis sempiternum, & mysterium sancta Triadis, id est, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, tunc prius audivit Maria, quod si nobis post secula haec mysteria admirationem & stuporem efficiunt, quid mirum, si mater sanctissima, qua tunc primum audivit, admirata sit?*

3. *Dotem virtutis.* Verecundia nimirum, quae virtus est annexa virginitati, Etiam Angelo quodam, è caelesti Paradiso ad eam misso, coram ea comparente turbatur, hac verecundia virtute eam adigente, Unde Lyranus ait: *Quod et in turbata sit virginitas fuit verecundia.* Id quod etiam Albertus Magnus confirmat, dum ait: *Verecundia quae deest pudori virginali ex aspectu viri, tamen enim eum purum spiritum esse probe satis sciret, at tamen assumptum corpus illius formidabat.* Unde S. Ambrosius hanc eandem virtutem admiratus ait: *Quamvis esset humilis, praeverecundia tamen non resalutavit, nec ullum responsum retulit.*

Lib. 1 of-
fic, c. 10.

4. *Dotem virtutis,* nimirum profundissimae suae humilitatis, quam prodidit in eo, quod laudes suas aasculando, se quae ad tam sublimem gradum erectam, conspiciendo, turbata fuerit, verè etenim humili nihil æquè repugnat, quam si proprias suas audite laudes cogatur; quia sicut avarus in continuo timore versatur, ne sibi thesaurus suus eripiat; ita verus humilis mandatae gloriae applausus temper veretur, utpote qui hujus virtutis thesaurum in corde suo abtconditum deprædari solent, Unde scribit Eusebius: *in regine Mariae fuit humilitas cum enim non exstimaret se esse dignam, ut Mater Deiicaretur & se nominaret Dei ancillam; ut in Eva fuit superbia, & per superbiam præceptum Dei transgessit. Extollat igitur, quisquis volet, Mariae encomia, ejus admirando constantia; laudet alius obedientiam suae promptitudinem, contemptum sui ipsius alius in ea deprædicet, & oblatarum dignitatem repudiationem; alius in ea laudet prudentiam & circumspeditionem, quam sibi cavè attendendo, opponendo, respondendo præ-*

In Cat.
D. Th.

clare exhibuit; *Cogitabat, qualis esset ista salutatio: Mihi autem humilitatis profunditas non minus conspicitur admiranda.*

5. *Dotem virtutis.* Porro inter multos virtutum actus, qui ad stuporem usque in ea emicuerunt, primus, qui ab Hugone Cardinali oblectatus fuit, est *Amor sollicitus, qui habetur ex hoc verbo & Ingressus Angelus.* Ipsa namque in modica cellula sua in contemplationibus caelestibus semper absorpta, sola degabat. Unde tamen is, qui ad eam ingrediebatur, Angelus esset, vehementer tamen turbata exhorruit, quia sola semper cum solo Deo tractare consuevit. Unde sanctus Eucherius in illa verba: *ingressus Angelus ad eam; ita scribit: Non enim Virgo in plateis erat, non in publico morabatur: intus erat in penetrabilibus, sola sedebat; nec tamen sola tanto virtutum exercitu circumscripta.*

Homi sup.
miss.

6. *Dotem virtutis,* nimirum prudentiae cujusdam singularis. Unde communiter dicitur: *Virgo prudentissima; Cogitabat qualis esset ista salutatio, Prudens enim* (inquit Hugo Cardinalis) *est, qui caret, ne fallatur.* Glossa quoque ait: *Attendit Virginitatem & pudicam & prudentem animam simul & vocem; neque manifestè obstitit per incredulitatem, nec statim parit ex levitate.* Unde Lyranus inquit: *Quod cogitavit, qualis esset ista salutatio, prudentia fuit; unde canit Ecclesia; Virgo prudentissima, &c.* Eusebius quoque Emisenus ait: *Non excessit modum in dando instantias, sed equaliter curavit & Eva levitatem & Zacharia inobedientiam.*

In cat. D.
Th.

7. *Dotem virtutis.* Modestiae videlicet, quae in ea mirabiliter eluxit, siquidem ex lectione Evangelica satis viderur, quod quasi semper Angelus locutus fuerit, ipsa verò ad id solum respondendum os suum aperuit, quod ad virginitatis suae defensionem, & tanti mysterii consummationem necessarium erat. Neque enim se immotigeram exhibuit divinae voluntati se opponendo, sed factum virginitatis votum summa cum modestia proposuit, & interrogavit: *quomodo sit istud &c.* Attendite modestiam, inquit B. Thomas, *quid in regine pulcherrimae, quam loquendi modestia non intercipit loquentem, non præcipit responsonem.*

Conc. 2. de
Ann.

8. *Dotem virtutis.* Magnanimitatis nimirum; siquidem, ut ait Didacus Stella: *Pro universi generis humani salute matris digni-*

dignitatem acceptavit. Enimvero quodsi mihi (est ejusdem auctoris) discursus ipsam nequamquam humilem fuisse opposueris, siquidem major in eo elecet humilitas, qui oblatos sibi honores respuit, quam qui illos accipit, ipsa autem oblatam sibi Matris dignitatem accepit; cum tamen filius ejus in Regem electus e contra se absconderit: Respondeo quod aliter cum hominibus & aliter cum Deo agendum; quia dignitates, quae ab hominibus tribuuntur, cedunt multoties in acceptantis dispendium & periculum: at quod Deus jubet, in nostram utilitatem redundat; & humilitas est, id amplecti: esset autem superbum obicem ponere. Alia autem ratio, quam adfert, est, quod magnanima fuit acceptando dignitatem, quae futura erat remedium humani generis. De hac quoque virtute subjungit, quod adit simul voluntati, ne dignitatem subire timeat, quando illam Dominus confert in multorum utilitatem.

9. Dotem virtutis, scilicet perfectissimae obedientiae. De qua S. Augustinus ait: O felix obedientia! implevit in ea Dominus, quod dudum praedixerat: obedientiam, inquit, malo, quam sacrificium, & scientiam Dei plus, quam holocausta. Hac fuit vera obedientia, omnique sacrificio gravior; hac voluntas cunctis hostiis acceptior. Peculiariter quoque in ea observatur, quod dixerit: Fiat mihi secundum verbum tuum; quibus verbis se quoque verbis Angeli, licet is subditus suus esset, utpote quae Angelorum Regina erat, obedientem esse demonstrat, est autem valde sublimis perfectionis signum, quis voluntatem suam non solum superioribus, verum etiam infimis subjiciat. Porro quod obedientiam ipsi Deo exhibitam attinet, ea omnibus sacris interpretibus summa est admirationi. Didacus Stella de ea ait: Mirabilis obedientia ipsius splendat, cum seipsam totam in manus Domini committit. Fuit infans obedientia scribit alius quidam commentator, siquidem dixit Angelo; fiat mihi se unum verbum tuum, parata sum ad omne officium Deo exhibendum: in Eva vero fuit maxima inobedientia contra Deum, qua cum inobedientia sui mariti copulata, fecit totum mundum corruere in peccatum; cum tamen e contra obedientia Maria univ. verum mundum ab hisce ruinis sublevarit.

10. Dotem virtutis videlicet silentii sui. Etenim si quis in verbo non offendit, hic perfectus est. Mans. Sanctuarum tom. I.

Considerate silentium (inquit B. Thomas) quae decorata taciturnitate in famina, velox ad audiendum, rara ad loquendum, prius patienter audit & postmodum sapienter respondeo: C. gitabat qualis esset ista saluatio id est, ut Didacus Stella deducit, in Silentio; quod enim dictura erat, diuina cogitationis trutina ponderabat.

11. Dotem virtutis perfectae cujusdam indifferentiae & resignationis. Titus Bostrensis super illa verba: Ecce Ancilla Domini, ita scribit: Hac sacratissima Virginis oratio huc tenet; in tabula quamvis scripturam recipere id nea, scribat in me scriba ille quo denique visum fuerit. Theophilactus etiam inquit: Ecce ancilla, tabula sum pictoria, pingat pictor, quod voluerit, faciat Deus, quod voluerit.

2. Dotem virtutis puta ardentissimae cujusdam Charitatis, quam in hoc mysterio exercuit: Quae etiam ratione inquit Lucas Burgensis) actum est, ut dignus filium conciperet. Cujus hanc rationem reddit: Exercens nimirum varios actus amoris & charitatis Dionysius Carthusianus dicit: Quoniam praelecta fuit a Deo, ut per eam totum salvaretur genus humanum, totique mundo proflueret salus indubitanter creandum est, quod Charitate proximorum ferventissima fuit, ac zelo salutis animarum mirabiliter inflammata, omnineque bonum summe desiderans, & pro illa instantissime intercedens. Anima mea, inquit Maria liquefacta est, Cant. 5. 6. ut dilectus locutus est. Ubi Richardus a S. Laurentio ait: Per incendium Charitatis liquefacta est, parata v. delictis instar metalli liquefacti, decurrere in omnes modulos divinae voluntatis, ut dilectus locutus est a me per Gabrielem, postulans me in Matre, cui me obtuli in ancillam.

12. Dotem virtutis, Didacus Stella inquit: Ostendit animi sui fiduciam; posse namque tunc temporis Virgo Angelo respondere; videat me parentes habere qui res hujus rei rationem sum redditura; Quid enim Ioseph vir meus dicet, si gravida me viderit? Quid secum cogitabit? Si autem astruero opus esse Spiritus sancti nequaquam dictis meis fides dabitur; iudicabor blasphemus. Et tamen his omnibus nihil obstantibus, consistit in Domino, & se omniaque sua in manus ejus commendavit, praenimiam spe & fiducia animi sui.

14. Dotem virtutis, Virginitatis nimirum pro qua adeo zelans & sollicita fuit, & qua mediante huic filio suo, qui passus inter Lilia, tantopere complacuit.

Pro tempore, quo Festum hoc in diem Veneris sanctum incidit, ostenditur Christum ab instanti Incarnationis suæ, passionem suam fuisse exorsum.

DISCURSVS XVII.

*Et incarnatus est in Spiritu sancto ex Maria Virgine ;
& homo factus est ; Crucifixus etiam pro nobis.*

CRUCIFIXIO Salvatoris & Domini nostri Jesu Christi in convenientiorem diem incidere vix poterat, quam in hodiernum diem Incarnationi suæ sacrum ; cum eundem Martyrologium Romanum hodierna die memoriam agat mortis boni latronis, per hoc Christum 25. hujus mensis cruci confixum fuisse pariter deciditur, quo eodem die in virgineo Mariæ utero incarnatus fuit. Habemus autem hujusce veritatis multa sacrorum interpretum testimonia. Salmeron ait : *Quod ad diem attinet, fertur fuisse sextam feriam sive diem veneris, quod ex testimoniis Augustini atque Chrysostomi constat, dicentibus eo die passum, quo conceptus est : & quadrat mysterio, in quo die conditus est Adam primus, eodem & concipiatur secundus Adam ; & quo die peccata vit primus homo, eodem & Christus pro eo Patri satisfaciatur.* Rupertus Abbas Tuitienfis hac de re ita scribit : *Feria sexta conceptus est, die qua veterem formam Adam de limo terra, novum sic reformare capit hominem Deus de vera carne Virginis Mariæ, eadem die redempturus mortis Passionem. Angelicus Doctor legationem hodiernam sexto mense, id est, hoc currente, expeditam esse considerans, ait : *taensem sextum Martium intellige, cuius vigesima quinta die Dominus noster & conceptus traditur & passus.* S. Bonaventura quoque hunc numerum sextum ponderans scribit : *Homo inter cetera opera Dei perfectus sexto die est conditus, ideo & Christus venit**

sexta aetate, & sexto numero annorum, & sexto mense conceptus, & sexta feria passus, & sexta hora in cruce suspensus. Glossa interlinearis multo clarius loquitur : dum ait : *Vigesimo quinto die Martii Dominus conceptus est & passus.* Verum enim vero quodnam in eo later mysterium, quod eadem die incarnati, vitamque suam & sanguinem suum in cruce effundere & prodigere voluerit, nisi ut denotaret, eandemmet fuisse conceptionis pariter & mortis ac passionis suæ periodum ; quodque hanc ab eodem instanti fuerit exorsus, quo in sacrosanctum Virginis uterum fuit ingressus ? Neque enim Salvator noster in solo Calvarie monte passus fuit, sed potius ejus passio hodierna die suum in Nazareth sumpsit exordium, mox videlicet ut mortali nostra carne amictus fuit. Unde sanctus Augustinus ait : *Ad hoc descendit Christus in uterum virginis, ut exinde acciperet membra, qua traderet cruci.* Porro Innocentius III. in sermone de hodierno festo varios hujus descensus gradus considerans dicit : *Primus gradus est passibilitas, quam assumpsit ; ultimus est passio, quam sustinuit ; ad primum spectant defectus hominis, quos suscepit, ut favor & dolor, fames, & sitis, prupertas & labor ; ad ultimum pertinent poena illata ab hominibus ; captus est enim, ligatus, percussus, flagellatus, irrisus, exprobratus, maledictus, condemnatus, crucifixus & lanceatus.* Enimvero tam primi quam secundi gradus tormenta in primo Redemptoris nostri in sacrosanctum virginæ Matris suæ uterum ingressu eidem ob oculos posita fuerunt : unde dicitur

Ser. 10. de nativ.

Ser. de ann.

To. 3. tr. 5.

Lib. de div. offic. 3. c. 19.

In. cat.

In. Luc.

Pf. 37. 18. dicebat: *Dolor meus in conspectu meo semper, ideoque ex illis non minus affligebatur, ac si eosdem dolores actualiter passus fuisset.* Eusebius Emilianus cum beata Virgine hac de re ita discurret: *Initiator omnium rerum à te imitatus, & profundendum pro mundi vita sanguinem de corpore tuo accepit. & de resumpsit, quod etiam pro te solvat.* Porro Spiritus sanctus, qui hodie Mariæ infusus fuit, in multis Scripturæ locis vix aliquam Incarnationis mentionem facit, quin etiam ibidem mortem & passionem suam protinus subjūgat; Id quod sanctus Bernardus optimè advertit, maximè super illa verba Isaia: *Arvulus datus est nobis.* Quibus confestim subjungitur: *Cujus imperium super humerum ejus.* Dicit enim: *Crucem, quam imperii nomine significavit, nativitati statim adjungit, quæ statim à nativitate exordio, passio crucis simul exorta est.* Imò: *Ab incarnationis exordio dicere possumus.* Guericus Abbas considerans, quod pœnalitates Deus ille majestatis, activitatis, & potentia infinitæ, in illius sacrosancti uteri angustiis constitutus, per novem mensium decursum sustinuerit, dicit: *Omnium tamen humanarum infirmitatū vel injuriarum, quas pro nobis pertulit divina dignatio sicut tempore primam sic etiam humilitate fere maximam existimo, quod in utero concipi, in utero novem mensium tempore majestas illa incircumscripτα passa est contineri.* Vbi enim sic se exinanivit, aut quando ita penitus à semetipso defecisse visus est. In vita sanctæ Franciscæ scribitur, quod in die natalis Domini in speluncam Bethlehemiticam per extram raptā, puerulum Jesum coram se positum viderit, rubicam quandam crucem in pectore suo gerentem. Ecce igitur qualiter Christus priusquam nasceretur, imò ad primum in utero Marianum ingressum crucem portarēt; Isaia omnia Messia eventura prævidens, inter cætera se ibi: *Mox erigit mihi aurem, Dominus aperuit mihi aurem; ego autem non contradico.* Quibus verbis Redemptor noster loquutus, sequæterni Patris sui voluntati obedientissimum esse probat, morti se ultro citroque exponendo, idque in primo instanti, quo sacratissima ipsius anima creata, & corpori unita fuit, id est, hodie: *In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam. Deus meus volui.* Porro liber hic profus ille ipse est, de quo in sancto Matthæo scribitur: *Liber gene-*

rationis Iesu Christi. Idem verò Isaia ibidem immediate in persona ejusdem Christi subjungit: *Corpus meum dedi per uterum tuum, & genas meas vellentibus; Faciem meam non averti ab increpantibus & conspuentibus in me.* Verum enimvero quodnam exoptare potestis evidentius testimonium, quam infallibile illud Davidis oraculum, cujus Redemptor noster filius nominatur: *Liber generationis Iesu Christi filii David.* Hic igitur in persona Christi dicit Deo: *Pauper sum ego, & in laboribus à juvenitute mea, Chaldaeus legit: Exspirans ab adolescentia mea.* Alii legunt: *Morens moribundus agonizans, pene mortuus à puero.* Enimvero ex quo Davidis mentionem facere cœpimus, advertendum est, quod sanctus Gabriel beatæ Virgini hodie dicat: *Dabit illi Deus sedem David patris ejus.* Quoniam vero modo hic Rex regnum suum exorsus fuerit, jam diximus in discursu præcedenti: *Convenierunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & factus est eorum princeps.* Id quod fuit, quando à Saule quærebatur ad mortem. A pari quoque principio Christus regnum suum incepit: *Factus est principatus super humerum ejus.* Universum quoque genus humanum debitis onustum; in angustia constitutum, & amaro animo coram Christo præsentatur, ut ab eo ab inferni servitute ereptum, liberta illuz denuo restituatur. Et ideo tamen dicere nollemus, quod Christus hodie in hanc vitam ingreditus, tanquam Filius David, de quo dicitur: *Ecce plus quam Salomon hic;* prælagium illud in sacris canticis de ipso vaticinatum, in quo filia Israelitides ad coronatum Regem suum videndum evocantur: *Egredimini & videte Regem Salomonem in diademate;* quo coronavit eum mater sua. Idque præcisè in die desponsationis ejus; id est, quando cum natura humana est desponsatus, adimpleverit: saltem hodie dicere possumus caput ejus spinis fuisse perforatum, siquidem hodie passionem suam exorsus est interiorem, per pœnalitates externas in monte Calvaria postea demum finiendam. Unde sanctus Bonaventura dicit: *Volte & revolve vitam be-*

Pf 37. 16.

Lorinus ib.

1. Reg. 2. 20.

Ser. 5. de pass.

Concord. de

Hom. 2. de nat. Dom.

De pass. c. 3

Ser. 3. de annunt.

Lib. 3. c. 5.

Isa. 50. 4.

Hebr. 10. 7.

Cont. 1. de
Ann.

Et regnabit, introducit loquentem & dolentem, quod nec coronas, quibus Rex hic redimendus sit, nec sceptrum videat: *Ubi est Angeli promissio tui? ubi sedes & gloria regni tui? Et postquam de iis, quas filius suus in natiuitate vita, & morte sustinuit, angustius prolixè discurrens, tandem quocumque Angelum subintroducitur, hisce verbis Mariam alloquentem: Non aspicias caput diademate Regi ornatum? Titulum non conspicias regali throno pendente? Non audis multorum Regum acclamantium Ubi est sceptrum non discernis potentem manu defixum? Quid obsecro virgo, quid adest ad regnum? Verum inquit es, cur regnum istud huic Regi incarnato Christo præcise in hora, qua incarnandus est, intimatur? *Ubi adest potentis ejus.* Factum id est, ad insinuandum, quod verbum incarnatum ab ipso conceptionis suæ exordio daturus esset primum passioni suæ principium. Idem quoque ab eodem Isaia prædictum fuit alibi, ubi ipsemet Christus ita loquitur: *Formans me ex utero seruum suum; ubi ad verba illa alludit: Seruus tuus sum ego & filius ancilla tua.* id est, B. Virginis, quæ dixit: *Ece ancilla Domini.* Notandum autem est, quod in eodem Psalmo immediate subiungat: *Dirupsisti vinum in meam inuisceribus hostiam.* Quod idem erat, ac si diceret: Dirupta sunt ligacula & funes, quibus in cælo detinebat, & vix tempus appropinquauit, quo in terram descensurus eram, cum ecce subito me immolo in sacrificium. In confirmationem dictæ veritatis optime seruit celebris ille Apostoli textus, in quo de veteris Testamenti sacrificiis agitur, quibus Deo, pro debitorum nostrorum exsolutione satisfieri non poterat. In hoc enim textu Christus ad Patrem conuersus dicit: *Hostiam & oblationem voluisti, corpus autem aptasti mihi.* Alii legunt: *Perforasti: unc dixi, ecce venio.* Dæctor autem Angelicus hunc textum exponens, ita scribit: *Quando corpus aptasti mihi in conceptione, dixi ecce venio ad passionem; venio per incarnationem, ut offeram me ad Passionem.* Quando igitur hujus Passionis fecit initium? Hodierna die; qua ingressus est mundum, quando Virgo sacratissima magnum illud protulit verbum: *Erat mihi secundum verbum tuum: Mundum autem ingressus est, ut Cajetanus inquit, quando verbum caro factum est.* Et quidem, ut hæc veritas tanto evidentius appareat, Apostolus in persona ipsiusmet Christi subiungit: *In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam; ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam.* Hunc autem librum temporalem ejus generationem esse jam diximus: *Libre generat, quod librum est.* In primo etenim folio, id est, in primo instanti, in quo incarnatur, descripta est voluntas & decretum Patris æterni, id est, Passio Christi. Licet quando amarissimus ille passionis calix in horto ei prætentatus fuit, hujus nostræ naturæ fragilitas e dem repugneret; attamen resolutio animo crucem illam amplectendi decretum sibi fecit; illudque hisce ad Patrem expressis verbis enuntiavit: *Non mea sed tua voluntas fiat.* adeoque idem est dicere, quod voluntas Patris de passione filii sui in primo illius libri folio descripta fuerit, ac si diceret, quod in primo instanti, quo incarnatione mediante in hanc mortalem vitam ingressus est, suam quoque exorsus fuerit Passionem, Unde S. Thomas circa illa verba *ut faciam voluntatem tuam*, hanc Glossam addit: *Scilicet offerendo me primum ad redemptionem humani generis.* Theophylactus similiter dicit: *Voluntas Dei Patris est, quod Filius pro mundo immoletur.* Idemmet Apostolus, ut fideles divini seruitii stadium expedire decurrerent, eosdem alibi ad contemplandum Christum crucifixum exhortatus est dicens: *Curranus ad propositum nobis certamen, aspicientes in consummatorem Iesum, qui propositis sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Ubi sciendum est, quod Biblia regia legant: *Pro gaudio, quod habebat, sustinuit crucem.* Quibus verbis, ut Rupertus Abbas Tuitiensis vult, insinuatur, quod æternus Pater in primo instanti conceptionis Christi filio suo liberam optionem dedit, eligendi autem scilicet mundum hunc ad gaudendū ingredi vellet, an verò ad dolendum & patientium: Ipse autem propositis sibi gaudio sustinuit crucem. Cruci igitur se adstringere voluit, munus omni gaudio remittendo, Debeatur quidem Christo corpus quoddam gloriosum, & consequenter impassibile, idque ratione animæ suæ beatæ, hæcque impassibilitas à Patre ei oblata fuit; primum verò miraculum, quod Christus pedem suum in hanc vitam figens, parauit, fuit, quod in superiori animæ suæ beatæ portione, gloriam suspenderit, ne scilicet transfunderetur ad corpus, sicque ad flagella, spinas, clavos, aliaque Passionis genera subeunda aptior esset. *Pro gaudio quod habebat* inquit Rupertus *sustinuit crucem.**

Isa 43 5.

Pf. 115. 26.

Hebr. 10.

2. Pro meliori verò hujusce veritatis intelligentia

Hebr. 12. 7.

gentia, hoc statuendum est fundamentum; quod videlicet anima Christi, corpori ex purissimis Virginis sanguinibus assumpto hodie unita, cum summa quadam & immensa omnium virtutum perfectione, & cum perfectissimo liberi arbitrii actualiter operantis usu creata fuerit, adeoque ab illo instanti, quo eadem metapsychia increata incarnata fuit, eundem habuerit rationis usum, quem tum in triginta trium annorum ætate habuit, cum hodie dum ad æterni Patris dexteram sedens, etiamnum habet, nam *quæ circa circumdabitur*. Hoc supposito, necessum est, ut diruptio templi velo, ingrediamur in sancta sanctorum dolorum Redemptoris, non quidem corporalem, sed mentalium, qui continuatissimi fuerunt, & periosissimi; adeo ut dolores in monte Calvarie perpeffi hisce comparati, minimè afflixisse censeantur. S. Catharina Senensis pia quadam & sancta curiositate mota, Salvatore nostrum vice quadam interrogavit, quisnam dolorum suorum maximus fuerit, an ille, quem sustinuit in corpore, an verò, quem habuit ex desiderio? cui protinus Saluator respondit: *Esse secunda, quod inter dolorem corporis & mentis nulla fieri possit comparatio. Nuncquid enim recordari, quod dum Nativitas ite meam totius manifesta- vit, tu me in specie recens nati, & collum Crucem pendulam gerentis pueruli contempseris? Considera igitur quod eadem hora, qua ego verbum æternum in utero Mariae carnem assumpsi, Crucem quoque desiderium inceperim perpetui, fuitque Crux ista longè mihi dolorosior, quam quævis alia quam in carne mea unquam sustinui.* His addendum, quod peccata nostra crudelissimi illi carnifices fuerint, qui cor & animam Christi transfixerunt; cui veritati æternus Pater liquidum perhibet testimonium, dum ait: *Propter scelus populi mei percussi eum. Atque ideo bonus ille latro, superiori luce illuminatus, illa, quæ in sacra Christi humanitate, conspiciebat vulnera, non à carnificum impietate, sed à suis tecleribus inflicta esse, probè agnoscit, teste S. Ambrosio, qui dicit, quod illa in corpore Christi vulnera, non essent Christi vulnera sed latronis.* Nullum unquam ferrum, quantumvis id acutum fuisset, aperiturum fuisset latus, aut manus, pedes & venas penetrasset, nisi illud à nostris peccatis associatum fuisset. Quando enim Christo accidit, quod præ nimis angustiis & agonia sudavit? Quando ei omnia peccata nostra representata fuere: ex

his namque adeo angustiat & afflicto fuit, ut præ amoris, quo Deum, cujus filius erat, immensitate, dolorem senserit infinitum. Unde contemplativus quidam affirmare non dubitat, quod filius Dei ex quavis, æterno Patri suo illata injuria, adeo intentum perpetua, ut dolorem, ut tamen omnes inferni dolores simul jungeretur (pœnali malitia solum excepta) illi tamen omnes ne unicum quidem conficerent parem illi, quem Redemptor patitur, dum peccatum aliquod committitur. Porro propositionem istam hoc quidem loco examinare nolo. Verum quidem est, quod ob corporis Christi è Virgineo sanguine formati delicatissimam complexionem, unius duntaxat spinæ punctura apta fuerit ad conciliandum ei vehementiorem dolorem, quam perpeffi sunt omnes Martyres in suis suppliciis & passionibus: verum tamen sciendum est, quod omnia corpori Christi illata tormenta ne quidem comparari possint cum internis animæ suæ angustiis; siquidem ipsi incumbabant omnia peccata commissa & committenda ad mundi finem, usque, eaque omnia ipsi objiciebantur & occurrebant in primo incarnationis momento, sibi que presentia, ut que dum diceret *Consummatum est*, idque non in consilio, sed distincta & secundum proprias species & circumstantias aggravantes, exigebantque ab eo, ad satisfaciendum divinæ justitiæ, severissimam ratione. Cum igitur culpa infinitam in se malitiam contineat, ob offensam infinitæ Majestati Dei irrogatam, infinitus quoque fuerit amor, quo erga æternum Patrem filius ejus flagrabat, & ad hujus proportionem infinitus fuerit dolor, quem exinde intrinsecas perferentisebat, infinito quoque odio & abominatione peccatum exhorruerit, facile vobis imaginari potestis, quales fuerint dolores, quibuscum anima ejus incessanter, & cum summa dolorum acerbitate transfigebatur. His adde, quod ardentissimo zelo contumeliati à nobis Patris sui honorem persecutus, ex toto justitiæ rigore, omnes illi irrogatas injurias, quæ innumera erant, in se metipso voluerit vindicare. Prævidit quoque in eodem instanti, tot infidelium animarum damnationem, quibus proinde incarnationem suam inutilem futuram agnovit; sicut & tot perversorum Christianorum ingratitude, qui suam deinceps sanguinem conculcaturus essent: *Præcium meum a quo vultis repellere*, sui *Ps. 61. 2.* quoque populi super omnes totius terræ gen-

res prædilecti ignorantiam & exterminium; Denique omnium discipulorum & sequacium suorum cædes & persecutiones, ad finem sæculorum usque duraturas Prævidit etiam tot execrabilia adulteriorum, incestuum, sacrilegiorum, blasphemiarum, homicidiorum, Apostatarum, & idololatricæ scelera, innumerosque alios enormissimos excessus. Atque ideo si quodvis peccatum cordi Christi clavus quidam transversus fuit, considerate, quot miliones carnificum, id est, peccatorum, cor ejus dilaniarint pro eo tempore, quo: *Posuit in eo Dominus iniquitates omnium nostrum.* Non est mihi dubium, quia magnam vobis admirationem sæpe attulerint verba illa: *Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti Virginis uterum* Et quidem inprimis verbum illud, *horruisti*: Quomodo enim venter ille, qui ipsimet Paradiso par habetur, imò qui eo longè præstat, *quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti*: quomodo inquam ille uli hominum horrore esse potuit? *horruisti* Pro dubii hujus resolutione necessum est, ut oculos vestros in acerbissimos illos dolores, quos anima Redemptoris ab ipso momento incarnationis suæ sustinuit, deflectatis, ac demum vo-

bis successivè imaginemini, quod ab eo momento, quo Maria verbum illud *Et* pronuntiavit, cœleste illud patiendi & ex rigore justitiæ, pro omnibus totius humani generis peccatis satisfaciendi decretum ei intimatum fuerit; probè futurum esse intelligebat, ut corpus illud, quod assumebat, immane quoddam famelicorum & rabidorum taurorum, Urforum & Leonum macellum & laniena fieret: *Tauri pingues obederunt mihi*, id est, carnifices & lictores, qui instar totidem ferocissimarum ferarum ad eum dilacerandum eo die in eum involarunt. Oculis mentis ejus obverlabatur generalis quædam totius humani generis condemnatio, quam comitabatur ira quædam cœli irreconciliabilis, quæ non nisi sanguine ipsius placari poterat, nec non omnium peccatorum nostrorum turpitudine atque deformitas, quam velut individuanam comitem per solidos triginta tres annos habiturus, & tanquam intolerabile pondus supra dorsum suum portaturus erat. *supra dorsum meum*, &c. *Peccata nostra ipse pertulit* 1. Petr. 2, in corpore suo super lignum; & tamen his omnibus nec quicquam obstantibus: *Tu ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti Virginis uterum*,



DE RESURRECTIONE
DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI,

Sive

DE FESTO PASCHATIS

Discursus Viginti.

- D**ISCURSUS I. Varia explicantur mysteria, ob quæ hodiernus resurrectionis dies à Deo factus esse dicitur.
- DISCURSUS II. Plura alia considerantur motiva, cur hic resurrectionis dies à Deo factus esse dici possit.
- DISCURSUS III. Hic dies à Deo factus esse dicitur, quia per Christi resurrectionem multa nobis bona attulit; simulque ostenditur, quod lætitia hujus dici spiritualis, non verò prophana esse debeat.
- DISCURSUS IV. Nonnullæ virtutes & merita illarum sanctarum mulierum considerantur, quibus Christus resurgens dignatus est apparere. Ostenditur etiam lapidem, quem à sepulchro revolutum esse viderunt, symbolum esse prævæ consuetudinis, quæ per resurrectionem Christi, & Mariarum imitationem planè superatur.
- DISCURSUS V. Ostenditur lætitiã resurrectionis à Passionis memoria sequendam non esse. Nonnullæ etiam adducuntur rationes, cur retinere voluerit vulnerum suorum cicatrices.
- DISCURSUS VI. De gloria sepulchri Christi.
- DISCURSUS VII. Quomodo Christus dici possit primus eorum, qui à mortuis resuscitati fuere. Considerantur etiam differentie inter resurrectionem Christi & aliorum. Denique ostenditur cavendum esse, ne in peccata denuò reincidamus.
- DISCURSUS VIII. Omni studio nobis curandum est, ut ad imitationem Christi resurgentis, nos quoque ita à peccato resuscitemur, ne aliquam in illud recidivam patiamur.
- DISCURSUS IX. Explicantur Analogiæ, quæ esse debent inter resurrectionem

corporalem Christi, & nostram spiritualem resurrectionem, ut verè ad gratiam refurgamus.

DISCURSUS X. Si in peccata per poenitentiam abolita relabi nolumus, fugiendæ omnes illorum committendorum occasiones

DISCURSUS XI. Ad gratiam & Spiritum, quem Deus nobis in hoc Paschate communicat, recipiendum & conservandum, sensuum custodia magno nobis subsidio esse poterit.

DISCURSUS XII. Christus per resurrectionem suam nos docet, qualiter mores nostros renovare, extirpare vitia, & vitam nostram renovare debeamus.

DISCURSUS XIII. De stabilitate, quam tenere debemus in bono hisce sanctis diebus Paschalibus incepto. Et qualiter cavendum sit, ne ad peccatum revertentes Deum amittamus.

DISCURSUS XIV. Agitur hoc discursu de Pace, quam Christus nobis dedit; quæ à nobis conservanda est per bonam & incontaminatam conscientiam, cavendo ne in peccata pristina labamur, sed potius in gratia & bonis operibus perseveremus.

DISCURSUS XV. Ostenditur, Pacem à Christo nobis datam, junctam esse debere cum perpetuo bello, & certamine adversus nos ipsos, vincendo nostros appetitus, omnesque peccatorum occasiones fugiendo.

DISCURSUS XVI. Agitur hic de Christo resurgente sub Symbolo Leonis. De victoria, quam is reportavit Et de nonnullis mysteriis, quæ terræ motum spectant.

DISCURSUS XVII. Declarantur sensus Textus cujusdam Apocalyptici; Item quænam sit prima resurrectio, quænam etiam mors secunda dicatur. Ad hæc Christum ad animandum & erigendum peccatores ne desperent, primò Magdalensæ, & postea S. Petro apparuisse demonstratur.

DISCURSUS XVIII. Articulus resurrectionis est basis fidei nostræ,

DISCURSUS XIX. Ad probandam futuram corporum nostrorum resurrectionem variæ rationes, similitudines, & argumenta diversa adducuntur.

DISCURSUS XX. Tractatur in hoc discursu de nonnullis resurrectionis figuris; variæ etiam de illa adducuntur Scripturarum autoritates. Item de Christo B. Virgini apparente Denique qualiter intelligendæ sint tres dies & tres noctes mortis Christi.

Varia explicantur myſteria, ob quæ hodiernus Reſurrectionis dies à Deo factus eſſe dicitur.

DISCURSUS PRIMVS.

*Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus
& lætemur in ea.*

REgius Prophetæ David Reſurrectionis Chriſti gloriâ tor ab hinc ſæculis inſtinctu divino prævidens, univerſum mundum ad congaudendum & collætan- dum verbis in Themate propoſitis invitavit. quibus etiam ſancta Mater Eccleſia per totam hanc octavam meritò aritur, ut fideles ſuos ad ſpiritualis lætitiæ affectus & cordis jubilum excitet Verantamen verba illa ex primo intuitu conſideranti mihi dubium quoddam protinus oboritur, videlicet quamobrem dies hodiernus ſpecialiter à Deo factus eſſe dicatur, cum certum ſit omnes quoque alios dies opera eſſe manuum ſuarum?

In Pf. 17.

Tuus eſt dies. & tua eſt nox. tu fabricatus es aurum & ſolem. Albertus Magnus quandam circa dies diſtinctionem, propoſito noſtro valde conſentaneam adducit, dum ait: *Eſt dies mala, in qua homo naſcitur ad peccatum, quam facit Diabolus.* Et de hoc die S. Job & Jeremias locuti ſuere; ille quidem dum ait: *Pereat dies, in*

Jerem. 17.

26.

qua natus ſum: Hic verò: *Maledicta dies.* Eſt dies temporalis proſperitatis, quæ multis eſt cauſa perditionis; atque ideo Jeremias ſanctè gloriatur, dicens: *Diem hominis non deſideravi, tu ſeſi.* Habemus quoque diem naturalem, de qua in Geneſi ita ſcribitur: *Vocavitque lucem diem & tenebras noctem.* Eſt quoque dies gratiæ Et de hoc Salvator Joannis cap. 8. loquitur: *Abraham pater veſter exultavit, ut videret diem meum.* Eſt dies gloriæ, de qua in Pſalmo: *Melior eſt dies una in atris tuis ſuper mille.* De- mum verò poſtquam Albertus Magnus hanc dierum diſtinctionem recensuiſſet, tandè hunc

Ecll. 33 7.

Eccleſiaſtici textum adducit, quo dicitur: *Qua-*

Manſus Sanctuarii Tom. 1.

re dies diem ſuperat? Dies gratia diem natura, & dies glor. a diem gratia? A Sole lucem ſuam influente. Porro dies naturalis, vel, ſi dicere malumus, dies artificialis, partus eſt ſolis. Horizontem noſtrum illuminantis; at verò diei gratiæ author eſt verus ſol juſtitiæ Chriſtus.

2 Verum enim verò ut ad diſcurſum Alberti Magni denuo revertamur. Eaſdem quoque conſiderationes in hujus glorioſiſſimi diei honorem facere poſſumus. Etenim dies malus in quo homo naſcitur ad culpam, cujus inimicus infernalis author extitit, hodie ex potiori ſui parte per Chriſti reſurrectionem aboletur; ac proinde Apoſtolus de hoc myſterio hiſce verbis tractans: *Chriſtus reſurgens ex mortuis, hæc Rom. 6. 12,* inde deducit conſequentiam: *Ita & vos exiſtimate v. s. mortuos quidem eſſe peccato; non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore.* Quod verò diem hominis, id eſt, affectum ſeu adhæſionem ad humanam proſperitatem attinet, hic pariter hodie plurimum obſcuratur eodem Apoſtolo teſte qui ut fideles ad bonorum æternorum deſiderium & poſſeſſionem invitet, hiſce verbis utitur: *Si conſurrexiſti cū Chriſto, qua ſurſum ſunt quærite non qua ſuper terram.* Et revera ipſamet experientia ſatis demõſtrat, quòd omnes Chriſti diſcipuli atque ſectatores ſancti Evangelii poſt Redemptoris reſurrectionem omnibus bonis terrenis nutrium remiſerint, facultatum diſtractarum pretium ad Apoſtolorum pedes deferendo; quo facto ſatis re ipſa oſtenderunt ſe non deſideraſſe diem hominis. ſed hanc diem, quam fecit Dominus. Quod ſi verò diem naturalem tertio loco conſideremus, hunc quoque multo amplius à verò juſtitiæ ſole Chriſto, quam à cœleſti planeta illuminatum fuiſſe, dicere poſſumus. Et ad hoc

Coloſſ. 3. 5.

R. F.

forte

An Ps. 117.

fortè illa hæsterno mane decantati, & ex S. Ambrosio desumpti præconii Cerei Patchalis verba alludere volunt: *Gaudiat tellus tantis irradiata fulgoribus, & æterni Regis splendore illustrata totius orbis se sententiæ amississe caliginem.* Ejusdem quoque sententiæ est Cardinalis Belarminus super citata verba Psalmi, dum ait: *Dicitur aut. in dies resurrectionis, dies, quam fecit Dominus, quia Christus resurgens ut sol justitia novo modo fecit eum diem.* S. Antonius de Padua hujus vocabuli *Dies* Ethymologiã tangit, dicens: *Dies dicta à Dian quod est charitas.*

An Dom. 12 post Pasc.

Ecce igitur quanto cum jure & merito dies hæc à Deo facta esse dicatur, usque quæ claritatem & lumen suum à corpore Christi resurgentis luminoso & ipsorum sole splendidiore sortitur. Unde & B. Thomas de villa nova ait:

Conc. 2. in die resurr.

Clavio sole splendet pallida prius caro rutilanteque fulgoribus membra Desica. Atque in hæc veritatem omnes sacri interpretes concorditer conspirant. Unde etiam Rupertus Abbas Tuiensis super illa verba Apocalypsis: *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis habentem signum Dei vivi, ita scribit: Ille est magni consilii Angelus, iste ascendit ab ortu solis videlicet illuminare hos, qui sedebant in tenebris & umbra mortis, ascendens ab inferis, resurgens à mortuis, quæ resurrectio verè nobis ortus est solis.* Albertus Magnus ad illa verba Psalmi: *Deus Dominus & illuxit nobis sese reflectens.* S. Fulgentius auctoritate utitur dicentis: *Quia & ipsum solem hac die clarus lucere exist. mo, quando sol verus lucem suam resurrectionis gloriosa radiis corporalibus immiscet.* Imò credibilis potius censendum ad immensam glorificatæ humanitatis Christi lucem solis splendores & radios penitus obfuscaße. Etenim super montem Thabor olim abundantiam gloriæ illius, qua beatissima animæ suæ superior portio fruebatur, scintillam emittebat, & protinus resplendens facie: *ius sicut sol.* Exinde facile erit unicuique conicere, quantum tota caro glorificata totius sanctissimi corporis, de facto gloriosa claritatis dote amicti, & claritatis quidem pro libitu suo, & ad dignitatis personæ suæ meritumque suorum maximæ, quantum in quâ caro illa sole luminosior extiterit. Et quidem tametsi luminositatem istam in apparitionibus suis, quibus diversos dignatus fuit, minimè palam ostenderit, id tamen assertæ à nobis veritati nec quidquam præjudicat, hujus enim solidam rationem S. Augustinus reddit dicens:

An Luc.

Glorificata carne Dominus resurrexit; sed non luit in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia non possent oculis suis talem claritatè prospicere. Enimvero si vera est quædam à S. Vincentio Ferrerio allata propositio, longè verius consequenter esse debet, quod claritas corporis Christi radios solis obfuscaverit, lucemque sole incredibiliter majorem mundo subministravit. Dicit enim sanctus hic Pater: *Si Deus loco solis poneret corpus gloriosum, magis illuminaret mundum quam sol.* Unde sequitur id ipsum à glorificata Christi humanitate longè magis præstitum fuisse, siquidem ipse de semetipso dicit: *Ego sum lux mundi.* Propheta Evangelicus de resurrectione universali quondam prædixit: *Erit lux solis septemplex.* Ex alia autem parte S. Matthæus scribit, quod *Sol obscurabitur.* Quomodo autem duo hæc textus, quorum uterque ab eodem Spiritu veritatis dictatus fuit, inter se concordant, si enim solis lumen adaugebitur, quomodo Evangelista solis lumen obscurandum esse dicit? Chrysostomus difficultatem solvit dicens: *Sol obscurabitur, non quia destruetur, sed lucem adventus Christi superabitur.* Hinc igitur argumentum quoddam efformemus: Quod si Redemptoris nostri Corpus in die illo, qui iuxta Dei fulminibus in terram evibrandis destinatus est, adeo futurum est luminosum, longè igitur credibilis erit quod idem corpus hodierno die, quo gloriæ suæ specimena mundo exhibere voluit, summos è se & vehementissimos fulgoris radios, solaribus longè majores evibravit? Porro Christus de artificiali die in S. Joanne dicit: *Nonne duodecim sunt horæ diei? Habet & hodiernus festivissimus dies duodecim, quibus mirè illustratur variis factis apparitiones, velut totidem horas.* Unde Salmeron ait, *Magnaratione voluit hæc resurrectionis diem duodecim distinctis apparitionibus quasi horis illustrare, quas etiam duodecim apparitiones, historia Evangelica facè præferente, distinctè idem author enumerat, & eadem die contigisse ostendit, ideoque concludit: Invenies duodecim visionibus tantum mysterium diè illustratam, ut merito dicamus: Hæc est dies, quæ fecit Dominus exultimus, & lætemur in ea.*

3. *Est dies gratiæ.* Hunc quoque diem peculiarè fuisse gloriöse resurrectionis suæ effectum negari haudquaquam potest. Lyranus super illa verba Psalmi: *Hæc est dies, & c.* ita scribit: *id est, tempus novi testamenti; quod veteris diei ratione veritatis revelata, qua latebat in veteri*

Dialogo ad Orisium.

Ser. 3. Domin. in Albin.

Isa. 30. 26.

To. 12. 17. 2.

veteri

veteri Testamento sub figurarum obscuritate; propter quod Paulus Rom. 13 vocat vetus Testamentum noctem. & novum diem dicens: Nox precessit, dies autem appropinquavit. Hic dies est gratiæ, quia lex evangelica ab illo exordium sumpsit. Albertus Magnus similiter scribit: Hæc est dies salutis & gratiæ; hodie fecit Deus salutem in Israel: ecce nunc tempus acceptabile. ecce nunc dies salutis Dionysius Carthusianus eandem habet considerationem: Hæc est dies, id est, tempus Christi; tempus Evangelica legis & gratiæ, quoniam maiorem benignitatem & gratiam impendit hominibus, merito dicitur dies Christi. Enimvero Apostolus scribit: quod Christus resurrexit propter justificationem nostram, quia tamen verum sit Christum in Passionem suam prospexisse nobis de justificationis nostræ pretio, hoc tamen precium ad debitorum nostrorum satisfactionem applicatum non fuit, nisi in hoc gloriosæ resurrectionis die, in quo Sacramentum instituit penitentiae, dando Apostolis suis, ac demum ceteris successivè Sacerdotibus in Ecclesia sua existentibus, potestatem remittendi peccata: insufflavit in eos dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Adeoq̄ de hoc die merito dici potest: Ecce nunc dies salutis: Rupertus Abbas id ipsum confirmat, dicendo: Totum hoc tempus à resurrectione Domini unus dies salutis est, Prophetam dicente: Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Interlinearis verba illa: Hæc est dies, quam fecit Dominus, hæc glossa illustrat; quam mihi in salutem dedit. Incognitus Carmelitanus super Psalmos, ad magis literalem Prophetæ sensum alludens, scribit: Hæc dies est annus iubilæi; suæque discursum ad festivum hunc Paschatis diem adaptans, considerat, quod omnia illa bona in nobis adimpleantur, quæ Jubilæus Hebræo populo conferre solebat. Et nos hæc die à servitute peccati redempti sumus, & nobis restituta est hereditas paterna. Nullus est in totius anni

serie dies, in quo fidelibus magis plenaria concedatur indulgentia, quam in hac resurrectione indulgetur, aut in quo divina gratia maiorem & liberio rem habeat in animas nostras additum, quam in hoc fortunatissimo die: Diem gratiæ & gloriæ (inquit Salmeron) ab omnibus, omni benedictionis genere recedendum.

4. Diem gloriæ Hodicerna etenim die cœlum homini aperitur, & hæc caro nostra, veste gloriosa & immortali amicta fuit. Unde S. Thomas ait: In hac die inchoatur dies æternitatis, quæ est una non habens interpolationem noctis, quia sol, qui eam facit, non occidit. Theophylactus ait: Futuri sæculi exemplar est hæc dies, quoniam futuri sæculi una dies est. Verum quidem est, inquit S. Bruno, omnes dies à Deo factos esse: tunc tamen diem præcipuè fecisse dicitur, dum in ea hominem in melius per sanguinem suum recreavit, & eum ad immortalitatem tam corporis quam animæ, per utriusque resurrectionem revocavit: S. Bernardus quoque de hoc die scribit, dicens: Verus dies, qui non novit occisum esse æterna veritas, vera æternitas, ac proinde vera æternaque satietas. Nullus autem S. Maximo in exponenda diei huius gloriæ fulsisse extendit: Dicit enim: Bonus piæ die, qui lucem intulit universis, & eum non huius sæculi lucem, sed resurrectionis æternæ. Bonus inquam dies, & hic quam ille, in quo primum mundus enituit: ille enim hominibus ad laborem creatus est, hic factus est ad quietem: ille mortem meruit, hic formidinem mortis evasit, ille bonis malique communis est, hic proprius est iustorum; illius diei lux tenebris sepelitur, huius diei splendor etiam sepulchras illuminat; ad postremum illius diei lucem mortui non vident, huius diei lumen etiam defunctis emicuit, sicut ait Prophetia: qui sedebant in regione umbrae mortis lux orta est eis.

In cat. D.
Th. ser. in
die pasche.

In Ps. 90.
Serm. 17.

Rom. 3. de
resur.

Rom. 4. 25.

Joan. 20.

Lib. 14. in
Joan.

Plura alia considerantur motiva, cur hic resurrectionis dies
à Deo factus esse dici possit.

DISCURSUS SECVNDVS.

*Hæc est dies, quam fecit Dominus, exultemus
& lætemur in ea.*

1. **V**Num ex magis præcipuis
mysteriis, ob quæ hæc dies,
in qua resuscitatus est Do-
minus, dies à Deo facta
vocari possit, ne non cur
hæc dies nunc & in omni-
bus sæculis futuris Deo

dedicata & consecrata existat, ideoque hoc no-
mine *Dies Dominica* appellari soleat, unde Car-
dinalis Bellarminus, *Peculiariter*, inquit, *Deus*
eam diem sibi consecrauit. Unum inquam illo-
rum mysteriorum hoc est, nimirum eo die ab
omni seruilis opere abstinentes, ad eum per o-
pera pietatis & devotionis sanctificandum ma-
gis sumus intenti atque solliciti. Unde S. Gre-
gorius Nyssenus ait: *Ex illo Sabbatho præfens*
hoc Sabbathum agnosce, quietis hunc diem, cui
supra dies alios Dominus benedixit: n hoc enim
verè ab omnibus operibus suis Deus unigenitus
conquieuit. Albertus Magnus super illa verba
S. Lucæ: *Una Sabbathis* subjungit: *Quam nos*

Orat. 2. in
Pascha

Ep. Luc. 24

Dominicam appellamus. Causam autem cur
resurrectio Domini in ea die acciderit, ab eodè
hæc adfertur: *Decuit enim quoad hoc in prima*
Sabbathi natiaretur, ut qua de septimana
Deus fecit caelum & terram, eadem die terra
gratia, & caelum gaudia resurrectionis replere-
tur, & qua die Deus dixit fiat lux, ut illustraret
caelum & terram, eadem die lux surgeret et clari-
tatis resurrectionis ad caeli & terre novam illu-
minationem. Hic dies à sanctis certatim cele-
bratur nõ solum ob resurrectionis Christi glo-
riam, verum etiam quod divino sit cultui spe-
cialiter consecratus. *Est enim verè festus dies* in-
quit Rupertus) *verè beata diis nobilitas gaudiis,*
mensis decus, arma diuinitatis, pulchritudine huius
dei Paradisus respicendur, caelum purpuratum

Lib. 24. in
2401

est, Angeli candidati, homines exultantissimi sunt:
hujus diei gratia singulari verbis explicari ne-
quit. S. Ignatius in quadam Epistola sua, sequen-
tia nobis de hoc die scripta reliquit: *Dies festum*
celebrat omnis Christianus, Dominicam resur-
rectionem, regalem, eminentissimam omnium die-
rum. B. Laurentius Justinianus in sermone de
hoc festo ait: *Hæc utique est dies præclara & ce-*
lebris, excelsior cunctis, sanctior universis, in qua
mundi conditor ab inferis resurgens in corpore,
victor gloriosissimus remeavit ad superos.

Ep. ad
Magne.

2. *Dies quam fecit Dominus*. Hic dies multis
antea diebus haud dubie à Malachia prædictus
fuit, dum ait: *Vobis timentibus, non meum o-*
rietur sol iustitie. Hodie enim hic sol ad fide-
lium animarum illuminationem oritur, utpo-
te quæ hoc die potius quam quouis alio anni
tempore ad gratiam, lumen, & agnitionem Dei
disponuntur. *Hæc est dies* inquit Albertus Ma-
gnus, *te qua dicitur ad Rom. 13. Abjiciamus o-*
pera tenebrarum, & induamur arma lucis, sec-
us in die honestè ambulemus. Porro diem illum,
qui corporis illuminat oculos, lux efficit solis
illius, qui supra nostrum Hemisphærium volvi-
tur: at verò diem Dei verus iustitiæ sol efficit,
qui animas nostras gratiæ suæ lumine interius
illuminat, peccati tenebras ab illis dissipando,
id quod hodierna die specialiter perficitur, il-
lius etenim resurrectione præcipuè efficitur,
quod Christiani hodie vitam suam communi-
ter in melius conmutent, mores pristinos e-
mendent, omnemque culpæ & iniquitatis ca-
liginem diffugent, seque ad gratiæ lucem hau-
riendam aperiant: *et quomodo Christus surrexit*
à mortuis inquit S. Paulus, *ita & nos in novitate*
vite ambulemus. Unde S. Gregorius Nyssenus

Mal. 4.

In Ioan.

Rom. 8. 4.
Orat. cit.

ait:

ait: Dies, quam fecit Dominus, longè diversa à diebus illis, qui mundi procreationis initio sunt constituti: quos temporis cursus dimittit, alterius hac est procreationis initium; in hac enim die cælum novum facit Deus, & terram novam, ut ait Propheta Hanc autem diei hujus novitatem ut magis declararet, subjungit: In hac creatione sol quidem est vita munda, stella virtutes, aer præclara conversatio, mare altitudo divitiarum sapientia & scientia, herba & germina bona doctrina, divinaque documenta, qua populus pascua, hoc est, Dei grex carpit atque depascitur, arbores ferentes fructum mandatorum observatio: Ac tandem concludit: In hac die verus homo procreatur ad imaginem & similitudinem D. Ehem quot fiunt hodie induratorum & in peccatis habituatorum a cordium conversiones & mutationes? Quot reformationes conscientiarum & respicientiarum? Quot sunt qui ad veram reducuntur penitentiam? S. Ambrosius tamen nocti præcedenti noctis titulum attribuat, de ea nihilominus dicit: Hæc nox est, de qua scriptum est: Et nox sicut dies illuminabitur, & nox illuminatio mea in delictis meis. Quam autem est diem inter & noctem distinctio? Ecce tibi illam hisce verbis expressam: Appellavitque lucem diem, & tenebras noctem. Unde si noctem hanc à tenebris exemptam fuisse, imo cum ipsomet de luminositate contendisse ostendere possimus, illam utique factum à Deo diem appellare poterimus, Deus etenim diem quidem fecit, noctis verò author nequaquam extitit. Dixit quidem: Fiat lux, per quam dies formatur: Appellavitque lucem diem, non verò dixit: Fiat nox, fiant tenebrae, sed hæc seipsum prodierunt, per solis à nobis recessum. Profrus eandem considerare possumus differentiam inter alios dies, & hunc, qui à Deo factus esse dicitur. Alii enim ex die & nocte, hve ex luce & tenebris componuntur. Factum est vespere (ecce tenebras) & mane, ecce lucem, dies 11. Hodiernus autem à tenebris, & consequenter à nocte exemptus fuit. Luxista (inquit S. Maximus) non caliginem noctis detulit, sed mortis tenebras amputavit. Cujus veritatis Evangelista testimonium perhibere velle videtur, dum ait: Vespere autem abbatis, qua lucebat, Ubi Chrysológus ait: Vesper fuit non ineboat diem, tenebre sicut vespere non lucebat. Videtur autem idem ille sanctus Pater verbis sequentibus innuere velle, id nequaquam mi-

randum esse, siquidem dies ille talis sit dies, quam parit sol æternus. Vespere mater noctis parit diem, mutat ordinem, dum cognoscit auctorem, anhelat creatori servire non tempori. Enimvero S. Mater ecclesia noctem hanc ob gloriam resurrectionis gloriosam appellat: Gloria Dominica resurrectionis illustrat. Et S. In Matthi Thomas ait: Nox illa fuit lucida. Et de hac nocte intelligitur Propheticum oraculum: Et nox sicut dies illuminabitur. Unde Rupertus Abbas Tuitiensis lib. 1. De Trinit. & operibus ejus ait: Lacrimo noctem aque ac diem sequentem sancta Ecclesia quantum potest, concelebrat: eodem namque victoriosa resurrectionis obsequio in vespere, quo & sequenti die exultat. In cujus etiam confirmationem ponderandum est, quod de devotis illis Mariis Marcus scribit, nimirum: Emergent aromata, ut venientes ungerent Jesum: & valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam sole. Quomodo inter se conveniunt & quadrant valde mane, & orto jam sole? Responderi quidem poterit, devotas hæc mulieres præmaturo tempore ieiunii huic se accinxisse, apud sepulchrum verò tunc pridem appulisse, cum sol jam exortus fuisset. Primoque mane surgentes, ita alibi scribitur, & orto jam sole ex adverso aquarum idem &c. Verum tamen aliam existimo fuisse mentem Evangelistæ, nimirum dicere voluisse, solem ortum suum anticipasse, quia licet hora illa, qua egrediebantur, auroræ tempus fuerit, attamen quia ferens toti Horizonti jam illuxerat dies, utrumque salva veritate affirmari poterat, scilicet, quod tempus auroræ fuerit, & sol pariter exortus illuxerit, imò aurora vespere sese non verò mane prodidit. Vespere autem qua lucebat si valde mane inquit Chrysológus, quomodo orto jam sole? sic nescit Evangelista, quid dicat? Evangelista quid dicat, scit: considerat namque quod paulo ante dixerat: Et facta hora sexta tenebra facta sunt per totam terram, usque in horam nonam. Sol igitur, qui ad Passionem creatoris sui præsentialiter compatiturus, nigra se chlamyde induendo, noctem effecerat, hodierna die in resurrectione vel ortu suo, ut tenebras illas duplicata luce refarciret, longè citius solito ab Oriente illucescere cepit. Et qui, ut suo commoneatur Auctori, ipsam meridianam suam mortificaverat claritatem; ut confurgeret auctori suo, evictus tenebris antelucanus erupit; qui ante noctem fugerat, nunc

In præco
nio Pasch.

Hom. 3. de
resurr.

Serm. 71.

4. Reg. 3.

21.

Serm. 82.

Ser. 52.

nunc ipse noctem praevenit fugaturus, ut reddat lucis nox horas, quas terror Dominicae Passionis in vaserat. Sanctus etiam Ambrosius fulgidissimam radiorum solarium eo die scintillantem claritatem considerans, eandem quam S. Chrysologus illius reddidit rationem, dum ait: Solem ipsum arbitror esse in hac de se. lico clario rem: necesse est enim, ut in ejus resurrectione gaudeat, in cuius passione condoluit. Et paulo post subdit: Tanquam bonus minister, sicut tunc obscuratus est ad exequias sepultura, modo coruscet ad resurrectionis obsequium.

3. Dies quam fecit Dominus. Ab omni namque tristitiae nube immunis & exempta fuit; Dies enim totaliter serena, omni que laetitia & jubilo referatissima extitit. Dies quidem Nativitatis Domini dies clara fuit, Angelis nimirum super tugarium Bethlehemiticum descendentibus, & laeta voce continentibus: Gloria in altissimi Deo & in terra pax; veruntamen eadem ab aliquo vagituum, lachrymarum, & passionum divini illius Infantis tristi nimbo obumbratus fuisse noscitur. Serena quoque fuit gloriosa illa dies circumcisionis, in qua gloriosum illud nomen ei impostum fuit, in cuius venerationem & reverentiam flebitur omne genu in caelo, terra, & inferno: ex altera tamen parte constat illam sacratissimae humanitatis lux nubem vivam depluisse sanguinem. Fuit etiam sua serenitate singulari conspicua dies illa, qua Christus infans in tugurio Bethlehemitico à tribus Regibus adoratus fuit; haec tamen paulo post per fugam in Aegyptum, & Herodianam persecutionem mire obfuscata remansit. Tranquilla etiam &

splendida erat illa, qua Christus in monte Thabor transfiguratus est tunc enim resplenduit facies ejus sicut sol; verum etiam dies illa suam passam est caliginem à cruentae passionis memoria illa die habita; siquidem Moyles & Elias cum Jesu, loquebantur de ex. esse, quem complecturus erat in Hierusalem. Hodierna autem Resurrectionis dies adeo serena & lucida fuit, ut ne vel minimo tristitiae nevo obfuscata aut turbata fuerit, tota enim laetitia & cordis jubilo plena fuit, ac proinde ad gaudia & exultationem invitamur: Exultemus & laetemur in ea.

4. Dies quam fecit Dominus. Etsi omnes dies fecerit (inquit Incognitus quondam, nunc autem valde famosus ille Pialterii interpres Michael de Ayguaris Bononiensis) hanc tamen singulariter fecit; non quia istam diem plus aliis fecerit, sed quia in ista die plus quam in aliis nobis fecit Chrysostomus quoque scribit: Vocat hic diem non solis ortum, sed praedara facinora qua in eo gesta sunt. Atque insuper considerat, quod eodem die facta est cum hominibus reconciliatio, diuturnum bellum suis diremptum, terra caelum evasit, homines terra indigni regno digni visi sunt, nostra natura primitia super caelos sublata sunt, apertus est Paradisus, veterem patriam recepimus, expunctum est maledictum, & sublatum peccatum, tota terra & mare suum cognovit Dominum. Lyranus eidem verbi Psalmi similem adhibet interpretationem, dum ait: Hac dies &c. licet fecerit omnia tempora generaliter dicitur tamen facere aliquod tempus specialiter propter bonum, quod in illo contingit.

In Ps. 117.



Hic

Hic dies à Deo factus esse dicitur, quia per Christi resurrectionem multa nobis bona attulit; simulque ostenditur, quod lætitia hujus diei spiritualis, non verò prophana esse debeat.

DISCURSUS TERTIVS.

Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea.

Per hunc diem, cujus Deus noster specialis author esse dicitur, Euthymius ingentem eximiorum bonorum cumulum per Salvatoris resurrectionem nobis comparatum intelligit. Per bonam diem bona illa intelligit;

In Gloss.

qua in eo die perfici contingit. Prædicare igitur vult propheta summa illa bona, quæ in die Resurrectionis Domini futura erant, & quæ Christus ipse operatus est.

In Ps. 117.

2. Hæc etenim Resurrectionis clarissima lux infidelitatis ac Idololatæ tenebris dissipatis, fidem & Religionem Catholicam firmiter stabilivit, unde Hugo Cardinalis ita scribit: iste versus multoties cantatur in die Resurrectionis, quæ specialiter & proprie dicitur dies eo quod verum lumen tunc ortum est, & verus sol ortus, de sepulchro tenebras infidelitatis amovit, de quibus Gen. 1. Tenebra erant super faciem abyssi; Thomas interpretatur abyssus, super cuius cordis faciem erant tenebra infidelitatis, quando dixit: Nisi videro &c. sed illas amovit, cum ei apparuit. Imò non solum in S. Thoma, verum in universo mundo Paganismi tenebras dissipavit, dum falsorum Deorum simulachra conterendo, populos gentium ad veri Dei agnitionem convertit: Nunc princeps mundi nujus ejicitur foras: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra, dicebat ad discipulos suos Christus, postquam resurrexit à mortuis: Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, S. Bonaventura in sermone

Matth 28

18.

quodam, qui est secundus in ordine de resurrectione, illa Psalmi verba adducens: Exurge gloria mea, exurge devotè meditatur Patrem æternum filium suum hisce verbis à somno mortis excitasse: Dicit enim: Ecce quam amabiliter & dulciter Pater alloquitur filium de sua resurrectione: nam secundum Glossam verba ista pii sunt Patris ad filium: Exurge ad divinam gloriam magnificandam, ad Angelicam ruinam reparandam, ad humanam miseriam sublevandam, ad diabolicam malitiam dissipandam; ac proinde non immerito Paulus de Palatio Christum hisce verbis Patri suo respondentem introducit: Exurgam diluculo, & confitebor tibi in nationibus. Præterea per gloriam corporis gloriosi Redemptoris resurgentis, spes futuræ resurrectionis nostræ in nobis resuscitatur & reviviscit, ac proinde S. Jobus liberè dicebat: credo, quod Redemptor meus vivit, indeque necessariam hanc deducebat consequentiam: Et in novissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. Insurgit etiam ex corporum nostrorum resurrectione, quæ in virtute resurrectionis Christi suum sortietur effectum, hoc quoque derivatur et molumentum à D. Damasceno hisce verbis descriptum: Hinc gloria cælesti consideratio, illinc vero suppliciorum gehenna meditatio, vehementer & ad bonum amplectendum excitant, & à vitio declinando revocant. S. Bonaventura alium quendam stimulum lateribus nostris per resurrectionem admoventi dicit, scilicet quod in nobis

In Matth. 28. Job 19. 25. Lib. 4. de orthod. ser. de c. 28. Ser. 1. de resur.

nobis

nobis spem exciteret ad futuram gloriam : In nascendo, inquit, contulit consortium nature, in patiendo beneficium gratia, sed in resurrectione complementum gloria. B. Laurentius Justinianus in hoc festum ita scribit : Te Deus tuus revocavit ad pacem, te duxit ad Patrem, te prorexit ad gloriam, te decore induit, teque immortalitatis dote vestivit S. Gregorius Nyssenus de Christo resurgente ita scribit : Vita & resurrectio ; & aurora ; & mane & dies in tenebris & umbra mortis degentibus factus est, Omnes namque animæ in sinu Abrahamæ hactenus detentæ, virtute resurgentis Christi oculis suos in Deum clarè desigere, nec non beatitudine tot votis atque suspiris desideratæ & expeditâ perfrui meruerunt, Est præterea aliud quoddam considerabile bonum, quod Resurrectio Christi secum adduxit, nimirum remissio & venia peccatorum nostrorum, Unde S. Bernardus ait : Hoc est propter quod oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis, ut predicetur in nomine ejus penitentia & remissio peccatorum ; penitentia ad innocentiam, remissio ad mundiciam depusetur,

3. Exultemus & lætemur in ea. Hisce verbis invitamur & extimulamur, ut hodierna die, in qua divina liberalitas & munificentia per Salvatoris nostri resurrectionem tot nos bonis cumulavit gaudeamus, lætemur & conjubilemus. Fecerunt id ipsum ad nostrum exemplum ipsimet sancti Angeli, tametsi ipsorum de hoc festo tanti sicut nostrum minime interfuit: Sanctus etenim Gabriel Archangelus, uti Salmeron existimat, hodie Mariæ apparuit, eandemque post annuntiatam ei filii sui Resurrectionem, hisce magnificis & festivis verbis salutavit: Regina cæli, lætare alleluja ; Quia quem meruisti portare alleluja ; Resurrexit, sicut dixit, alleluja Deum quando S. Gregorius Magnus Romæ tempore lævientis pestilentia, celeberrimam illam à S. Luca depictam imaginem, in solempni Processione, per urbis compta, portari fecit, circum eandem imaginem auditu fuerunt Angeli, idemmet Canticum decantantes, cui demum ipse hæc verba protinus subjunxit : Ora pro nobis Deum alleluja

4. Exultemus & lætemur in ea. Angelus Domini hodierna die veste candida amictus apparuit, ita enim devotæ Mariæ illum amictum viderunt : Viderunt juvenem coopertum stola candida. Ubi S. Antonius Paduanus ait : Juvenis dictus, eo quod juvare paratus est Dei

fusus, tanquam juvenis paratus est nos adjuvare Salmeron verò opportunè ad propositum nostrum ita scribit : Vestimentum album sicut nix, quia resurrectio Domini materiam præbet gaudii illo colore indicati, & quia ad immortalitatem & triumphum gloria reducit, atque ad Angelorum societatem & gloriam restituit. Doctor Angelicus universale omnium creaturarum jubulum, qui in eisdem hodierna die conspicitur, considerans ait : Fecerunt istum diem solempnem tria ; Primo cælum Angelum transmittendo ; secundo terra præ gaudio exultando ; Ecce terra motus factus est magnus ; tertio Inferius sanctos resurgendo. Sanctus Maximus quoque suas in ordine ad hanc universalem lætitiâ habuit, considerationes, dum ait : In resurrectione ergo Christi elementa omnia gloriantur, & solempsum arbitror esse in hac die solito clariorem, Albertus Magnus super hæc S. Lucæ verba: Valde d. luculo, de Mariis ita scribit : Quia in diluendo ad quarendum eum veniebant, qui jam sua claritatis luce cæli sinum illustrabat ; Illustrans tu mirabiliter à montibus æternis Præcurrit etenim aurora, & solite velocius ad dissipandas noctis tenebras emicuit, quia nox sicut dies illuminabitur.

5. Exultemus & lætemur, sed in ea, id est ob fines & bona, quæ hic dies nobis adduxit & peperit. Rupertus Abbas Tuitiensis ita scribit : In finem canticum Psalmi resurrectionis talis præeunte titulo: Iubilare Deo omnis terra, psalmum dicite nomini ejus, date gloriam lauridi ejus ; & dicit inter cetera : Introibo in domum tuam in holocaustis ; reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea ; Holocaustis medullata offeram tibi cum incenso arietum ; qua omnia mysticè significant combustionem vitiorum, purificationem spiritus. Ecce tibi igitur quonam ordinandum sit hujus Paschalis festi gaudium, nempe ad extirpanda à cordibus & animabus nostris vitia, ad conscientiam purificandam atque mundandam, Ad lætitiâ igitur spiritualem, non verò prophanam invitamur, Unde Chrysostomus ait : Exultemus & lætemur ; lætitiâ hinc dicit spiritualem, lætitiâ mentis lætitiâ animi. S. Gregorius Nyssenus circa illa verba : Exultemus & lætemur, modum, quo id à nobis fieri debeat, protinus subjungit, dicens : Non ebri, ratiibus & commestationibus, non choreis & debacchationibus. Econtra verò hodie fieri videmus ;

To. II. 88.

Ser. 1. de Resur.

Hom. 4. de Resurr.

Lib 9 c. 13 de glorif. Trinit. & processu Spiritus S.

In Ps. 1.

Or 3. in pasce.

hisc

Ser. de resur.

Ora. x. de Pasce.

Ser. de resur. Salv. 33.

To. II. tr. 7

Ser. in die pasce.

Hiscæ namque paschalibus diebus magna pars hominum Christianorum Deum parum admodum timentium, ideo gaudent & lætantur, quod tandem finis accesserit jejuniorum, aliorumque rigorum quadragesimalium, quod multæ terminatæ sint austeritates, cessent quotidianæ conciones & præservidæ ad pœnitentiam & vitæ emendationem inchoandam exhortationes, ac proinde nunc ludis, jocis, prophanis conversationibus & inhonestis colloquiis, conviviiis quoque, omnibusque aliis recreationibus frænum laxare possint; Has fraudum technas, quibus Dæmon hiscæ diebus homines illaqueat, S. Bernardus in sermone quodam super hoc festum, qui est in ordine primus, hunc in modum deplorat: *Obnubilat fratres solemnitatis lætissimam materia tristior. Prò dolor! peccandi tempus, terminus recidendi facta est resurrectio Salvatoris; ex hoc tempore commessationes & ebrietates redeunt; cubilia & impudicitia repetuntur, & laxantur concupiscentiis fræna, quasi ad hoc surrexerit Christus, & non magis propter justificationem nostram.* Salméron quoque modum nobis, quo hanc resurrectionis læticiam prosequi debeamus, hiscæ verbis demonstrat: *Magna cum læticia conjuncta fuit Domini resurrectio, quia solutus doloribus inferni excitatus est, & gavisus sunt discipuli viso Domino: talem expedit esse justificationem nostram, qua percepto spiritu paraclæto in divinis delectemur.* Singulariter autem ad hoc nobis advertendum est, quod sicut Christus solutus inferni doloribus à mortuis resurrexit: ita quoque ex quo in nobis virtute resurrectionis ejus soluta sunt vincula Inferni, totque nobis remissa sint peccata, cum omni studio nostro in hoc nobis conitendum erit, ne iterum in eadem infernalibus vincula, fortius iisdem constringendi, reiiciamus; siquidem *Christus resurgens*

ex mortuis jam non moritur. Unde S. Augustinus ait: *Quia Paschales dies sunt, id est, indulgentia ac remissionis, ita à nobis sanctorum dierum festivitas agatur, ut relaxatione corporum, puritas non obfusetur, sed potius abstinentes ab omni luxu, ebrietate, lascivia, demus operam sobria remissioni ac sancta sinceritati, ut quidquid modo corporali abstinentia non acquirimus, mentium puritate quaramus.* Notate quo in respectu & veneratione à nobis habendi sint Paschales hi dies. *Dies sunt indulgentia ac remissionis;* atque ideo enormiter errant, qui ad laxandum delitiis ac voluptatibus fræna dies hoscæ impendunt. Sancta mater Ecclesia in Sabbatho sancto cursum Quadragesimalium ad finem usque perductum esse videns, in ea oratione, qua ignem, in quo Christum vetus comburitur, benedicit, ad purificandas hiscæ sanctis diebus mentes nostras, cœlestium desideriorum ardorem à Deo enixè efflagitat, dicens: *Concede nobis per hæc festa Paschalia cœlestibus desideriis inflammari, ut ad perpetua claritatis festa, mentibus valeamus peringere.*

6. *Resurrexit inquit Apostolus, propter justificationem nostram.* Id quod reali experientia comprobamus: hodie enim omnes Christiani ad pœnitentiam reducuntur, sacramento Eucharistiæ cibantur, mutant dissolutam vitam, pravosque mores reformantes, ad Deum syncerè convertuntur. Justum igitur est, ut hodierna die cordialissimè gaudeamus: *Exultemus & lætemur in ea; si enim gaudium est super uno peccatore pœnitentiam agente, quanto majus hodierna die gaudendi motivum his in terris habemus, si quidem hodie non unum sed omnes pariter peccatores simul cum Christo ad gratiam resurgere, atque ad pœnitentiam reduci videmus?*

Ser. i. in
Off. pasch.
157 de
tempore.

Tom. I. l. 1.

Nonnullæ virtutes & merita illarum sanctarum mulierum considerantur, quibus Christus resurgens dignatus est apparere. Ostenditur etiam, quem à sepulchro revolutum esse viderunt lapidem, symbolum esse prævæ consuetudinis, quæ per resurrectionem Christi, & Mariarum imitationem planè superatur.

DISCURSUS QVARTVS.

Dicebant adinvicem ; quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt revolutum lapidem ; erat quippe magnus valde.

Marc. cap. 16. v. 4.

Lid. 14. in 1.
10076

O Primè Rupertus Abbas ponderat, devotas hæc Marias cum sancta quadam impatientia sustinuisse, donec ad sepulchrum Christi se recipere possent : *Constat itaque quia in lacrymis per vigiles amores, nimiumque longâ retardantie Sabbati mora fatigata, quo nec operari, nec plus mille passibus ambulare licitum erat iudæis.* Postquam vero sanctam hanc sollicitudinem & anxietatè, quam inestimabilem hunc thesaurum investigando, exhibuerant, satis superque considerasset, tandem subjungit: *Mox ut onerosum illud Sabbatum abiit, recessit, transiit, non quieverunt, non dederunt oculis suis somnum, non luciferum ad proficiscendum præsolata sunt diem, noctem pro die, desiderium pro Duce, lunam rapuere pro sole.* Illis autem jam in via confidentibus mox hæc illos cogitatio incessit: *Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti?* Adeo enim grave & ingens saxum erat, ut Evangelistæ visum fuerit nequaquam sufficere, si diceret: *Erat quippe magnus nisi insuper adderet: alii; adierant quoque alia difficultates non minus hæc insuperabiles.* Salmeron dicit: *Fortes profecto, cum se prodierit ista, tunc maxime animas.* Licet enim mulieres sint, per noctis tamen tenebras iter facere non

formidant, sigillum à Pilato sepulchro, ne à quopiam aperiretur, impressum, inde revellere non vereatur, tamen ob id, utpote læsæ majestatis crimen, mortis pœnam sibi se conciliaturas esse sciunt, non terrentur ob armatorum militum custodiam, à Principibus & summis sacerdotibus contra omnes Christi sequaces subornatam, & exasperatam: non retrahebantur ab eo, quod corpus seu cadaver mortuum contrectaturæ, & sepulchrum contra legis Mosaicæ prohibitionem ingressuræ essent, non synagogæ odia, & fulminatas ab eadem excommunicationes metuebant. Verum quidem est, quod etiâ S. Petrus & S. Joannes ad idem se sepulchrum receperint: sed ut Lucas Burgensis observat, *hæc statim reversi sunt domum, antequam plena luce homines adibus suis egredierentur, ne observati à iudæis accusarentur, ut circa monumentum aliquid machinati.* Non autem sic generosæ hæc mulieres, quia perfecta charitas feras miscebat timorem. Et tamen, quod valde notandum est, saxum illud recogitantes timere incipiunt, dicentes: *Quis revolvat nobis lapidem ab ostio monumenti? Tantum d. Sax. revolvat de erant sollicita finquit Salmeron; ad quod revolvat erant vires, animas longe incutere. Nec tamen ob id à cepto itinere desisterunt, neque gressum tardarunt. Profecio longè potens est amor Christi, & nihil an. ante difficile.*

In Luc.

To. 17. 8.

2. Es

In Marc. 2. Et respicientes viderunt revolutum lapidem. Ubi Albertus Magnus hanc addit Glossam: *Quia semper sus adest Deus* Neque enim solum viderunt revolutum lapidem, verum etiam Christus ipsemet à morte expectatus, ipsis dignatus est occurrere, easque summa cum benignitate excipere & consolatione demulcere, *Ecce Iesus occurrit illis dicens, Ave: illa autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. Occurrissi latanti* inquit Albertus Magnus, illo usus textu Isaïæ cap. 64. *& facienti justitiam in vis tuis.* Erant hæc sanctæ mulieres Christo inquirendo, suaque illi obsequia & charitatis ministeria adhibendo, ejusque corpori pretiosissimis aromatibus condicendo totaliter intentæ. *Emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.* Ubi Chrysostomus: *Gaudent & admirantur, & tanta perseverantia retributionem accipiunt, ut prima videant, & annuntient.* Lucas Burgensis idem observat: ipsæ enim præ omnibus aliis de Resurrectione Domini nostri certiores factæ fuerunt: *Quia illa sedulitate sua, ac animi officiosi ac grati declaratione hoc promerentur* Paulus de Palatio Christum ipsummet ipsis occurrere notat, ideoque scribit: *Non me fugit, Christum sepi non currentibus, & non volentibus occurrere; dictum est enim, inventus sum à non querentibus me; tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem. Fieri igitur potest ut Christus occurrat non currentibus; sed non potest ut præcurrentibus non occurrat; dictum est enim, ego diligentes me diligo, & qui mane invigilant ad me, intervenient me; & item omnis, qui querit invenit* Submota igitur fuerunt omnia obstacula: *Respicientes viderunt revolutum lapidem;* unde in sensu allegorico, Christum à mortis suæ somno viderunt resurgentem: *Petra autem erat Christus; ipso summo angulari lapide Christo Iesu.*

Sev. in die Pas. 3. *Quis revolvat nobis lapidem?* In hoc etenim summa communiter difficultas consistit, quam maxima pars peccatorum in peccatis habituatorum, quibus cor inest quovis silice durius, in se experiri consuevit. Dicit autem S. Antonius de Padua: *Lapis tunc revolvitur, cum per gratiam pondus peccatorum tollitur.* Quod si autem ulterius inquiras, qua ratione mala peccandi consuetudo, & perversus ille habitus à nobis tolli, illaque peccati durities in nobis vinci & superari possit? Respondeo, id

melius fieri non posse, quam auferendo omnem ejusdem peccati occasionem, seu fugando à se omne malæ illius inclinationis incentivum atque fomentum. Enimvero nemo est, qui nesciat Lazarum quadriduam figurasse peccatorem, qui peccato sibi collum obdixerat, à morte peccati ad gratiæ vitam denuo resuscitatum. Antequam verò Lazarus ille è monumento vivus prodiret, qui erat mortuus, Christus, primò Apostolis, ut eum à vinculis & nexibus, quibus illigatus erat, absolverent, præcepit: *Solvite & adducite mihi;* hoc enim faciendo, idem munus præstabant, quo sacerdotes hisce diebus circa multos quadridianos Lazaros, id est, in malis consuetudinibus suis inveteratos, per sacramentalem absolutionem fungi solent. Valde autem acutè S. Ambrosius hic inquit, quamlibet Christus, qui fetidum illud cadaver Lazari imperio vocis istius, *Lazare veni foras.* foras è tumba profilitæ fecerat, non pariter lapidem ejusdem vocis vehementia à sepulchro semoverit, sed illum à discipulis amoveri præceperit, dicens: *Tollite lapidem?* Et sanctus Doctor de Pœnitentia tractans, id ad nostram instructionem factum fuisse respondet. *Quenam autem est doctrina illa, quam nobis in hoc suggerere contendit? Nostrium est onera removere, illius est resuscitare.* Nobis etenim incumbit, ut lapidem hunc submoveamus, id est, è medio tollamus omnem peccandi occasionem, scilicet proponendo nobis ad illam suspectam domum nunquam deinceps reverti, lascivas illas imagines, accepta ab amasio vel amafia dona & munera, nec non & lenocinatrices literas, quæ illius nobis adeo nocivi obedi memoriam suscitant, & veluti scintilla, concupiscentiæ ignem in nobis reaccendant, procul à nobis abjicere; hisce enim ex parte nostra præmissis Christus, quod suum est, facere non omittet: *Lazare veni foras* inquit Christus. Necessum enim est è sepulchro egredi, id est, à loco illo recedere, ubi contracta est mors peccati. Unde S. Augustinus ait: *Quod exiit à monumento animam significat recedentem à carnalibus vitiis.* *Notandum quoque est, quod increata illa sapientia pondus dixerit: Redi ad vitam; resurge: sed veni foras id est, de sepulchro; quia si, postquam resuscitatus erat, in obscura illa, & putredine & fœtore plena tumba remansisset, facillimè ad mortem denuo redire potuisset;*

atque ideo jussio illa Christi *Lazare veni foras*, quædam fuit nostra instructio, opus nimirum esse, ut egrediamur è sepulchro, id est, ut ab omnibus periculis & incentivis, quæ in novorum peccatorum recidivam nos relabi facere possunt, quoad possumus, recedamus. Paulus de Palatio scribit, quod postquam diu secum deliberasset, quidnam lapis ille, qui erat ad ostium monumenti Christi, significaret, tandem incidit in S. Augustinum, qui Tractatu 49. Joannem de lapide sepulchrali, qui erat super Lazari sepulchrum tractans, ita scribit: *Est pondus legis antiquæ: Paulò post verò dicit: Lapis est moles prava consuetudinis. Cum ergo per Christi resurrectionem, subjungit hic author, & moles antiquæ legis sit ab humana sublata natura, & comparata sit gratia virtus, per quam nulla consuetudo peccati, mortuo peccatori (si resurgere velit) obistere possit, meritissimè dictum est, quod per Christi resurrectionem ab Angelo revolutus est Lapis. Eodem quoque in loco subjungit mysterium, cur Angelus huic lapidi insederit: Quia consuetudo habitusque peccandi nulli à peccato surgenti nocere poterit (si modo ille non sibi eam superinducere velit) idcirco etiam super lapidem sedisse dicitur est Angelus. S. Antonius Paduanus quoque scribit: Angelus isti gratia purius sancti, qua lapidem ab ostio monumenti removet, fragilitatem confortat, omnem asperitatem mollificat, & omnem amaritudinem sui amoris balsamo dulcificat. Apostolus, ut ait S. Thomas, in cap. 6. Epistolæ ad Romanos, totus in eo est, ut cognoscere nos faciat, quod mediante gratia Christi, quam in virtute resurrectionis ejus recepimus, majores quoque vires ad resistendum deinceps peccatis acquiramus. In progressu autem hujus Epistolæ inter alia motiva ad id ipsum credendum hoc quoque adducit: Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati. S. Thomas verò dicit per hunc veterem hominem intelligendam esse inveteratam peccandi consuetudinem. Consuetudo peccandi, quæ quandam necessitatem ingerit ad peccandum; vel etiam ipse fomes peccati procedens ex peccato primi parentis: sic igitur vetus homo noster dicitur esse sicut crucifixus cum Christo, in quantum prædicta vetustas virtute Christi sublata est. Et modum, quo id factum est, declarans, subjungit: Quia diminuitur vir-*

tus ejus, sicut virtus fomitis, vel etiam consuetudinis peccandi.

4. Advertendum proinde est, sanctas hæc mulieres dignas se reddidisse, quæ lapidem hunc sublatum esse conspicerent, quosque Christus apparitione sua dignaretur, siquidem in corpore ipsius quærendo, pretiosissimisque unguentis desinendo, adeo se probarunt esse diligentes atque sollicitas, tantamque passionis ejus doloribus exhibuerunt compassionem. Unde Didacus Stella ait: *Maria ista primo de Christi resurrectione exultant, quia maximè in ejus passione doluerant. Hæc devotas mulieres quilibet peccator pro viribus imitari debet, si à sepulchro cordis sui lapidem, id est, malæ consuetudinis, malique habitus peccati duritiem sublatam esse desiderat. Beata ergo femina, qua currebant (inquit Paulus de Palatio) dicere quippe earum quavis poterat; sine iniquitate cucurri & direxi; exurgens occursum meum Domine. Facienda quoque nobis est bona confessio. Unde S. Gregorius Nyssenus ait: Sicut in manibus nostris aromata pura conscientie. Hugo Cardinalis ait: Tris Mariae sunt, Mens, Lingua, manus, & habet qualibet unguenta sua. Unguenta mentis confitio, compassio, devotio; unguenta lingua discretio locutio, oratio devota, confessio integra; unguenta tertia mulieris, scilicet manus, sunt septem opera misericordie. Didacus Stella etiam de hisce unguentis, ad sepulchrum per hæc mulieres allatis, ad propositum ita scribit: Docentur opera misericordie esse certam viam ad invenendum Deum & conversandum cum Angelis. Porro hæc sanctæ Mariæ intra sepulchrum istud semper abscondi desiderabant, ideoque lapidem sublatum esse viderunt. Unde Albertus Magnus hoc elicit documentum: Lapis iste ob durationem coram significat, qui devotè Deum quærentibus resistit. Ezech. 11. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Sic igitur in devotione spiritus lapidem invenerunt revolutum à monumento, in quo cum Domino Jesu includi & abscondi desideraverunt. Salmeron verò aliam hinc elicit moralitatem, dum ita scribit: Vos nos præstitimus quod nostrum est in his, qua ad Dei gloriam operari cogitamus: Deus, qua supra nos sunt, pro sua immensa bonitate supplere consuevit; viderunt enim lapidem angelico ministerio de sepulchro sublatum.*

In Luc.

In Matr.

Or. 1. In Resur.

In Mar.

In Luc.

Osten-

In Matt.

Ser. cit.

Ostenditur lætitiã resurrectionis à Passionis memoria sequestrandã non esse. Nonnullæ etiã adducuntur rationes, cur retinere voluerit vulnerum suorum cicatrices.

DISCURSUS QUINTVS.

Nolite timere vos, scio enim, quod Iesum, qui crucifixus est, queritis. Matth. cap. 28. v. 6.

Terra in Christi resurrectione ex imis fundamentis concussa fuit, adeo ut Scriptura dicat: *Terra motus factus est magnus: & armati milites, quantumvis robusti, fortes, & generosi, adeo fuerunt conterriti, ut facti sint velut mortui: Praeterea timore exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Et tamen, quod mirum est, devotæ Mariæ ad momentum appropinquantes, Angelum de cælo in sepulchro visum, audire dicentem: *Nolite timere vos, scio enim, quod Iesum, qui crucifixus est, queritis.* Quodnam obsecro, in eo latet mysterium, quod mulieres illæ omnem timorẽ ponere jubeantur, eo quod Christum querunt crucifixum? Nimirum salutare quoddam per hoc omnibus fidelibus traditur documentum, lætitiã Resurrectionis à Passionis memoria sequestrandã non esse, Christus resurgens querendus quidem nobis est, ita tamen ut simul ipsum pro nobis crucifixum esse recordemur. Unde Rupertus Abbas Tuitiæ super illa verba Psalmi: *Dominus regnavit deitorem indutus est:* ait: *Eandem carnem spinis coronatam, & in sepulchro depositam rursus induit.* Ideoque Angelus, qui primus omnium Resurrectionis nuntius fuit, non sine mysterio ipsum crucifixum appellavit; Neque enim resurrectionem à Passione sejungere voluit; imò notandum est, quod idem Angelicus nuntius devotis illis mulieribus dixerit: *Recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Ga-*

lila esset, dicens, quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi. Quid enim opus erat, Resurrectionis lætitiã, mortis suæ illis tam diu ante prædictæ memoria amaricare? Optimè ad hoc Hugo Cardinalis respondet: *Per hoc quod juxta sepulchrum videntur mulieres recordari verborum Domini, quæ de Passione sua simul & resurrectione prædixerat, docemur, quod inter mysteria Passionis recolenda sunt gaudia Resurrectionis.* Dicit autem aliquis fortasse, quodnam erat illud in hęc Mariæ sublimius præ aliis meritum, ob quod privilegiari meruerunt, non solum quoad primum illis allatũ Resurrectionis nuntium, verum etiã quoad illam adeo benignã ipsiusmet Redemptoris nostri apparitionem, in qua illis occurrit? Paulus de Palatio respondet: *Quia duræ erant juxta Crucem videntes mortuam, nunc priores merentur vivere, resurgentes; ac proinde B. Thomas de Villa nova hanc in earum favorem meditationem instituit: rodeunt ergo domo, dum adhuc tenebra essent, & veniunt ad monumentum orto jam sole; nõ quod segniter irent, quæ quasi aquila volabat ad corpus, sed quia euntibus medio se itinere Crux obtulit (cur ita non credamus) quæ instante Sabbato adhuc erecta manebat. primumque illis renoavit dolores: dumq; illam sæpius amplexantur, repetitũq; deosculantur amplexibus, dominicam Passionem multis gemitibus prosequentes, hora abijt, lugentesque ortus reperit Sol. Quid mirum igitur si primæ sint, quæ per Resurrectionis suæ nuntium, & personalem apparitionem*

In Matth.

Conc. 1. de resur.

Li. de Trinitate & oper-

Rom. 1. 17. suam consolatione demulceantur? Si compati-
 Pf 93 19. mar, & conglorificabimur: secundum multitu-
 dinem dolorum in corde meo consolationes tua
 latificaverunt animam meam. Consideravit
 etiam S. Thomas, quod hæc Mariæ arctius Do-
 minum amaverunt; eumque amorem demon-
 strarunt in tantum, ut ab eius sepulchro discipu-
 lus etiam recedentibus non recederent. In Chri-
 stum vulneratum suos habebant defixos oculo-
 los: Iesum querebant, sed crucifixum.

2. Olim propriissima sacri Paschalis nostri fi-
 gura Agnus Paschalis fuit; Hic autem non nisi
 costus seu assus manducari poterat; ut autem
 S. Justinus Martyr notat, Agnus ille assandus
 duplici bacillo sive lamina transfigebatur, quo-
 rum una à capite ad pedes usque penetrabat,
 altera verò utrumque transadigebat humerū,
 ac proinde quasi in Crucem actus esse videba-
 tur. Ecclesia quoque in hodierno Paschalis die
 hunc ritum solemniter observat, quod Agnus
 per singulas domos assetur, benedicatur, & in
 illius Agni, qui sacrificatus est pro nobis, me-
 moria ex devotione comedatur quod tametsi
 cum lætitia fiat, simul tamen Passionis ejus me-
 moria intermisceretur. Quot ut Ecclesia nobis
 tantò fortius imprimeret, hunc ubique terra-
 rum ritum introduxit, ut toto tempore Pascha-
 li, quod solidos quadraginta dies durat, Resur-
 rectionis pariter & Crucis seu Passionis Christi
 memoria habeatur. Crucifixus surrexit, Cru-
 cem sanctam subiit surrexit die tertia, Ut Chri-
 stus post Resurrectionem suam discipulis appa-
 rens certum quoddam & infallibile humanita-
 tis & præsentia suæ signum ederet, cibum ab
 iis poposcit. Qualemnam verò cibum (juxta e-
 jus dispositionem) ei propositum fuisse existi-
 matis? Favus mellis & piscis assus: Omnia in sa-
 pientia fecisti. Hugo Cardinalis ait: Piscis assus
 fuit Christus in passione, favius mellis in resur-
 rectione, piscem assum igitur & favum mellis of-
 fert Christo, qui fidem Passionis & Resurrectio-
 nis firmiter tenet. Voluit itaque ut intelligere-
 mus, nos lapidiorem cibū ei subministrare ne-
 quaquam posse, quàm meditationem Resurre-
 ctionis, cum Passionis suæ memoria. Trita sunt
 illa Tertulliani verba dicentis: Favos post sella
 gustavit; nec antea Rex gloria à cælestibus salu-
 tatus est, quàm Rex ludæorum proscriptus in
 Crucem idque in eum finem factum est, ut nos
 intelligeremus, quod si nos gaudiorum suorum
 fieri volumus participes, passiones ejus prius
 participare debeamus. Bene quaritis eum, in-

In Marc.

quit Hugo Cardinalis, quia quaritis Nazare-
 num & crucifixum; multi enim quarunt tantū
 Iesum Nazarenum, i. e. salutem floridam; vo-
 lunt enim hic gaudere cum mundo, & in futuro
 regnare cum Christo, sed non invenitur Naza-
 renus sine crucifixo. Idemmet Eminentissimus
 Cardinalis alibi nos docet modum, quo cruci-
 fixum querere debeamus, licet is à mortuis re-
 surrexerit. Crucifixum, inquit, querit, qui per
 pœnitentiam Iesum querit. Licet enim jejuniū
 quadragesimale terminatum sit, disciplina et-
 iam & aliæ austeritates septimanæ sanctæ finem
 suum acceperint, non tamen ob hoc desistendū
 nobis est, ab agenda pœnitentia, neque ideo vi-
 tam nostram & morum honestatem relaxare
 debemus, quia Pascha advenit, quodque jam
 tempus agatur lætitiæ. Bene hac de re S. Ber-
 nardus scribit: Quid minus reverentia resurre-
 ctionis tempus exigit, quàm Passionis? Si compa-
 teremini & coregnaretis, si commoretemini &
 consurgeretis; nunc autem ex sola consuetudine
 temporis, & simulatione quadam humiliatio
 ista processit: quam non sequitur exultatio spi-
 ritualis. Paulus de Palatio salubriter nos mo-
 net, ut juxta consilium S. Pauli Apostoli salutem
 nostram cum timore & tremore operemur: Cū
 metu & tremore salutem vestram operamini;
 Christiani timeant, qui licet Christum quarāt,
 cum tamen regnantem non patientem exoptāt,
 aut Paulus nihil se aut querere aut scire arbi-
 tratur nisi Iesum, & hunc crucifixum. Eodem
 Resurrectionis die duo illi discipuli in Emau
 concedentes, Christum unquam deinceps re-
 surrecturum esse prorsus desperabant. Christus
 autem, qui in specie peregrini sese illis associa-
 vit, exprobravit illis incredulitatem eorum: O
 stulti & tardi corde ad credendum! Verunta-
 men postea eos illa gratia adhuc dignatus est,
 ut illius frui præsentia, & discursus Salvatoris
 audire possent; imo ut est nonnullorum opinio
 ipsos quoque propriis manibus communica-
 vit. Vultisne autem causam scire. ob quam ip-
 sos hac ratione consolatus fuerit: Nimirū quia
 mutua inter se de Passione ipsius colloquia mi-
 scuunt. Unde Dionysius Cartusianus ait: (p. In Luc.)
 se Iesus appropinquans ibat cum illis: ipse enim
 dixit: ubi fuerint duo vel tres congregati in no-
 mine meo, ibi sum in medio eorum: & quia de
 Christi Passione contulerunt, & ei pie compa-
 tiebantur, apti fuerunt & visitari & consolari ab
 eo: specialiter enim complacet Salvatori com-
 passio & collatio de sua passione.

In Matth.

Ser. 1. de
resur.

In Matth.

3. Observastisne aliquando quibusnam verbis Propheta Regius Patrem aeternum loquentem introducat, dum filium suum à morte ad gloriosam resurrectionem suam conabatur exsuscitare: Postquam sepulturae suae meminisset dicendo: *Roderunt ante faciem meam foveam, mox Altissimum hunc in modum filium suum alloquentem adducit: Exurge gloria mea, exurge Psalterium & cythara. Demum verò Filium quoque introducit hunc in modum Patri suo aeterno respondentem: Exurgam diluuios, confitebor tibi in populus Domine.* Porro quod ad praesens propositum vel maxime servit, hoc est, quod scilicet Pater aeternus filium suum in tantum ad resurrectionem ordiendam invitet, in quantum aurea fuit psalterium & cythara. Unde S. Bonaventura dicit: *Christus est gloria Patris in Resurrectione; fuit tunc Psalterium & cythara in Passione: sicut enim in huiusmodi instrumentis chorda super lignum tenduntur, sic membra & nervi Christi super lignum Crucis; unde Ecclesia compatiendo cantat: Tensa laxa viscera. O quam dulces sonos, quos de chordis cordis reddidit haec cythara, dum Christus in cruce loquebatur.* Cantandum porro nobis est hodierna die factum illud & gaudiosum alleluja, concipiendique sunt jubili effectus, id tamē fieri debet super huius Cytharae & Psalterii chordis, id est, sine oblivione suae passionis.

4. Eminvero Redemptorem nostrum in manibus, pedibus, & lateri suo vulnerum suorum cicatrices retinuisse certum est; Veruntamen dubitare quis posset, an non haec in corpore quodam glorioso potius defectus, quam ornamenta censerentur debeant? Sunt, qui dicant non esse defectus, sed potius ornamentum quod-

dam corpori glorioso conciliare, id quod ostendunt similitudine scissuratum, quae in veste ex industria sunt, per illas enim aurea tela, subtus latens, pulchritudine emicat. Lucius Florus de Augusto in praelio vulnerato scribit: *Sanus manibus & pedibus speciosior sanguine.* S. Leo dicit, quod cicatrices has retinere voluerit ad sanandum infidelium cordium vulnera; prout in S. Thoma adimpletum fuisse cernimus, S. Hieronymus affirmat Christum eas retinuisse in signum amoris: *His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.* Doctor Angelicus id factum esse dicit: *Ut victoria sua triumphum circumferret, & dubios in fide firmaret.* Lyranus ait: *Ut per cicatrices remanentes ostenderet identitatem corporis numeralem prius pass.* S. Augustinus dicit: *Poterat figuras clavorum Dominus resurrectione sua componere; sed ideo reseravit, ut qui hoc sacrilegium commiserant, videant & confundantur.* S. Ambrosius inquit: *Deo Patri nostra libertatis pretia ostenderet.* S. Bonaventura meditatatur Christum manus & pedes clavis transfixos Apostolis suis ostendentem, dicere huiusmodi voluisse: *Si ad hanc immortale vitam in qua ego sum, venire vultis, exemplum dedi quanta pati debeatis.* B. Antonius Paduanus ad intentum loquitur, dum ait: *Ostendit eis manus & latera, ut sua Passionis signa cordibus nostris imprimeret; Insuper, inquit idem gloriosus Sanctus, ut sint nobis strati loco, ne videlicet illa, quantum est ex parte nostra, per nova peccata ei apertiamus & renovemus.* *Ostendit rogans, ut sibi compatiens clavis peccatorum iterum ipsum*

non crucifigamus,

Li. 4. c. 12.
Ser. 1. de
Asc.

Ser. 138. de
temp.

Ser. 2. de
translat.
S. Franc.

Ser. in Do-
min. 1. post
Pasch.



Ps. 6. 5.

Ser. 2. de
resur.

De gloria sepulchri Christi.

DISCVRSVS SEXTVS.

Et erit sepulchrum ejus gloriosum. Isaia cap. II. v. 10.

I. **E** Nimvero hocce Isaia Prophe-
tæ oraculum perfectè adim-
pletum esse, adeo est evidens,
ut probatione nequaquam indi-
geat, huic namque veritati
veneratio, qua quovis sæculo
ab omnibus mundi partibus,
glorificatur, clarum perhibet testimonium;
Gloriosum, id est, famosum & honorandum.
scribit Dionysius Carthusianus, *ex omnibus*
enim sinibus mundi visitatur à Christianis, &
cum summa devotione honoratur; Imò ipsi
met Turci in timore & veneratione est: quan-
tumvis enim adversus Religionem nostram
ingenti odio exarserint, illud tamen demoliti
nunquam præsumperunt, divinæ scilicet ju-
stitiæ supplicia formidantes; neque ausi sunt
ullam fidelibus, qui ad hujus sacri monu-
menti venerationem, per multos dies, regio-
nes illorum peregrinando perambulant, ullam
inferre molestiam vel injuriam. Gloriosum,
quia S. Helena Imperatrix in honorem ejus-
dem sepulchri sumptuosum templum quod-
dam erexit, in quo deinceps multi Reges Hie-
rosolymitani fuere sepulti, Gloriosum, propter
continua miracula, quæ per tot annorum cen-
turias eo in loco patrata fuere, qualia sunt, in-
signes peccatorum in peccatis habituatorum
conversiones, Energumenorum liberationes,
cunctaque alia stupenda miracula, quæ un-
quam ab omnipotentia Divina patrata fuisse
noscentur, adeo etiam ut vel terræ sepulchrum
ambientis pulvis avidè rapiatur, & in diversas
mundi partes veluti infinitæ æstimationis re-
liquia transportetur. Unde S. Gregorius Tu-
ronensis scribit, Terra ipsa insuper, qua Domi-
ni adjacet sepulchro, divinam quandam ex Do-
mini sepulchro proximè posito virtutum hau-
dit, ut meritò fideles illuc peregrinantes avidè

*De gloria
mart. c. 7.*

solerent ex ea accipere, quantum ad morbos cu-
ranctos, tum etiam ad Dæmones fugandos usi
consueverunt. De gloriosissimo hocce Mau-
solæo Lyranus ita scribit: Sepultura ejus fuit
venerabilis, quia in sepulchro novo lapideo, &
cum lintheaminibus & aromatibus pretio-
siss, ut habetur Ioan. 19. tum quia fideles per or-
bem ex stantes, etiam magni & nobiles vadunt
ad ejus sepulchrum honorandum. Gloriosum;
quia cœlestis quidam Paranympus de cœlo
descendens, super hujus ejusdem sepulchri la-
pidem, ostio monumenti incumbentem, con-
fidere dignatus est. Accedens vero vis lapidem,
& sedebat super eum. Dum sedet super lapidem,
inquit Paulus de Palatio, videtur expectare sa-
crum sepulchrum invisentes. Ut enim Ecclesia in
quibus martyrum reliquie sunt condite, viros
quosdam habent, qui peregrinis, ad reliquias
invendendas convenientibus, qualis sit quæque re-
liquia, referant; ita videbatur Angelus expe-
ctare, ut de Christi corpore ad monumentum
accedentes admoneret. Lucas Burgenfis, se-
pulchrum istud circumquaque Angelis refer-
tum fuisse dicit: Fuit monumentum illud, quod
Dominus sua tum morte tum vita consecravit,
honoris Domini causa plenum Angelis, ut non
sit mirum plures apparuisse; & postea quidem
rursus duos Magdalena soli sedentes unum ad
caput & alium ad pedes, ubi positum fuerat
corpus Iesu.

In Matth.

In Luc.

2. *Sepulchrum gloriosum:* Sepul-
chrum aliquod ideo gloriosum esse cen-
setur, quia præclaro aliquo exornatum est eidem in-
cifo Epitaphio, in quo communiter recen-
seri solent ejus, qui eodem sepulchro clau-
ditur, facta heroica, Inscriptio autem hujus
Epitaphii ab Angelo facta & hisce verbis con-
cepta fuit: *Surrexit, non est hic.* Et ab hoc
glorio-

gloriosa resurrectionis suae mysterio, omnia prodigiola vitae suae opera inclarescebant. Enimvero oculos vestros in Magnatum Mausoliza dirigit, sive hi Reges sint, vel Imperatores, vel Monarchae, aut Papae; in omnibus haec verba incisa invenietis: *Hic jacet*: At vero sepulchri Redemptoris nostri haec est singularis prerogativa, quod de eo dicitur: *Surrexit, non est hic*. De lapide sepulchri Christi dicitur: *Erat quippe magnus valde, cujus rationem Salmeron assignat* dicens: *Quia reddidit corpus vivum, quod susceperat mortuum, cum reliqua monumenta cada vera qua suscipiunt, cito consumere & in carcerare soleant, at hoc reddere vivum & gloriosum: erat enim magnus virtute, quia continebat corpus illius, cui par visus est caeli, strictum mare, & per angusta terra, & quem totus non capit orbis*. Severianus, seu potius Chrysologus notat hanc esse sepulchrorum proprietatem, quod mortuos suos devorent; quae tamen proprietates in hoc sepulchro locum non habuit:

Te, u tr. 9.

*Mutat hic ordo rerum, mortem non mortuum devorat hoc sepulchrum, domus mortis mansio fit vitalis; uteri non a forma mortuum concipit, parit vivum. Hoc etenim Christi sepulchrum ipsammet mortem devoravit. Unde Salvator dicere potest: O mors, ero mors tua. ubi est mors victoria tua? Potro Christus ad instar aliorum mori quidem videbatur, revera tamen potius somnus quidam fuit. Unde & Ambrosius verba illa: *Resloruit caro mea ponderans dicit: Non ait: Floruit, siquidem id adimpletum fuit, quando ab utero virginali exivit, resloruit autem, quando egressus est de sepulchro. Cum succiso per Iudaeos corporis flore redix. v. de sepulchro resurrectionis gloria germinavit. & in floris modum, odorem pariter & nitorem cunctis hominibus iramortalitatis efflavit odorem. Contra-tatet quidam super illum Isaiae textum. Et erit sepulchrum eius gloriosum ita scribit: Gloriosa praeter hac sepultura ista est, qua mortuum tenebat liberum (habeo clavos mortis & inferni mortuum tenebat vita principem, mortuum tenebat mortis everforem; destruxit enim inimicam mortem quia a morte se excitans victor surgit de funere, pede conculcans tartara. Sanctus quoque Athanasius ad recensendam huius monumenti gloriam, pennam seu calamum suum adhibuit, dicens, quod sic immortalitatis locus, officina Resurrectionis, dissolutio sepulchrorum, in quo mors definit esse mors, in quo fuit vita si non non habens. In hoc sepulchro reviviscit**

la cat D.
Th. in
Matth.
ser. 24.

Ser. 54.

Mich, de
Palat.

Mansit Sanctuarium Iovis

spes universalis nostrae Resurrectionis secundum carnem. Locus fuit immortalitatis, quia ibidem caro Christi resuscitatur impassibilis & immortalis, ipsaque mors vincitur atque profligatur.

3. *Sepulchrum gloriosum*. In Hebraeo, Graeco, nec non in versione Septuaginta ita legitur: *Et erit requies ejus honor sive gloria*; Quod id est est, ac si diceret, Resurrectionem suam a morte tam parum abfuisse, ut haec potius gloriae nomine appellari potuerit: Imo vero si quis consideret, corpus hoc Redemptoris in Resurrectione sua quatuor gloriosorum corporum dotibus vestitum fuisse, dicere quodammodo poterit, quod gloria haec per lapidem transiens, eumque penetrans, dum a corpore in sepulchro posita emittebatur, ipsi quoque lapidi hanc gloriam, quantum quidem illius capax erat, certo quodam modo participavit, atque ideo *Erit gloriosum*.

4. *Sepulchrum gloriosum*. Non desunt, qui sepulchrum hoc sacratissimo Mariae utero, Spiritus sancti sacrario comparate non dubitarunt. Verum iniquis quaequam ratione comparatio isthaec poterit subsistere: mimimum, quia sicut verbum caro factum in utero Mariae demoratum fuit novem mensibus, ita quoque verum est, quod in hoc monumento verbum, & Divinitas cum corpore moram traxit per continuum quadraginta horarum spatium, ac tandem anima quoque beata corpori unienda, ab inferis eo reversa est. Unde sepulchrum hoc & verbum aeternum, & animam Christi beatam, denique & corpus Christi glorificatum, quatuor gloriosorum corporum dotibus egregie adornatum in se continere & concludere meruit. Beata Virgo de se dicit: *Qui creavit me, requievit in tabernaculo meo*: Idem quoque dicere potuit sepulchrum. Unde Vatablus loco hujus lectionis: *Et erit sepulchrum eius gloriosum* legit: *Et erit requies ejus gloria, siquidem una cum ipso gloria ejus in sepulchro obdormivit*. Virgo, interveniente Angelica annuntiationis, verbum aeternum, operante Spiritu sancto, in sacratissimo utero suo concepit Similiter sepulchrum in se recepit Christum, habuitque in se & circum se ministros Angelos. Dionysius Carthusianus super illa verba *revel. Conc. 1. de vii lapidem*, dicit: *id est, amovit a monumento, resurrexit, novit Christo via egrediendi pateret, sed ut Christum resurrexisset, & sepulchrum vacuum esse monstraret, Christus quippe ante lapidis re-*

voluntatem de clauso surrexit sepulchro, quem-
admodum prodiit de clauso virginis utero. Imò
B. Thomas de Villa nova sepulchro aliqua sal-
acem ex parte præcellentiam attribuit, dicens:
De virginis utero mortalis exortus est Dominus;
de terra gremio hodie nascitur immortalis; ir-
go partus dolorem non sensit; terra hodie tan-
tum factum paritura contremuit. Anima in u-
tero Virginis jam beata existens unita est cor-
pori Christi, absque eo quod in illud quatuor
gloriosorum corporum dotes transfunderet: at
verò corpus Christi in sepulchro iisdem doti-
bus in summo gradu effulset; siquidem in primis
claritatem quandam habuit, quia mundum so-
le clarius illuminabat; subtilitatem quoque, per
quam sepulchri lapidem intus penetrabat; a-
gilitem, per quam instar fulguris cuiusdam,
ab uno polo ad alterum discurtebat; Denique
impassibilitatem, per quam nulli proxfus pas-
sioni subiacere poterat. Unde S. Augustinus ait:
Gloriosior est ista, quam illa Natiuitas, illa e-
nim corpus mortale genuit; hæc edidit immor-

Ser. 1. de
temp.

talitatem: post illam natiuitatem ad inferos descen-
dit; post hanc remeavit ad caelos. De ventre vir-
ginali scribitur: Beatus ventus. De hoc sepul-
chro: Gloriosum erit, siquidem verbum in illo
anima beata, & corpore per quatuor gloriosas
dotes beatificato gavifum fuit.

5. Sepulchrum gloriosum Antiquis in more
positum erat, intra sepulchri latebras thesau-
ros abscondere. Unde Job dicit: Effouent es the-
saurum gaudent, & vehementer cum inveni-
erit sepulchrum. Hoc sepulchrum verum quoddam
terarium seu gaza fuit, in quo is absconditur, in
quo sunt omnes thesauri sapientie & scientie
Dei. Hugo Cardinalis pulchrum ad sanctum
sepulchrum hoc accedendi modum nos edo-
cet, dum ait: Per monumentum significatur hic
corpus Dominicum, ad quod accedere nemo de-
bet, nisi una Sabbato, id est, habens pacem pecto-
ris & valde dilectulo, id est, discussis tenebris vi-
tiorum, & per lucem penitentie fugatus
portans aromata, id est, bona opera,
& bonam famam.

Job. 3. 22.

In Luc.



Quo modo Christus dici possit primus eorum, qui à mortuis resuscitati fuere. Considerantur etiam differentiae inter resurrectionem Christi & aliorum. Denique ostenditur cavendum esse, ne in peccata denuo reincidamus.

DISCURSUS SEPTIMVS.

Christus resurrexit à mortuis primitia dormientium. I. Cor. cap. 15.

Inter alia encomia, quae § Apostolus resurrectioni Redemptoris nostri attribuit, hoc unum fuit, quo illam nominat hoc nomine: *Primitia dormientium*. Quae quidem propositio prima facie aliquam in se difficultatem continere videtur; siquidem etiam ab Elia & Eliseo aliqui fuere à mortuis resuscitati; imò ipsemet Christus tres alios suscitavit. Quomodo igitur Apostolus ipsum primum fuisse asserere potest, qui à somno mortis fuerit resuscitatus? Audite igitur variorum sacrorum interpretum ad istam difficultatem responsiones. Lyranus dicit: *Non obstat, quòd aliqui ut Lazarus, & aliqui alii prius fuerunt resuscitati, quia illa resurrectio fuit ad vitam mortalem; propter quod postea sunt mortui, sed Christus primus resurrexit ad vitam immortalem, & fuit in corpore immortalis & glorioso*. Cajetanus in annotationibus ad summam sancti Thomae ita scribit: *Christus primò resurrexit resurrectione perfecta, quia primò venit ad vitam penitus immortalem*. Ac proinde sanctus Thomas hanc statuit conclusionem: *Christus perfecta resurrectione primus fuit, qui resurrexit à mortuis, cum non amplius, ut ceteri moriturus resurrexerit*. Ideoque hanc propositionem: *Resurrectio est resurrectio à morte*, in qua resurrectio consistit, distinguit; Dupliciter enim contingit, aliquem ereptum esse à morte. Primò, dum quis actualiter à fa-

cibus illius quocumque tandem modo liberatur, dummodo ad vitam redeat: *Ut scilicet aliquis vivere incipiat qualitercumque, postquam mortuus fuerat*, Secùdus verò modus nobilior est, fuitque in Christo specialissimus, dum scilicet quis liberatur non solùm à potestate mortis, verùm etiam à denuo moriendi aut patienda necessitate: *Ut aliquis liberetur non solùm à morte, sed à necessitate, & quod plus est, à possibilitate moriendi, & hac est vera & perfecta resurrectio*. Unde concludit: *Loquendo de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgentiù, quia resurgendo primus venit ad vitam penitus immortalem, secundùm illud Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis jam non moritur*. Legimus nonnullorum praesuisse resurrectiones, inquit S. Bernardus, aut magis certè suscitationes, sed istius praesentibus, quibus & duplici privilegio noscitur praeminere; nã ceteri quidem resurrexerunt mortui iterum morituri; Christus resurgens ex mortuis jam non moritur; mors illi ultra non dominabitur; illi mortui opus habent iterum resuscitari; Christus, quòd à mortuis est peccato, mortuus est semel, quòd autem vivit, vivit Deo, & vit in aeternitate. Meritò proinde resurgentiù primitia Christus, qui ita resurrexit, ut cadere non adjiciat, qui solus attrigit immortalitatem. Insuper addi potest, Christum in corpore glorioso, quatuor gloriosorum corporum dotibus conspicuo resuscitatum fuisse, id quod

ser. 1. de
resurr.

aliorum resuscitatorum nulli contigerat. Verum enimvero est & alia quædam prærogativa, quam sanctus Bernardus tetigit, & sanctus Thomas in particulari quodam Articulo pariter examinavit, dum quærit: *Utrum Christus fuerit causa sua resurrectionis? Et concludit pro parte ajente. Alii etenim, interveniente opera servorum Dei, fuere resuscitati, ideoque ad vitam propriâ virtute non redierunt, nec surrexerunt pro suo libitu: at verò Salvator à mortuis resuscitatus est: quando sibi pro suo arbitrio placuit & collibuit, & quidem à semetipso, prouti ipsemet aliâ declaraverat, dum Joannis capite 10. ait: Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Nihil est aliud resurgere, inquit sanctus Thomas, quàm iteratò animam sumere. Unde protinus hanc aliam conclusionem dececit: Christus secundum virtutem (sua Divinitatis causa fuit sua resurrectionis; secundum humanitatem verò fuit à Deo, & non propria virtute resuscitatus. Sanctus Bernardus eandem Resurrectionis Christi prærogativam recensuit, dicens: Est aliud, in quo Resurrectionis hujus innotescat gloria singularis; quis enim in omnibus ceteris resuscitatur aliquando semetipsum? ineffabile istud est, ut à morte se excitet ipse, qui dormit; singularare est, non est, qui faciat, non est usque ad unum. Enimvero olim templi prophanatores à loco sacro pepulisse noscitur, qua in re Filius Dei apertè declarabatur. Unde omnes eam, quam in hoc supplicio vel ejectione prodebat, potestatem & majestatem admirati, manifestum aliquod ab eo postulârunt sibi ab eo dari Divinitatis suæ signum. Eequod verò signum illis datum fuisse existimatis? Num fortè, quod pauculis panibus & piscibus quinque hominum millia satiârît? aut quod liberaverit eunuchos, paralyticos sanaverit, claudosque erexit? vel quod surdis auditum, sermonem mutis, lumen cæcis, vitamque defunctis restituerit? Aut verò terræ motum, qui in morte sua accidit vel latronis & centurionis liberam fidei & Divinitatis suæ confessionem, aut velum templi à summo usque deorsum dilaceratum illis pro divinitatis signo infallibili reliquit? Nequaquam, quin potius dixit: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud* Joann. 2. 19. Sanctus Joannes subjungit: *Ille autem dicebat de templo corporis sui. Illud enim, postquam per mortem sibi illatam destructum esset, sese ere-**

cturum promisit, prouti re ipsa præstitit, siquidem seipsum propria virtute resuscitavit. In quo præ cunctis aliis operibus illius omnipotentia & Divinitas ejus clarissimè eluxit. *Surrexit Dominus, non aliena, sed propria virtute* In Luc. (inquit Didacus Stella) *sicut dormientes, qui somno expleto surgunt, non alterius, sed sua sibi insidente virtute.*

2. Verum enimvero quemnam ex omnibus hæctenus dictis fructum salutiferum eliciemus? Salmeron ait; *Ad immortalæ vitam surrexit, quia amplius non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Ita qui Ægyptum semel deserit corde, ad illud non revertatur.* Profecto documentum hæc diebus Christianis opportunius vel magis salutare dari non poterat, quàm ut illis inculcicaretur, ut qui à morte peccati ad vitam gratiæ surrexerunt, in eandem denuo mortem reincidere sedulo caveant, in hac tam præcipua solemnitate, quid nobis commendetur (scribit sanctus Bernardus) sedula cogitatione pensemus; nempe Resurrectio, Transitus, & Transmigratio; Christus enim fratres non rediit hodie, sed surrexit; non rediit, sed transiit; transmigravit, non rediit, sed transiit, quod celebramus Pascha, transitus non reditus interpretatur; & Galilæa ubi videndus nobis promittitur, qui surrexit, non remeationem sonat sed transmigracionem. Quod si Christus, inquit sanctus hic Doctor, ad præcedentes hujus vitæ miseras rediisset, non diceretur transiisse, sed rediisset: verò quia transiit in novitatem vitæ, nos quoque in vitam ad transiitum, vocat in Galilæam, propterea siquidem quòd mortuus est peccato, mortuus est semel, quia quòd jam vivit, vivit non carni, sed Deo. Nos quoque in peccato mortui eramus, Christus autem hodierna die hanc nobis gratiam contulit, ut per penitentiam unâ cum ipso resuscitari valeamus. Non convenit omnino, ut denuo ad mortem redeamus, id est, reincidamus in peccatum; quia quòd mortuus est peccato, inquit A^o postolus, mortuus est semel, quòd autem vivit, vivit non carni, sed Deo. In hoc igitur ipse à nobis imitandus est, curandum scilicet, ut deinceps omnes Deo, non verò carni, & desiderii illius vivamus. De devotis illis Mariis, quæ dignæ erunt, quibus Christus resurgens præ cæteris primus appareret, dicit sacer textus: quòd tenuerunt pedes ejus. Ubi sanctus Thomas ait: *Vnde accedunt, tenent pedes,*
ado-

To. 11. tr. 1.

adorant, sic anima peccatoris non debet gratiam Dei accipere in vanum; Et hoc signatur, quia accesserunt. Psal. 33. Accedete ad eum & illuminamini. Item debent firmiter adharere. Et hoc signatur in hoc, quod tenuerunt pedes ejus.

3. Observandum est quoque, quod postquam S. Paulus dixisset: Christus resurrexit à mortuis primitia dormientium; protinus subjunxit: Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Fertur olim Romæ profundam quandam, valdeque formidabilem voraginem sponte propria patulam factam esse, adeo ut multi Infernum ibi se aperuisse existimarent, quidquid enim ad illam voraginem adimplendam & obturandam injiceretur, nihil tamen obtinebatur, sed omnis conatus quoad hoc casus erat & irritus, ac processu temporis voraginis istius officium eousque dilatatum fuit, ut omnes Romanos incolas ab eadem devorandos esse videretur. Consuluerunt autem Romani oraculum, à quo hoc retulerunt responsum: Necessarium videlicet esse, ut nonnemo Romanorum civium amore Patriæ conservandæ stimulatus, in eadem se voraginem præcipitem ageret, hoc enim pacto, & non aliter voraginem illam claudi & obturari posse. Curtius igitur Eques & Patritius Romanus armatus nobilem & generosum equum conscendens, voluntariam se victimam pro publica totius ur-

bis salute consecravit, & protinus vorago sæpedita contracta usquequaque margine sese clausit. Enimvero certum est, quod, priusquam Christus moreretur, dilatavit Infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino. Et quot cheu in voraginem illam miserè fuere præcipitati? sed enim postquam Christus descendit ad inferos, ac demum resurrexit, omnis spes nostra revixit, siquidem per ejus resurrectionem universalis quoque totius humani generis resurrectio decreta & stabilita fuit, Per hominem resurrectio mortuorum. Secundum magnam misericordiam suam, regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Unde Guericus Abbas ait: Quem occisum cor meum doluit, jam in eum vivum, non solum cor meum, sed & caro mea exultat, de sua scilicet per eum resurrectione & immortalitate secunda. Et hoc erat unicum Jobi solarium, dum inter medias putredines & vermes, qui ex ulceroso ipsius corpore sine numero scaturiebant, in sineto hæretet: Nescitis, inquit S. Paulus, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Cum igitur aunc caput nostrum resurrexeris, consequens est, ut nos quoque, qui fructus sumus, hæc primitias subsequentes, resurgamus. Unde S. Augustinus ait: Resurrexit Christus ut resurrecturum se non dubitet Christianus, quod enim præcessit in capite, sequetur in corpore.

I. Jo. 1. 14

I. Pet. 1. 30

Ser. 3. de resur.

I. Cor. 6. 15

Ser. 162. de temp.



Omni studio nobis curandum est, ut ad imitationem Christi resurgentis, nos quoque ita à peccato resuscitemur, ne aliquam in illud recidivam patiamur.

DISCURSVS OCTAVVS.

Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Ad Rom.

cap. 6. v. 9.

INter cætera argumenta, quibus S. Apostolus fideles exstimulare nititur, ut sibi caveant, ne de novo in pristina, & per penitentiam absoluta peccata reincidant, efficacissimum est, quod ab exemplo Resurrectionis Christi desumpsit, qui à morte ad vitam resuscitatus, ad moriendum denuo nunquam rediit. Unde Hugo Cardinalis ait: *Quasi dicat: debemus perfecte mori peccato, ut non redeamus ad istud, sicut & Christus non rediit ad vitam, ut iterum moreretur.* Nam propter jam à nobis contractos malos habitus, occasiones præsentaneas, suggestiones Diabolicas, malasque inclinationes in nobis etiamnum reliquas, nec non passionem in nobis tunc plus, quam alio tempore vigentes, in peccata pristina relabi facilissimum est; atque ideo operæ pretium, ut materia hæc utilissima de cavenda recidiva culpæ fidelium cordibus, præsentibus diebus festis quam efficacissime imprimatur.

2. Doctissimus Salmeron egregie observat, quod Salvator noster è monumento suo egrediens, illud non aperuerit, sed clausum reliquerit, & per subtilitatis dotem, lapidem, qui erat ad ostium monumenti, penetraverit. Postea verò ab Angelo monumentum apertum fuerit, siquidem is accedens revolvit lapidem. Quodnam verò nobis per hoc ipsum relinquatur documentum? Respondet idem Salmeron:

Quia ergo reliquit monumentum clausum, indicavit se amplius non moriturum, nec ad monumentum reversurum. Porro sepulchrum nostrum peccatum est, & perversi mores nostri. *Quis iste tumulus tuus, scribit S. Ambrosius, nisi mali mores? tumulus tuus verfidia est, sepulchrum tuum gut. ut est.* Quando igitur ex hoc sepulchro egredimur, curandum nobis est, ut illud clausum relinquamus, ac si nunquam ad illud reversuri essemus. S. Paulus in eodem capitulo ad resurrectionem spirituales, & peccati recidivam cavendam animare nos volens, hoc adducit motivum: *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus.* In hoc autem morti Christi similes erimus, si ita moriamur, ut ad iterata vice moriendum non revertamur: *Christus etiam jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.* Mox verò subjungit: *Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati; & ultra non serviamus peccato.* S. Augustinus in expositione Epistolæ ad Romanos: *Quid est, inquit sanctus, evacuare corpus peccati? ipse exposuit, ut ultra non serviamus peccato.* Quid nos dicimus, ita deplorat S. Bernardus, qui sacram Domini Resurrectionem Pascha privamus nomine, ut sit nobis in reditum magis quam in transitum. Dies præteritos per jejunium & penitentiam quadragesimalem transegimus, peccata nostra deplanxi-

Lib. in
Luc. 5. c. 7.

Tom. 4.

Ser. 1. de
resur.

mus,

Ecl. 31
100

Num. 19.

Lib. 9. re-
ij. ep. 29.

nis, & detestati sumus, morti quoque Redemptoris in septimana sancta compassi fuimus: Complacati sumus ei donno per baptismum quandam lachrymarum, poenitentia, Confessionis & ergo mortui sumus peccato, quomodo vi ventis adhuc in illo: si negligentias planximus, quid causa est, ut recidamus nunc in eadem? In Ecclesiastico scribitur: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lavatio eius? legitur in lib. Numerorum, quod qui cadaver aliquod tetigerat, immundus erat, ideoque opus habebat, ut aqua, quæ expiationis appellabatur, ablueretur: hæc autem lotio in cassum adhibetur, si ad idem cadaver de novo contingendum reversus fueris. Unde Interlinearis optime ad præfens propositum dicit: Qui baptizatur à mortuo, id est, fletibus, à peccato, & iterum tangit, rodens ad peccatum, quid proficit lavatio eius? quia non permanet emendatio illius. S. Gregorius hæc de re etiam ita scribit: Baptizatur ergo à mortuo, & iterum tangit mortuum, qui prava opera, quæ se meminit egisse, deploret: sed in eisdem se post lachrymas implicat. S. Paulus in eodem loco Baptismi meminit, & paulo post resurrectionis quoque mentionem facit. Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vite ambulemus. S. Thomas in commentario hujus textus dicit: Per baptismum homines sepeliuntur Christo, id est, conformantur sepultura ipsius: sicut enim ille, qui sepelitur, ponitur sub terra, ita ille, qui baptizatur, immergitur sub aqua: unde & in baptismo sic trina immersio, non solum propter fidem Trinitatis, sed etiam ad representandum triduum sepultura Christi: & inde est etiam, quod in Sabbato sancto baptismus solemniter in Ecclesia celebratur, quando commemoratur sepultura Christi. Argumentum verò, quod nobis hic ad propositum nostrum præfens faciendum est, hoc erit: Quod si simul cum Christo sepulti fuimus, & simul cum ipso resurgamus, nequaquam convenit, ut ad mortem denuo revertamur: Unde S. Thomas ait: Ille, qui Christo morienti commoritur, simul convivit & resurgenti: Christus autem sic resurrexit à mortuis, tanquam nunquam de cetero moriturus; ergo ille, qui mortificatus est peccato, sic Christo resurgenti convivit, quod habet facultatem

nunquam de cetero ad peccatum redeundi. Notum est omnibus celeberrimum illud, quod Deus noster ad utilitatem populi sui in mari rubro paravit miraculum, postquam celebrato Paschate manducaverat agnum, qui typus & figura fuit Paschæ illius, quo nos nutrimur, illiusque agni, qui tollit peccata mundi. Enimvero vidit hic populus mediante virga apertum Oceanum, per quem sicis pedibus ad terram pertransit promissionis, liber à Pharaonis tyrannide, omnibus Ægyptiis in eodem mari submersis & suffocatis. Mare illud crucentam Redemptoris passionem figuravit, quod per Virgam Mosaicam, Crucem Domini præfigurantem apertum fuit. Submersa autem sunt in eodem mari sanguinis Domini, una cum Tyranno infernali omnia peccata nostra, nobisque per desertum poenitentia aperta via fuit ad veram promissionis terram, id est, ad cælum. Audite interea, qualis fuerit S. Eucherii super hunc locum observatio: Aperuit, inquit, Deus inter aquas vias maris, & circumfusis deinde aquis tenuit illud, ut desertum experientibus patefaceret iter, clauderet reditum. In mari rubro passionis & meritorum Christi, aperta nobis est via ad gloriam, quæ est vera promissionis terra, si tamen prius transeverimus per desertum poenitentia. In hoc autem mari peccata nostra submersa fuere, cum hoc tamen pacto, ut nunquam deinceps revertemur in Ægyptum, nec gressibus nostris retrogredemur ad cucumeres & ollas caninum, hoc enim facientes, manifestum incurremus naufragii periculum. Unde Hugo Cardinalis super verba illa: Christum resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, dicit: Jam non ultra moritur per recidivationem quæ periculosior est, sicut infirmitas, quæ redit, postquam jam sanus factus est. Sannaui Salvator noster quondam Paralyticum illum, at verò dixit ei: Ecce sanus factus es, jam nolo amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Verum enim verò quodnam is, qui in Paralyti triginta octo annis permanerat, malum habere poterat paralyti deterius? S. Cyprianus ait: Sospitantis verba sunt, & docentis. morantis pariter & morientis; sospitantis id est, incolumem servantis. Vult namque eidem aliquod tam pro corpore, quam pro anima suggerere remedium præservativum, pro corpore quidem, ne denuo in pristinam recidi-

1st. 5. 24.

recidivaret infirmitatem, quia *stimulus mortis peccatum est*. Etenim major infirmitatum pars, ab offensis in Deum commissis derivari solent. Pro anima verò, ne mortem sibi æternam adscisceret, *Gravius comminatur*, inquit S. Cyprianus, *quod scilicet nulla sit venia ultra delinquere, postquam Dominum nosse cepisti*. S. Thomas ait: *Ne deterius tibi aliquid contingat, quis qui post beneficia recepta ad peccata prolabitur, gravioris supplicii reus efficitur propter ingratitude[m].* Horrenda est illa comminatio à regio oraculo nobis intimata, estque ad Christianos coercentes, ut in pristina peccata recidivi fiant admodum opportuna: *Inimici Domini mentiti sunt ei*. Quid autem in de sequitur? *Eterit tempus eorum in sacula*, quod idem est, inquit Lyranus, ac si diceret, *Eorum puniitio erit æterna*. Sed quæ ratione fieri potest, quod ob solum commissum mendacium, tam atrox infligatur supplicium? scitisne quomodo textus ille ad nostrum propositum intelligatur? multi equidem hisce diebus, ob habitam vel acceptam à peccatis absolutionem, Deo in proprio corde mentiti sunt, promiserunt enim, eieciuros se è domo sua proximam peccandi occasionem, remissuros injuriam, hanc & illam facturos restitutionem, cum tamen nullum haberent id ipsum adimplendi animum; aut verò si id in animo suo facere proposuerant, in hoc tamen proposito minimè constanter permanserunt, sed protinus ad eadem peccata provoluti sunt: hi igitur ad pœnam æternam condemnabuntur. Glossa interlinearis ait: *Mentiti sunt sibi, resumendo, quibus renuntiaverunt, & sunt novissima pejora prioribus.*

3. Nullus utique nostrum erit, qui in hoc

Resurrectionis gaudio non desideret potius cum Christo resurgente gustare tævum mellis, quam acetum, quod Christus in Cruce sibi oblatum bibere renavit. Quinam autem sunt illi, qui in hisce sacrosanctis diebus liquorem hunc fastidiosum ab ipso patiente Christo in patibulo Crucis repudiarum, bibere non detrectant? Nazaraeis olim in lege prohibitum fuit, ne acetum bibere præsumerent: *Acetum non bibant*. Quid autem hac prohibitione opus erat, cum latis magna de omnibus concipi posset præsumptio, eos illud etiam seclusa prohibitione nequaquam bibituros? Rabanus nobis egregie explicat prohibitionis istius morale mysterium, dum ait: *Acetum bibunt, qui post vitæ sanctitatem in vetustate præteritorum vitiorum labuntur, & corruptione veteris nequitia delebantur*. Salvator noster se nequaquam repudiavit, & tamen acetum bibere noluit, ad denotandum, uti quidem existimo, quantum illos abhorreas, qui post peccatorum remissorum pœnitentiam, in eadem de novo relabi nihil curant. Origenes ait: *Illud interitum occidit, ut non quidem permancat quis in peccato, sed cum deserit, rursus redeat ad vomitum* (quod idem est cum eo, quod hisce diebus in multis cogimur experiri) *& fiat infelicitissimus, ut post depulsum in se regnum peccati & mortis, & regnum vitæ & iustitiæ susceperit, iterum se dominationi peccati subternat & morsis: quæ sequuntur verba, longè majorem timorem incutiunt, quia dicit Origenes, quod, qui ita facile recidivant, magna se fidei perdendæ periculo exponant; Et ista sunt, quæ naufragia fidei appellat Apostolus,*

Lib. 5. in
c. 6. ad
Rom.

Explicantur Analogiæ, quæ esse debent inter Resurrectionem corporalem Christi, & nostram spiritualem resurrectionem, ut verè ad gratiam resurgamus.

DISCURSUS IX.

Sienim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrectionis erimus. *Ad Rom. cap. 6, v. 6.*



Uod si Apostolus nobis promittere non dubitavit, futurum esse, ut si morti & Passioni Christi conformemur, ejus quoque resurrectionem participaturi simus, me quoque confidenter promittere posse existimo, quod si Christum in sua fuerimus resurrectione imitati ejusdem quoque resurrectionis donis, gratiis & meritis fruituri simus, certoque futurum sit, ut Christi Resurrectio veram patris & spirituale, atque ad animatum nostrarum sanctificationem directam operatura sit resurrectionem. Infallibilis etenim & à Spiritu sancto dictata veritas est, quod *resurrexit propter justificationem nostram.* Optimè enim S. Augustinus scribit:

In Ench.

Quidquid gestum est in cruce Christi, in sepultura, in Resurrectione, in Ascensione in cælum, ita gestum est, ut his rebus non mysticè tantum dictis, sed etiam gestis configuratur vita Christiana, qua hic geritur; nam propter ejus crucem dictum est: Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs, propter sepulturam; consepulti enim sumus cum Christo per baptismum in mortem; propter resurrectionem, ut quæ admodum Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patri, ita & nos in novitate vita ambulemus. S. Bonaventura, in sermone quodam de hodierno festo ita scribit: *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel; resurrectio ista fit à morte culpa, debet autem fieri ad imitationem resurrectionis Christi.*

Ser. 6. de resurr.

2. *Ad imitationem.* Devotæ illæ mulieres, quæ post mortem & passionem Redemptoris ad sepulchrum dolentes contederunt, dignus se reddiderunt quibus Christus post resurrectionem gloriosus appareret, quæque pleno fuerentur gaudii Resurrectionis part-

Mansi Sanctuarij Tom. 1.

icipio, idque ex eo præcipuè capite, quia præcunctis aliis in ejus passione doluerunt. Hunc etiam dolorem nos habere debemus, si à morte peccati ad gratiam revera resurgere volumus. Enimvero Hugo Cardinalis S. Gregorium adducit, ita scribentem: *Mulieres sunt anima fideles, quæ debent offerre Domino tria unguenta, id est, odorem virtutum, opinionem bonorum operum, suavitatem sanctarum orationum.* S. Antonius de Padua observat, quod Dominus apparuit mulieribus redeuntibus à monumento; illis enim, qui redeunt à monumento, i. e. sua mortis miserabili egressu, ad considerandum suæ natiuitatis flebile ingressum apparuit Dominus. S. Bonaventura autem Monumenti ponderat Etymologiam, dum ait: *Monumentum dicitur, eo quod moveat mentem ad memoriam defuncti per monumentum ergo, quod est receptivum mortuorum, signatur memoria peccatorum, & status anima mortua in peccatis, ex qua recognitiõe debet anima penitens jugiter flere.* Ecce verum semetipsum resuscitandi modum, scilicet peccata nostra, etiã tempore vigentis alleluja, id est, tempore, quo remissa sunt, sine ulla remissione deflere.

In Marc.

Ser. in die pasce.

In c. 20. Ioan. col. la. 88.

3. *Ad imitationem.* Quodnam obsecro fuit illud tam eximium Magdalene privilegium, per quod non obstante, quod fuerit in civitate peccatrix, de qua Dominus septem Dæmonia eiecerat, prima tamen inter omnes Christum resurgentem videre, & ab eo visitari meruerit? Definite admirari, quin potius S. Joannem audire *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans, dum ergo fletet, inclinavit se, & prospexit in monumentum.* Circa quæ verba S. Antonius de Padua ait: *Nota fletet; in quo contritio: inclinavit, ecce confessio: prospexit, ecce satisfactio.* Valde quoque considerabile est in illo textu Joannis verbum illud *[stabat]* In quo denotatur in descendendo peccata, & continuanda penitentia stabili-

Ioan 20. 11.

V u l i t a s

litas & fortis perseverantia. Foris plorans. Quod si per sepulchrum, uti superius indicavimus, mali nostri mores, malique habitus, & prava peccandi consuetudines intelligantur, consequens est, quod ad hoc, ut illas cum utilitate animæ nostræ defleamus, atque ab animabus nostris radicitus excipemus, operæ pretium sit, ut illas foris extra sepulchrum, id est, procul ab omni occasione & ab omni peccati fomite depleamus. Paulus de Palatio similiter observat, quod à mortuis resurgens Salvator à devotis illis Mariis sese tangi permiserit; siquidem *tenuerunt pedes ejus*: Magdalena autem ne se tangeret prohibuit, dicens: *Noli me tangere*; observat autem Christum illi sui corporis contactum tunc præcipue prohibuisse, quando solus cum sola erat: *Noluit*, inquit, *Christus solus à sola Maria tangi, admonens, quam sint parum iusta virorum cum facinoris privata colloquia*. S. Thomas denique notat quod Evangelista sanctos Puerum & Joannem è sepulchro egressos fuisse dicat: *Exiit ergo Petrus & alius discipulus: qui enim scrutari vult mysteria Christi, debet exire quodammodo à se & à carnali consuetudine.*

4. Ad imitationem. Advertenda quoque est illa particula *verè*. *surrexit Dominus verè* Ipse Sathanas transfiguratur se in Angelum lucis; atque ideo Apostoli ambigabant, num forte Phantasma essent. Salméron inquit: *Resurrectio Domini vera fuit ac solida, non phantastica; ita nostra à peccatis resurrectio simulata ac fucata esse non debet*. Verum dices forsitan, è quonam indicio veram resurrectionem esse vel fuisse dignoscemus? *Vera erit, si præcedat in nobis terra motus contritionis magnus, demones exterrere peccantium custodes, præterea postquam dixisset, quod surrexit verè, protinus subdit: Et apparuit Simoni.* Unde idemmet Salméron colligit, hanc resurrectionem, seu potius peccatorem, per veram penitentiam resurgentem, presentandum esse Petro? *Hoc est, tanta sit vis penitentia, qua hominem ad sacerdotem perducas; à quo absolutionis recipiat beneficium.*

5. Ad imitationem Resurrectionis Iesu Christi. *Surrexit Christus citò ac maturè* (Est eiusdem Salméronis consideratio) *quia in aurora, diluculo, & valde mane indicans quam tempestivè debeamus iter virtutis aggradi.* Notat quoque S. Thomas Evangelii-

stam dixisse? *Exierunt citò de monumento* Notare, inquit, *quod dicit cito, quia de peccato est cito exendum.* Unde de Ecclesiastico scribitur: *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Omnes quidem S. Scripturæ prædictiones in hoc conspirabant, Christum scilicet per triduum commemoratum esse in sepulchro? in ò ipsemet de templo corporis sui dixit: *Post triduum excitabo illud* Et tamen vix in eo demoratus est quadraginta horis. Cujus hoc potest esse mysterium, quia sepulchrum denotabat quandam peccatis immerfam animam. Hæc autem in dirumpendis vinculis, quibus in culpa vincula detinetur, tardate nequaquam debet, sed omni mora posita ad gratiam resurgere. *Eius resurrectio* inquit S. Bonaventura) *fuit materialis: surgens Christus mano, sic tu non serò, sed mane resurge à peccatis.*

6. Ad imitationem. Idemmet Bonaventura observat, quod resurrectio Salvatoris fuerit integralis; unde *neque manum; neque pedem reliquit Christus in sepulchro.* imò post resurrectionem ostendit manus & pedes. sic tu à peccatis totus resurgas. *Qui ergo adhuc manus operum vel pedes affectuum mortuos habet? vel qui converti sinit sua bona, vel odium, vel aliud vitium non relinquit, nondum surrexit.* Deus enim nulli resuscitat, nisi integritate. Ita quoque constat, quod Spiritus sanctus super Apostolos descendens replevit totam domum, id est, omnes animæ & cordis nostri partes gratia replenda sunt, adeo, ut nec minimum peccato aditum indulgeant. *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*

7. Ad imitationem. Vt Christus coram discipulis manducavit (inquit Salméron) quo solidam suam resurrectionem ostenderet, ita qui verè iustificati sunt à peccato, debent pane verbi ac Sacramenti frequenter refici. Salvator ostendit duobus discipulis in Emaus abeuntibus se viæ comitem in itinere adiunxit, nec eum cognoverunt donec illos sacratissimo corpore suo pascere & communicare cepit. *Cognoverunt eum in fractione panis.* S. Augustinus de consensu Evangelistarum à Luca Burgenli citatus, ait: *id factum esse potissimum, ut nobis Eucharistia Sacramentum commendaret, quod oculi tantum animi, quam corporis omni in pedimero remoto aperiri queunt.* Ni-

Ecel. 3.

Serm. 6. de resurr.

Iac. 2. 10.

mirum docere nos voluit, tunc nos præcipue
continua in nobis gavisuros esse resurrectio-
ne sua, majusque nobis conciliaturos esse lu-
men ac Dei notitiam, si cœlestem hunc panem
crebrius frequentaverimus. Advertendum
quoque est quod in demonstrationem
& signum veræ resurrectionis suæ, non qua-
lemcunque concederet cibum, sed piscem
assum cum favo mellis: Nam ut Hugo Car-
dinalis ait: *Recte igitur post resurrectionem
comedit piscem assum & farum mellis, quia
illos corpori suo uniet in gloria, qui exterius
tribulantur, & interius gloriantur de ipsa
tribulatione quam pro Christo sustinent.*

In Luc.

8. *Ad imitationem resurrectionis.* Duo illi
discipuli in Emmaus abeuntes, jam quasi de
Christo, num verus Messias esset vel non, de-
sperate videbantur, eo quod ipsum non vi-
derent resurgere, prout futurum promi-
serat, ideo que sermo à Christo hisce verbis:
*O stulti & tardi cordis, fuerit reprobati, Et
tamen non obstante hæc ipsorum increduli-
tate, digni facti sunt, quibus benignissimus
Dominus se associaret, & illuminaret, prout
paulo ante diximus, quoniam igitur gratiam
hanc fuerit consecuti? Ipse Iesus appropinquans
ibat eum illis. Lucas Burgensis ad id respon-
dere videtur, dum ait: *Felix solatium, quo-
ties duo nil aliud confabulantur, nihil aliud
disquirunt, quam de Iesu, hic enim socium se
adjungit. Quod si enim Christi resurgentis
societate gaudere velimus, de ipso devotè ser-
mocinemur & colloquamur, si ve lectionem
aliquam spiritualem & sacram cum alio con-
feramus: Nonne cor nostrum ardens erat in
nobis, dum loqueretur nobis in via? Ignitum
eloquium tuum vehementer, & servus tuus
dilexit illud.**


In Luc.

Ps. 118.
140.

9. *Ad imitationem resurrectionis.* Christus
resurgens ex mortuis, jam non moritur. Igitur
surrexit, nunquam deinceps amplius mori-

turus. Qua de re S. Ambrosius sic loquitur:
*Baptismus itaque resurrectionis pignus est &
imago, ut jam in præceptis Christi manentes, ad
præterita denuo revolvamur; qui enim mori-
tur, jam non peccat; mors enim finis peccati est.*
Verum ut verba à nobis in principio propo-
sita, scilicet: *Si enim complantati sumus simi-
litudini mortis ejus, simul & resurrectionis
erimus,* melius declarat, item S. Doctor mox
subjungit: *Tunc nos feliciter dicit posse resurge-
re si similitudini mortis ejus fuerimus complan-
tati, id est, si in baptismo omnia vitia depo-
nentes in novam vitam tranalari de cate-
ro non peccemus, per quod simul & resurrecti-
onis illius similes erimus.*

10. *Ad imitationem resurrectionis:* Christus
non solus surrexit (inquit Salmeteron) sed cum
multis, quia multa corpora sanctorum, qui dor-
mierant, surrexerunt, ut unusquisque intelli-
gat, quam gratum & eximium præstet Deo sa-
crificium, qui ita à peccatis surgit, ut alios se-
cum suo exemplo pertrahat ad agendam pœnitentiam,
quos olim in delictis consortes habuit
Hoc tamen documentum cum tali cautela
intelligendum venit, ut nequaquam post-
quam à morte peccati ad vitam gratiæ relur-
reximus, cum ejuscemodi personis conver-
semur, quod novum nobis peccati incentivum
subministrare possunt, cum illis enim omnis
interdicta nobis est familiaritas, etiam illa,
quam quærere possemus sub prætextu eod-
dem nostro exemplo & salutari monitione
inducendi ad pœnitentiam, si quidem *lubri-
ca est illa spes, quæ inter fomētā peccati salvan-
ri se sperat, præterquam quod astutus ille &
tortuosus coluber, sæpe hominem sub præ-
textu boni, in maxima mala præ-
cipitem agat.*



Si in peccata per Pœnitentiam abolita relabi nolumus, fugiendæ omnes illorum
committendorum occasiones.

DISCURSUS X.

Vidit linteamina posita & sudarium,
quod fuerat super caput ejus.

Ioann. cap. 20. v. 6.



Apostolus & Evangelista Joannes, qui una cū S. Petro ad sepulchrum videndum abiit; expressè in Evangelio suo scribit, quod intra sepulchrum post resurrectionem, linteum cui corpus redemptoris involutum fuerat, una cum sudario, quod fuerat super caput ejus, remansisse viderit: *vidit linteamina posita*. Unde confestim dubium emergit, cur filius Dei, sapientia illa æterna, gloriosum corpus suum reassumens, prædicta linteamina, quibus in sepulchro involutus jacuerat, secum pariter & monumento non extulerit, per hoc namque veritas resurrectionis ejus & maximè identitas corporis sui magis eluxisset, si hoc eodem modo, quo sepultus fuerat, coram aliis apparuisset. Ad hoc quidem responderi potest, veritatem resurrectionis etiam hoc modo, quo de facto resurrexit, non minus admittendam & indubitatam esse, cum enim hæc linteamina centum illas pretiosissimi unguenti libras inbibent, eoque unguento copiosissimè delibuta sacratissimo corpori tenaciter adhæserint, imò pedum, manuum, & lateris vulnera penetrarint, ideo non vulgare in eo virtutem prodidit, quod hæc, se resurgente, post se in sepulchro reliquerit, cicatricum suarum vestigia in sacra illa syndone impressa relinquendo, quam veluti reliquiam & thesaurum inæstimabilem, toti Christianissimo relinquere volebat, ut quovis tempore si delibus solatio pariter & venerationi esset. Ad enim quia verissimum est, quod omnis

Christi actio ad nostram fuerit instructionem ordinata, ideo per hanc in sepulchro relictam syndonem utilissimum hoc nobis fortiter imprimere voluit documentum, quod quando à morte peccati ad gratiam spiritualiter resurgimus, omnia in sepulchro malæ consuetudinis à nobis usitata derelinquere, nihilque eorum, quibus in eo usi sumus, nobiscum asportare debeamus, omnia deferenda sunt, quæ sepulturæ tam infelici deservierunt, id est, quidquid fuit offendiculum, aut fomentum & occasio peccati; imò si possibile est, curandum est, ut à nobis omnis aboleatur memoria illius, quod nobis ad lapsum stimulus fuit. S. Anselmus super illa verba: *Et conscientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est*, ita scribit: *Quoniam in illa morte Domini, peccati nostri figura pependit, Christus enim, qui vixerat vetus homo secundum pœnam, id est, famem sitim, & hujusmodi, hoc modo vetustatem, id est, nostra mortalitatis infirmitatè finiuit & deposuit, ut de lorè crucis sustineret sic haberet membra distenta & desinxa, ut à priores actus moveri nō possent, à quibus etiam sepultus quievit humanis aspectibus subit actus*. Demum verò idem S. Anselmus pergit demonstrare, quodnam fuerit illud utilissimum documentum, quod per hoc nobis tradere voluit: *Exigens inquit, à nobis, ut vetustatem peccatorum cum dolore pœnitentiæ deponamus, & membra nostra per continentiam sint confixa, ne ad priora redeamus; à quibus ita perfectè quiescamus, ut nec eorum visio nec memoria habeatur*. Unde juxta utilissimam hanc sancti Anselmi doctrinam, ne quidem respiciendum nobis est obje-

Rom. 6. 6

ctus

Sermo. I.
de resurr.

Etiam illud, quod nobis lapsus occasio fuit, omnique deponenda est suspecta corresponsionis & familiaritatis, aut illicitarum voluptatum memoria. *Et si iam ista complevimus, tunc verè vetus homo noster simul cum Christo Cruci fixus est.* Tunc pro certo nos cū eo resurget ille, credere possumus, teste Apostolo, qui ait: *Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.* S. Bernardus infallibile quoddam signum tradit, è quo cognoscere possumus, nos hodie veraciter confessos & contritos fuisse, dum ait. *Sit vera compunctionis indicium oportunitatis fuga, subtractio occasionis, alioquin timendum valde, ne dies ista (siquidè & ipsa posita est in ruinam & resurrectionem multorum in Israel) reprobet vos, vel tanquam alienos manifestè à Christo nō communicātes, vel tanquā socios Iude. in quē intravit Sathanas post buccellam.* Ecclesiasticus caput suum 21. exorditur à verbis illis, quibus nobis, quihiscie diebus in Confessione nostra bonis nō propofitis adversus futura peccata communivimus, nihil à nobis audiri aut dici potest utilius, aut opportunius, videlicet: *Fili peccasti? Non adicias iterū, sed de pristinis deprecare, ut dimittatur tibi.* Tametsi enim peccatorum nostrorum remissionem obtinuerimus, per absolutionem Sacramentalem, quoad culpam, remanet tamen in nobis reatus aliquis quoad pœnam temporalem. Atque ideo bene notandum nobis est, quod subjungit præservativum nostrum, dum ait. *Quasi à facie colubri fuge peccata, & si accesseris ad ea suscipies te.* Quā dicere velle, quod si ad peccata hæctenus confessi denuo reaccesseris, id est, si ad easdem conversationes, in quibus hæctenus periclitati fuimus, ad eorundem obscenorum librorum, qui tam fortia concupiscentiæ addiderunt calcaria, lecturam, ad pristinam cum tali lubrica & lasciva muliere familiaritatem, fuerimus reversi, infallibiliter de novo iterum relabemur. Verum dices. fortasse, quænam est illa peccati & serpentis inter se mutua similitudo? Nunquid sapiens maiorem incussisset timorem dicendo: *Quasi à facie leonis fuge peccata?* Vel etiam si quavis aliam non minus horribilem feram nominasset: Considerandum igitur est, quod Leo aliaque similia animalia, quantumvis sint terrificata, nihilominus quam diu minora sunt, & in conditione catulorum existunt,

nullum incutiunt pavorem, quinimo nonnunquam cicurantur: serpens verò non item, hic enim quantumvis modicus sit, semper terret, & horrorem homini incutit, siquidem nec tunc illis venenum deest. Eodem prorsus modo peccatum, quantumvis id sit parvum, suam tamen semper habet adiutam malitiā, *Tu ne leve dixeris, in quo Deus offenditur.* Atque idè istud pro vobis nobis semper fugiendum erit, idque tanto magis, quanto est certius, quod *ex parvis maxima sunt negligentia nostra.* At verò notanda insuper est alia in serpente conditio. Postquam enim serpens lethalem homini ictum intulit, membra illa quibus mordacem dentem suum infixit, per aliquod temporis spatium, haut secus ac si viva etiamnum essent, saliunt, eò quod aliquis etiamnum illis calor insit, qui talem in illis motum causat. Dicit igitur Ecclesiasticus. *Quasi colubrum fuge peccatum,* id est, considera, quod licet nonnunquam mediante bona & sincera confessione, serpenti peccati necem intulerit, nihilominus etiamnum vivat in te plus quam abtea fomes concupiscentiæ tuæ, sanguis adhuc ebulliat, tentationes te stimulent, mali habitus nondum sint totaliter repressi, etiamnum vivat inclinatio illa mala & inveterata, plusquam alias ad repetendam lubricam illam domum inciteris, voluptates præteritæ adhuc suas in memoria spectatæ reliquas habeant, sodales tui facili negotio te pervertere possunt, ac proinde ad quamvis minimam occasionem tibi obviam facillimè relabi possit, atque ideo iterum iterum que tibi suadeo, ut à peccato haud secus ac à facie serpentis fugias, nec nimium in eo confidas aut præsumas, quod confessio ne mediante peccatum necaveris, quin potius opus est, ut omnem quoque occasionem omne offendiculum vel incitamentum studiosè caveas, siquidem malæ inclinationes semper in nobis vivæ perseverant. Tam elapsum ferè est triduum, a quo S. Petrus Dominum & magistrum suum in conspectu aulicorum & servorum Pontificis turpiter adeo negavit & pernegavit; & tamen benignissimus Salvator respexit Petrum, qui & ipse protinus flevisse amare. Advertendum est autem, quod sacer textus huic pœnitentiæ S. Petri considerabilem quandam adjicit circumstantiam, dicit enim: *Egressus foras flevisse amare.* Videri haud

immeritò non nemini posset, convenientius Petrum facturum fuisse, si in præsentia eorundem ministrorum Pontificis, quos scandalizaverat, factam negationem retractasset. commissumque errorem ipsis cernentibus deplorasset? Nonne? Fatendum quidem est id verum esse, nisi documentum, quod S. Petrus cunctis pœnitentibus, tanquam exemplar respicientium peccatorum relinquere debebat, longè magis præponderasset? Hoc autem in eo præcipue consistebat, quod si forte peccator aliquis in peccatum aliquod ex humana fragilitate elapsus fuisset, is talis postquam resipuit, & de commissio errore pœnitentiam agit, ad locum commissi delicti amplius non revertatur, cum lasciva illa muliere non amplius tractet, quia secus faciens, non solum nō pœnitebit, verum etiam manifesto se exponet in nova peccata relabendi periculo S. Chrysologus periculum occasionum verbo quodam valde emphatico, nobis depingit, dum illas vocat: *Fumantes occasiones*. Quando enim candelæ alicui extinctæ non tamen totaliter, sed ita ut etiamnum fumiget, ex superiori parte directè in evaporante in fumum, licet non ita proximè, admoveatur ardens aliquod lumen, subito reaccenditur, ignemque quantumvis à se nonnihil distat em de novo concipit. Eodem prorsus modo experientia constat, quod tamen si ignis ille voluptatis sensualis, vel appetitus vindicativi, per viam confessionis extinctus sit, nihilominus aspectus talis pravi objecti, illius pessimæ occasionis, periculosæ familiaritatis peccatori de novo præsentatus fuerit, nihil æquè facile erit, quam quod per viam malæ inclinationis & mali habitus, illius, qui in ipso reliquus mansit, in idem peccatum denuo relapsurus. Unicum duntaxat verbum, unicus gestus unicus obitus, nuntius aliquis, vel litera, aut quodvis minimum ab hætenus grata manu missum munus sufficere, ut rursum malæ & perniciosæ familiaritatis filium denuo resarciat. S. Augustinus de familiaritate foeminarum, exemplum adducit sapientissimi Salomonis, qui, quod factus esset lubricæ sensualitatis mancipium, lapsus est turpiter in idololatriam. Unde sanctus hic Doctor dicit: *Salomon. Trin. c. 17* *mō vos admonet dicens: Nūquid alligabit quis ignem in sinu suo? qui familiaritatem non vult*

vitare suspectam eisdē labitur in ruinam. Idē quoque alibi similitudinem adducit febricitantis alicujus, qui tamen si febris eum deseruerit, cautus tamen esse debet in observanda ratione victus, donec ex integro convalescat, vel hominis alicuius periculose vulnerati, cui licet è vulnere ferrum extractum sit, per hoc tamen nondum omne periculum evasit, sed continuè etiamnum curā opus habet. Sic Sacramentalem confessionem ferrum è vulnere sublatum fuerit, peccati que mortalis febris jam cesset, veruntamen etiamnum viva remanet antiqua peccandi consuetudo, nondum extincta est perversa illa inclinatio, ac proinde occasio obvia suggestio, sua non carebit in te infestando vehementia, ideoque tam interiori, quam exteriori mortificatione opus semper erit. Paupericuli illi Prophetarum filii, Elisco tanquam Patri suo Spirituali & directori dolenter lamentabantur, dicentes: *Eccē habitatio civitatis hujus optima est, sicut tu ipse Domine perspicias, sed aqua pessima sunt.* Idem quoque nos lamentari posse videmur: Confessio Sacramentalis, quam fecimus bona quidem est, suaque habuit debitas dispositiones & circumstantias, *sed aqua pessima sunt.* Mali habitus ad incitandum in peccata pristina solitò vehementiores post Confessionem existunt, si quidem hætenus *bibimus sicut aquam iniquitatem.* Quid igitur hic remediū? Audite quid sanctus vir Dei fecerit: *Hec dicit Dominus: sanas vias quas has, & non erit ultra in eis mors.* Sed quā ratione aquis restituta est sanitas? *Egressus ad fontem aquarum, misit in illum Sal.* Sed quoniam modo aquæ ex sale dulcescere poterant? Nimitum voluit ut sciremus (nam *omnia in figura contingebant*, & ideo ad postremoque eruditionem & doctrinā virtutē mortificationis, utpote quæ sola omnes nostros malos habitus, pravaque inclinationes nostras extirpare valet; hæc enim in nobis superstites peccatorum reliquias extinguere nosque continentes servare poterit, si nimirum nos illa recreatione cæteroquin honesta privaverimus; si a prava nos societate subduxerimus, bonamque servaverimus sensum nostrorum custodiam, super omnia verò omne illud declinaverimus, quod nobis vel minimam relapsus in peccata pristina

4. Reg. 2.
19.

conci.

Coll 2o
cap. 10.

conciliare poterit umbram. Unde considerabilis est illa Cassiani propositio: dicens: *Vt unumquodque peccatum possit extinguere, cau-*

sa atque occasio, per quam vel ob quam est admissum, debet primitus amputari.

Ad gratiam & Spiritum, quem Deus nobis in hoc Paschate communicat, recipiendum & conservandum, sensuum custodia magno nobis subsidio esse poterit.

DISCURSUS XI.

Cum fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati, propter metum Judæorum, venit JESUS & stetit in medio eorum, & dixit eis Pax vobis: *Ioan. cap. 20.*



O demmet Dominicæ resurrectionis die, Christus mortis triumphator, Apostolos, circa crepusculum vespertinum, sua apparitione honoravit, eosque non solum per gloriosam præsentiam suam, verum etiam per suavissimum quod illis attulit, nuntium, consolatus est & lætificavit: *Garvisi sunt ergo discipuli viso Domino.* Valde autem notandum est, quod S. Joannes Evangelista dicit: *Cum fores essent clausæ.* Ingressus igitur est ad eos, licet fores undique clausæ essent. Theophilactus proinde ait: *Ostiis vero clausis, ut ostendat, quia eodem modo resurrexit, adiacente lapide super monumentum; ad veritatem & virtutem gloriosi Corporis sui manifestandam; inter cæteras namque resuscitatorum Corporum gloriosas dotes, una est subtilitas, per quam durissima licet marmora, & metalla quantumvis densissima penetrare valent.* Doctor autem Angelicus doctrinam quandam moralem exinde elicit, dicens: *Mythicè autem per hoc datur intelligi, quod Christus nobis appareret, quando fores, id est, sensus exteriores sunt clausi.* S. Antonius de Padua dicit: *Ianus clausus, janua quinque sensuum à vanitate clauduntur.* Etenim Deus, noster in hisce resurrectionis suæ festivis gaudiis, eos

specialissimè visitat, qui accuratam tenent sensuum suorum custodiam, qui à sæculari & vano commercio sese sequestrant, qui à periculis & peccandi occasionibus sibi caventes, solitarios recessus diligunt. Erga illos abundantem & liberalissimum gratiarum suarum dispensatorem se exhibet, eandemque munificentiam erga illos exerceat, qui, Apostolorum exemplo, ipsum præstantur. ad ipsum suspitant, illum sollicitè requirunt, cum hoc tamen pacto, ut janua ipsorum clausæ sint, id est, accuratam teneant sensuum suorum custodiam. Vultisne scire quantis beneficiis Christus Apostolos post clausas januas delitescentes affecerit? Audite. Mentis eorum propter Passionem cœlestis Magistri sui mœstas atque dolentes reseneravit, se illis quovis sole luminosiores & splendidiores exhibendo. *Garvisi sunt ergo discipuli viso Domino.* Deinde perfectam illis pacem annuntiavit: *Dixit eis: Pax vobis.* Opulentissimum humanitatis suæ ararium & Gazam, è qua inestimabilem pretiosissimi sanguinis sui thesaurum effuderat, eisdem appetuit & reseravit: *Ostendit eis manus clausas.* Peccata remittendi potestatem illis contulit: *Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Atque insuper dona & gratias sanctissimi Spiritus (licet

In die
Pasch.

cet non tam copiose, ut factum est in Pen-
thecoste) millenaque alia bona cœlestia eis
tribuit. Ecce quot bonis Apostoli, in hac sua
sancta solitudine & secreto recessu, locupletati
fuerint.

z. *Mysticè per hoc datur intelligi &c.* Dimissa
sunt nobis hæc diebus (Deo sunt infinitæ
laudes) peccata nostra: sacratissimo Salva-
toris nostri corpore nutriti sumus, vix tri-
dium abiit, à quo pretioso ejus sanguine re-
dempti sumus? Dei magnum lumen atque
notitiam nobis comparavimus, culpas &
iniquitates nostras detestati, ardua vitæ me-
lioris proposita in corde nostro seridè conce-
pimus. Nunc igitur summa rerum in eo con-
sistit, ut in conciliata nobis gratia & amici-
tia Dei conservemur & persistamus. Et qui-
dem ad hoc obtinendum nullum est effica-
cius medium, quam assidua sensuum nostro-
rum custodia, omniumque occasionum pe-
riculorumque recidivandi serena evitatio &
fuga. Unde huic nostro proposito egregiam
quandam S. Ambrosii doctrinam adaptare
possumus. Dicit igitur sanctus hic Doctor,
quod nam in eo latet mysterium, quod Deus
noster, postquam in teum hoc corpus nostrum
in Canopo Damasceno plasmasset, volens ad
illud vivificandum animam eidem infunde-
re, illud aspiraverit, orisque halitum, quasi
faciei eius insufflaverit? *Inspiravit in faciem
ejus speculum vitæ. Et factus est homo in api-
mam viventem.* Mysterium inspirationis hu-
jus fuit, quia in vultu nostro omnes sensus
nostri simul congregantur reducuntur: *Ibi
sedes illicebra delectationis, in oculis, auribus
naribus, & ore, ut Jesus nostros adversus dele-
ctationes faceret forsiores, & eos sanctificaret.
ne aliquod Prophetañ aut falsum in animam de-
ferrent* Idemmet creator ac demum Redemp-
tor noster mysterium istud in persona Apo-
stolorum suorum, hodierna die, ad instru-
ctionem & profectum nostrum renovavit:
*In sufflavit in eos dicens: accipite spiritum san-
ctum: quorum remisistis peccata remittuntur
eis.* In linguam namque nobis voluit, nos spe-
cialiter pro sensuum nostrorum custodia Spi-
ritui sancto ejusque gratia & assistentia sum-
me indigere; si enim sensus nostri bene cu-
stoditi & sanctificati fuerint, tunc pec-
catorum nostrorum remissionem stabilem futu-
ram esse sperare poterimus: *Cum fortis arma-
tus custodit atrium suum, in pace sunt ea, qua*

possidet. Hæc autem custodia est solitudo, se-
cretus ab hominibus aliis recessus, fuga occa-
sionum, assiduaque linguæ aurium & oculo-
rum cautela atque custodia. *Cum fores essent
clausa, venit Jesus.* Salvator & salus nostra
tunc præcipue in animas nostras descendit,
quando omnibus aliis præterquam Deo fo-
res recluduntur. Unde S. Antonius Padua-
nus ait: *Fores sunt quinque sese corporis, quos
claudere debemus seris divini amoris. Et rimeris
ne contingat nobis, quod dicit Apostolus; scio
quod post discessum meum intrabunt ad vos lupi
rapaces non parcentes gregi.* Quod si verò ad
eorundem sodalium, qui nos seducere con-
sueverunt, familiaritatem revertamur, si ludos
& conversationes pristinas denuo repeta-
mus, nil aliud præterquam recidivæ pericu-
lum inde reportabimus. S. Augustinus in-
quit: *Minus voluptatibus stimulat, qui non
est ubi frequentia voluptatum.* Quot igitur
minus se à voluptatibus & delictis vitæ supe-
rioris stimulati sentiet, qui illas personas, &
loca studiosè fugerit, ubi vel maximè peri-
clitari consuevit? In libro Geneseos prælium
quoddam, quo inter novem Reges acriter
dimicatum fuit, recensetur; Quorum Regum
quinque qui viribus majores & robustiores
erant, ab aliis quatuor debilioribus & infir-
mioribus devicti & prostrati fuerunt; cu-
jus sacra Scriptura hanc nobis rationem red-
dit; Quia nimirum vallis, in qua dimicaba-
tur, luto plena erat, ac proinde egui in eadem
valle gubernari minime poterant. Est hæc
serpentis infernalis mera astutia. Probe nam-
que scit, multos esse satis animosos & fortes,
ut insultibus suis resistere possint, jamque de-
facto fortissima sibi formasse deinceps in
peccata non recidivandi proposita. Quid hic
faciat, ut tales superare, suæque Tyrannidi
subjicere possit? Loci opportunitate utitur,
hæcque ratione efficit, ut cuncta nostra pro-
posita languescant & irrita fiant: curat enim,
ut sub bono aliquo prætextu in illam nos de-
nuo recipiamus conversationem, aut domum
illam iterum ingrediamur; aut verò illa supe-
rioris vitæ illecebrosa objecta nobis vicissim
ob oculos ponit, vel denique eadem pedibus
nostris offendicula interjicit, sicque fit, ut
quo nos securiores esse credebamus, tanto si-
mus lapsui propinquiore. Unde Salmeron
super illa verba: *Ianuis clausis venit Jesus,* in
scribit: *Si perpetuò mansisset cum Apostolis cre-*

Epi. ad
Sabi.

Gen. 2.7.

Luc. II.
21.

De sin-
gul. deris

Gen. 14.

Tom. II.
11. 27.
ditus

ditus fuisset ad vitam mortalem suscitatus, ut Lazarus: quæ re docuit eos, qui spiritualiter à morte culpa sũt suscitati, ut passim ac promiscue cum aliis peccato mortuis cõversari non debeant, sed cum iustus Spiritualem gratia Dei vitam degentibus, ut Christus cum Apostolis & discipulis; unde Angelus mulieres reprehendit Quid queritis viventem cum mortuis? Dida- cu Stella etiam optimè declarat, quinã sint illi, qui Christum resuscitatum inter mortuos querunt, dum ait: Hoc faciunt, qui cum boni sint, participes sunt cum malis, quibus quidem potest dici illud Evangelicis: sine mortuis speli- ro mortuos suos. In Levitico Deus modum præscripsit in sacrificiis pro peccatis offerendis observandum præcepit autem, ut quoad usque morarentur in deserto, & ad terram promissionis procederent, pellem & alias carnes una cum capite, pedibus, intestinis & aliis excrementis foras deportarentur extra castra, in locum quemdam mundum procul dissitum. Idque ut denotaret, ut inquit Lyranus. Quia peccator debet esse elõgatus, de cetero non solũ à peccato sed etiam ab occasionibus eius. Ex- ulti- matis fac enim quod, postquã aliquis de missis peccatis suis egit pœnitentiam, recepit- que ab solutione Sacramentali, se per firmum non peccandi propositum, Deo se in sacrificium obtulit, id totum & solum ad eius salutem assecurandam sufficiat; Neutiquam si practicè loquamur, si quidem insuper opus est, ut recedat à periculis, deferatque occasio- nes & incentiva peccandi, ad hoc ut peccata paulò ante pœnitentia, constans & stabilis evadat. Davidi hac in re, utpote expetto cre- dendum est, qui post tot in continua inno- centia transactos annos, tandem ab inimico infernali seductus fuit. *Pericula inferni* (ita lamentãdo loquitur) *invenierunt me. Non ego es*, inquit per oseiusdem regii Prophetæ, Hugo Cardinalis. Qui mox subjungit. *Reprobi inveniunt ista pericula, quia querunt occasiones peccati.* Ad hoc que pericula, quæ nos in infernum usque præcipitant, sunt peccandi occa- siones. David de seipso dicit, se quidem Deũ offendendi occasiones nunquam ex indu- stria quæsiisse, ipsæ tamen peccandi occa- siones quærebant, & conlectabantur ipsum. Quot inveniuntur timorætæ conscientie homines, qui sibi metipsis sumã cõ circum- spectione cavent, & tamen dum egredi coguntur, in objecta, quædam incidunt, quæ,

Mansi Sanctuarii Tom. I.

nisi sensus suos cautissimè custodiant, in gra- vissimas peccandi tentationes vehementissi- mè eisdem mallicunt. David die quadam post meridiem, solarium palatii sui obambulan- do, vidit nefcio quid: *Accidit, ut surgeret Da- vid de stratu suo post meridiem, & deambularet in solarium domus regia, viditque mulierem ia- vantem se.* Ipse tamen hic præcipitiũ suum data opera non quæsiivit, sed tamen obsec- rum quoddam valdeque illecebrosum obje- ctum, oculis ejus non satis cautè custoditis, casualiter occurrit. Quousque autem cor ejus in incendio concupiscentie erga vitam à se mulierem exarserit, id ipsum, Davide quoque invito, scandalosa illa Dei oblivio fatebitur, in qua deinceps tanto tempore per se veravit. Parum aberat, quod factus fuisset miserabilis præda inferni, nisi divina bo- nitas tanta cum efficacia ei porrexisset dex- ram auxiliatricem; unde dicit: *Nisi quia Do- minus adiuvit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea.* Tandẽ verò superioris vio- tæ pertractus, ac seridè respiscens, generosam hanc sibi ad nostram instructionem, resolu- tionem statuit, sese non solum elongandi ab omni peccato; verum etiam omnem eius de- clinandi occasionem atque periculum: *Ab omni via mala prohibuit pedes meos, ut custo- diam verba tua.* Ubi S. Hilarus ait: *Perfecta hæc & Evangelici viri vox est, ab omni se mali- tia via abstinere, & tot ubiq; occurrentib; er- roris semitis, nulla earum, per quam nequitia adeatur incedere.* Notentur illa verba: *Nulla earum.* Quia si hic vel ille tuus sit inimicus, cui te magnopere obligatum esse ceuses, ac proinde justum esse putes, ut te erga illum gratum exhibeas, & tamen idem ille amicus tuus ex altera parte, Deum offendendi occa- sionem tibi præbet; procul tibi ab illo recedẽdum est: *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abste.* Nolo hic suadere, ut corporalem tibi oculum eruas, bene tamen illum tuum amicum vel amicam, quam veluti oculorum tuorum pupillam amore pro- sequeris, deferendum esse consulo, si hic vel hæc tibi scandalo esse possit: cujus sacra Scriptura pulchram rationem reddit dicens: *Bonum tibi est, cum uno oculo in vitam in- trare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis.*

X x

Chri.

In Luc.

Levit. 4.
12.

2. Reg. 17.

Pf. 91. 75

Pf. 118.
101.

Pf. 114. 3.

Matt. 18.
9. 7.

Christus per resurrectionem suam docet nos, qualiter mores nostros renovare, extirpare vitia, & vitam nostram reformare debeamus.

DISCURSUS XII.

Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. *Ad Rom. cap. 6. v. 4.*



• Joānes Chrysostomus consequentiam, quam Apostolus ex hisce præmissis elicit considerans, ita scribit: *Resurrectio, qua nobis futura est, proposita aliam à nobis resurrectionem postulat.*

Qualis autem hæc, quæ à nobis exigitur, reformatio esse debeat, mox declarat, dum ait: *Nempe novum vitæ presentis genus atq; institutum à morum institutione factum; nam ubi scortator fit castus, ubi avarus misericors, ubi asper mansuetus, & hic quoq; existit resurrectio.* Benedictus Deus, quia in totius anni decursu, in omnia à sancta Matre Ecclesia celebratis festivitatibus, nulla est omnino, in qua major videatur morum & vitæ mutatio & reformatio, quam in hac festivitate Paschali. Unde S. Thomas ait: *Infert consequens, quod non debeamus vivere in peccato.* Pro cuius probatione similitudinem adducit resurrectionis Christi: *Ut quomodo Christus surrexit à mortuis, ita & nos in novitate vitæ ambulemus, id est, per bona opera vitæ procedamus.* Debemus in bonitate ambulare, scilicet desistendo à peccato. Hic enim unus fuit ex finibus magis præcipuis, ob quos Salvator noster è glorioso sepulchro suo resurrexit, ut nimirum nos quoq; spiritualiter resurgamus, & quidem sicut ipse ad vitam resurrexit impassibilem & immortalem, ita quoq; nos resurgamus ad vitam novam. S. Ambrosius super hunc textum Apostoli in themate adductum, ita scribit: *Securitatem aternitatis in resurrectione Salvatoris ostendit* (nimirum Apostolus) *ad quam venire contingit, si melioris vitæ fuerit emulatio.* Idem quoque Apostolus ait: *Si consurrexistis cum Christo, qua sursum sunt quarite, ubi Christus est in dexte-*

ra Dei sedens, qua sursum sunt sapite, non qua super terram Paulo post, clara indicia, ex quibus nos cum Christo resuscitados esse, cognoscere possumus, subiungit: *Mortificate ergo membra vestra, que sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam & avaritiam; deponite iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro; nolite mentiri invicem, exspoliantes vos veterem hominem & induentes novum, eum qui renovatur in agnitione secundum imaginem ejus, qui creavit illum.* Verum quidem est, quod omnes hodierna die ad pedes confessorij, veteri homine exuto & deposito, in Spiritu per bona proposita renovati sumus, sed tota rerum summa in eo consistit, ut semper progrediamur in facto à nobis proposito, nec respiciamus retro; atq; ideo Apostolus addit: *Ambulemus in novitate vitæ.* Unde sancta Mater Ecclesia in quadam oratione sive postcommunione; quæ in hac octava ultima est, hanc pro nobis divinæ Majestati supplicationem præsentat: *Ab omni nos qua sumus vestestate purgatos; Sacramenti tui veneranda perceptio in novam transferat creaturam.* B. Thomas de Villa novè egregiè nobis exponit mysterium; ob quod Christus Dominus à mortuis suscitatus, in ea apparitione, quam sacri Evangelistæ primo loco recensuerunt; se videndum præbuit in specie cujusdam hortulani: *Exhibet se hortulanum, eradicans malas radices vitiorum, emolliens terram cordis eorum, & ordinans omnes eorum potentias, plantans in eis multiplices & varios flores & rosas desideriorum, & cogitationum celestium, varias quoque arbores honorum morum & virtutum, quibus fructificant Deo. Felix anima, quæ talem habet hortulanum! Tali erat illa, quæ*

Coloss. 3.3

Feria 4.

Con in
fer. 2. 75.
Jurr.

dice.

dicebat: Veniat dilectus meus in hortum suum ut comedat fructum pomorum suorum; omnia poma nova & vetera dilecte mi, servavi tibi. Quoniam autem modo id adimpleti possit, idem sanctus optimè explicat, tunc videlicet, si proferendis bonorum operum fructibus toti intenti simus: Illa anima hoc dicere potest, qua omnibus suis viribus & potentijs fructificat Deo, cor bonos affectus & desideria, mens bonas cogitationes, lingua verba sancta, manus opera bona, totum quod operat, quod intelligit, quod loquitur, quod agit, quod videt, quod audit, totum ex omni parte Deo tribuit.

Rom. 6.

2. In novitate vitæ ambulemus. Angeli quoque hanc motum & vitæ puritatem suo nos aspectu docuerunt. Hugo Cardinalis super epistolam ad Romanos ita loquitur: Vide-runt juvenem sedentem in dextris coepertum stolam candidam. per juvenem significatur strenuitas operandi per dexteram quod operari debemus pro æternis: per stolam perseverantiam, per candorem munditiam conversationis. Studendum enim nobis est, ut in praxi & conversatione cum proximis nostris, motum semper honestatem & candorem exhibeamus, Per ruborem faciei ardor charitatis. Idem super Matth. illa verba: Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix, per gloriam, & quam exponens, dicit: tangit duplicem effectum gratiæ; quia mundat; quod notatur cum dicit. vestimenta eius sicut nix, & accendit & inflammat; unde dicit: Erat aspectus eius sicut fulgur. Terræ motus conversionem significat, ad quam hodierna die omnes peccatores conari debent, similiter Paulus de Palatio hac de re scribit: Si Christi ex sepulchro resurrectio hominis ex peccatore resurrectionem designat, ille terra tremor, quia peccator in sua conversione futurus sit demonstrat; tremat enim necesse est, & contremiscat Dei iram, quam incurrit, inferni poenam, quam meretur iudicij furorem, quo examinabitur, æternitatis tormentorum, quibus cruciabitur, ex quo timore qui utiliter cœcutitur (ut Cœcilius verbis utar) ad Dei misericordiam sperandam sese convertere debet. Quodnam putatis in eo latere mysterium, quod Evāgelista nobis circumstantiam temporis, quo sanctæ mulieres ad sepulchrum properaverunt, a deo acuratè describat? Beda respondet: Per hoc quod mulieres valde diluculo veniunt ad monumentum, datur

In Matt.

nobis exemplum discussi vitiorum renobris ad Domini corpus accedere, nam & sepulchrum illud figuram Domini habebat altari. Porro Corpus illud sanctissimum in Sydone mundo involutum erat, ad docendum nos, cum quanta conscientiæ munditiæ & puritate nobis ad corpus Redemptoris nostri accipiendum, maxime hodierna die accedendum sit. Aliud quoque mysterium nostro proposito valde opportunum nobis hoc loco advertendum est, nimirum dictum Angeli, quod Christum à mortuis resuscitatum in Galilæa apparitum esse affirmat: *Ita, dicite Discipulis eius & Petro, quia præcedet vos in Galilæa, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.* Ubi Glossa sic ait: Galilæa transmigratio facta interpretatur, iam enim à Passione, ad resurrectionem; à morte ad vitam; à pœna ad gloriam transmigraverat. Et bene post resurrectionem in Galilæa à Discipulis videtur, quia resurrectionis eius gloriam post latè videbimus, si modo à vitijs ad virtutum celsitudinē transmigremus. Et quidem hoc unicum motivum fuit, cur S. Bernardus in sermone quodam de hoc festo, tam acriter in eos animadvertat, qui ad recidivandum in peccata pristina adeo faciles existunt: *Inveniemur nunc iterum curiosi ut ante, verbosi ut ante, & negligentes ut ante, vani, suspiciosi, detractores, iracundi, caterisque impliciti vitijs, quæ tam anxie deploravimus his diebus? Non est transmigratio hæc fratres, non sic videbitur Christus.* Hoc mane lecta est illa S. Pauli Epistola, in qua ita nos monet: *Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio sicut estis azymi, etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitia, sed in azymis sinceritatis.* Ubi Apostolus ad illud quoddam in Exodo mandatum alludit, quo homines Pascha cum fermento celebrare prohibebantur, hoc enim pro illo tempore à domibus suis eliminate & arcete sub gravissima pœna jubebantur, nam ut S. Thomas ait: *Qui enim vult celebrare istud solemne Pascha, oportet esse mundissimum.* Quidnam hoc fermento significetur, mox declarat dicens: *Vetus fermentum est carnalis concupiscentia, quæ à primo parente incepit corrumpere massam naturam humanam.* Hæc abjicitur, id est, in virtute mortis & resurrectionis Christi, in hac nostra natura

In cat. D
Thom. in
Marc.

Marc. 16.

Serm. 1.
de resur.

1. Cor. 5.

In Fest.
resurr.

Ad Rom.
6.

humana consummata reprimitur; quia *vetus homo noster simul crucifixus est cum eo, ut destruat corpus peccati. Vis & fortitudo huius concupiscentiæ, qua antea contra nos prævalebat, minuitur & debilitatur, adeo ut ad resistendum fomiti magis dispositi simus. Iste *vetus homo* [inquit Anselmus] *cum Crucifixione Christi ita debilitatus est, ut dominante ratione destruat corpus peccati, id est, tota peccatorum massa, ut ultra non serviamus peccato. corpus peccati, id est, peccatum secundum omnia membra sua destruat. Et quidem ut nos ad hanc totalem peccati destructionem animosos efficiat, sequenti utitur similitudine: Christus non ex parte, sed integer est crucifixus, ut nos ex toto moriamur peccato, & vivamus Deo.* Hugo Cardinalis super illa verba Apostoli in themate adducta sic scribit: *Existimate vos mortuos, ita quod nec actu, nec affectu vivatis peccato: Existimate vos mortuos, id est, gerite vos tanquam mortui, ut nullum signum vitæ peccati remaneat in vobis.**

Lib. 7. de
Trin. in
Exod. l. 2.
cap. 13.

Ser. in
die Pasch.

3. *In novitate vitæ.* Dionysius Carthusianus optimè nobis declarat, quidnam Christus pro nobis moriendo & resurgendo nos docere voluerit; *Mors Christi significat veteris ac vitiosa conversationis occisionem, resurrectio verò Spiritualem mentis renovationem.* Rupertus Abbas Tuiticnsis, Pascha nostrum celebrandi, arcendique à domibus nostris fermenti, optimum nos modum docet, dum ait: *Vt simus nova conspersio. Qui Pascha comedit, accinctos renes habere debet, ut qui solemnitatem resurrectionis atque incorruptionis agit, corruptioni iam per nulla vitia subjaceat voluptates edomet, carnis luxuriam restringat; neque enim cognovit, qua sit solemnitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subjacet.* Præfatus Dionysius illa verba: *In novitate vitæ ambulemus, ita glossat: id est, pristinis vitiis extirpatis Spiritualiter reformemur.* S. Antonius Paduanus de hoc fermento tractans ait: *Fermentum est cupiditas terrenorum & concupiscentia carnalium desideriorum, qua postquam fervere incipiunt, omnem modum excedunt; quia a vi-*

rus pecunia non implebitur, nec luxuriosus carnis petulantia satietur. Ac proinde optimè nos monet Ecclesia, dum adeo frequenter repetit dictum illud: *Expurgate vetus fermentum.*

4. *In novitate vitæ ambulemus.* Maxima difficultas, quæ in inchoatione novæ vitæ, noxique moribus allumendis nos impedit atque retardat, est mala & inveterata peccandi consuetudo, malique mores, qui sunt in nobis, hi enim idem sunt in nobis, quod *vetus homo noster.* S. Thomas postquam dixisset, quod *debemus in novitate vitæ ambulare, mox subjungit: Et ne hoc aliquis forte impossibile diceret, dicit quod sumus hoc scientes, quia vetus homo noster, id est, vetustus hominis per peccatum inducta, simul scilicet cum Christo crucifixus est, id est, per Crucem Christi est mortificatus.* Enimvero postquam Christus pro peccato crucifixus est illud ipsum multas adversum nos vires amisit, maxime quando considerat à nobis, quod peccate nihil sit aliud, quam iterum Christum in semetipso Crucifigere. Unde Origenes super illa verba; *Consepulsi sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit à mortuis, ita & nos in novitate vitæ ambulemus: Mori prius oportet peccato, ut possit sepeliri cum Christo; mortuus enim sepultura debetur: si enim vivis adhuc peccato, sepeliri non potes cum Christo, nec in novo ejus sepulchro collocari, quia vetus homo tuus vivit & non potest in novitate vitæ ambulare.* Ad cuius probationem utilem quandam & ingeniosam observationem adducit: *Propterea namque cura fuit Spiritui sancto tradere per Scripturas, quod & sepulchrum novum fuerit, in quo sepultus est Iesus, & quod in Sydone mundo obvolutus sit, ut sciat omnis, qui consepeliri vult Christo per baptismum, nihil vetustatis ad sepulchrum, nihil immunditiam ad mundum Sydonensium deferendum.*

De stabilitate, quam tenere debemus in bono hinc sanctis diebus Paschalibus incepto. Et qualiter evadendum sit, ne ad peccatum revertentes Deum amittamus.

DISCURSUS XIII.

Mane nobiscum Domine. *Lucæ cap. 24.*

Um Christus Salvator noster hodierno resurrectionis suæ die, in societate esset duorum illorum discipulorum in Emmaus proficiscentium, jamque Castello appropinquasset Christus autem se longius ire velle simularet, ipsi eum, tametsi etiamnum ignotum, ut cum ipsis hac nocte permaneret, instanter rogant, dicentes: *Mane nobiscum.* Porro ut hoc Paschali tempore salutare aliquod documentum exinde ediscere valeamus, hunc in modum discurrete possumus. Quilibet nostrum hodie mediante sacra communione nec non virtute Sacramenti poenitentiae celestem hunc hospitem in corde suo recepit. Quam igitur iustum & æquum est, ut hanc quoque supplicationem ei ex parte nostra porrigamus, dicendo: *Mane nobiscum Domine,* eumque rogando, ut ab animabus nostris non procul abcedat, Motivum, cur illi à Salvatore petere audent, ne ab ipsis recederet, fuit, quia noctis hora jam immincebat: *Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit.* Finis autem specialissimus, ob quem illum, ne à nobis recedat, rogare possumus, esse potest summa illa facilitas, qua ob malas inclinationes nobis congenitas in peccata reincidente solemus. Unde Dionysius Carthusianus ait: *Mane nobiscum quoniam advesperascit, specialiter quoque advesperascit in anima, dum appropinquat ad culpam.* Anima verò appropinquante ad culpam, id est, ad peccandi occasiones & pericula redeunte, verus iustitiæ sol Christus à nobis recedit, illique culpæ tenebræ protinus succedunt. *Inclinatur dies, quando elongatur à gratia.*

hoc est, quando disponitur in peccata. Non sine mysterio sancta mater Ecclesia hinc frequentibus quadraginta diebus nos docuit, ut Salvatorem nostrum à mortuis redivivum, summa cum infantia, ut nobiscum maneat togemus, versiculum illum intonando: *Mane nobiscum Domine;* cum enim nullum sit tempus in toto anno, in quo fideles corpus Domini nostri universalis in sacratissimo Sacramento percipiunt, quam hodierna die, opus profectò est, ut omnino studio caveamus ne è nobis iterum recedat. Unde idemmet Carthusianus Doctor ait: *Sic & nos quotidie Christum rogemus & invitemus, ut in cordis nostri cubiculo manere dignetur; ipse cum apud Ioannem loquitur; qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.* Ubi bene notandum est, quod Christus dicat: *Qui manet in me & ego in eo,* Deus enim sua Divina gratia auxiliisque divinis nunquam nos deserit, nisi nos ipsi simus, qui terga nostra ipsi obvertimus. *Nunquam Deus deserit hominem* (ait Concilium Tridentinum) *nisi prius ab homine deseratur.* B. Laurentius Justinianus optimè ad propositum nostrum scribit: *Verus Dominica resurrectionis cultor est, qui per virtutis studium & pii amoris incendium mediatori Christo inhaerere concupiscit.* S. Apostol. Paulus ad Corinthios scribens, dum de universalis corporum nostrorum resurrectione, quæ in virtute resurrectionis Salvatoris nostri futura est, tractat, demum concludit: *Itaque fratres mei dilecti stabiles estote & immobiles, abundantes in opere Domini.* Quasi dicere vellet; Ex resurrectione Christi meliorem fructum elicere non possumus, quam si nos in

Sess. 6. 17.

Ser. de
resurr.1. Cor. 15.
57.

bonorum operum perseverantia magis magisque stabiliamus & confirmemus. Magdalena prima fuit, quæ supra omnes Apostolos omnesque alios à Christo resurgente visitata fuit. Si autem scire vis meritum, in quo cunctis aliis præcellentior fuit, audi eundem Dionysium Carthusianum dicentem: *Quoniam igitur perseveravit, nullamque indignam consolationem admisit, meruit consolatorem & desiderium cordis sui invenire & cernere: perseverandum est in opere bono usque in finem*. S. Bonaventura inter alias considerabiles Resurrectionis Christi circumstantias hanc unam specialiter observat, quod scilicet una & eademmet permanerit, nulli subjacens mutabilitati. Christus resurgens ex mortuis non moritur, sic & tu perseveranter resurgas in conversione, ut de cætero non moriaris transgressione. Et in sermone in festam secundam Paschatis, quæ crastina die erit, ad eadem verba ab initio à nobis in themate proposita scilicet. *Mane nobiscum Domine, sese reflectens ita scribit: Si diligis proximum, omne odium relinquendo neque factus, neque verbis proximo nocendo, Deus tecum manet: Si diligamus invicem, Deus manet in nobis. Ecce tibi facilis quendam modum, quem observando efficiemus, ne à nobis recedat: Hic est Christus, qui cum Maria & Martha libenter mansit, qua eum tantum dilexerunt in Maria est charitas, qua Deo inhaeretur, in Martha vero charitas, qua Dominus ministratur, unde bene dicitur: qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In oratione, quam nobis sancta Mater Ecclesia in fine hujus octavæ præscripsit, hoc præcipue intendit, ut hanc in operibus bonis stabiliter perseverandi gratiam à Deo postulemus; Dicit enim: *Præsta quaesumus, ut qui paschalia festa peregrinamus, hac te largiente moribus & vita teneamus*. Sic quoque Apostolus, postquam dixisset: *Christus resurgens ex mortuis jam non moritur*, prosequitur dicendo: *Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo. Ubi S. Thomas ait: Scilicet tanquam ad peccatum nunquam sitis redituri, viventes Deo, id est ad honorem vel similitudinem Dei, ut scilicet nunquam per peccatum moriamur*. Hugo Cardinalis super illum textum Apostoli ad Romanos, sic scribit: *Possit quis dicere: Præcipis, ut moriantur peccato, hoc valde difficile est, propter**

*hoc addit præmiū resurrectionis, in presenti per gratiam, in futuro per gloriā corporis & animæ simul: Et hoc est, si mortui sumus peccato cum Christo, id est, sicut Christus mortuus est pœnalitati, qua est in morte corporali, id est, si non redeamus ad peccatum, simul etiam vivemus cum illo, scientes quod Christus resurgens ex mortuis jam non moritur. Dionysius Carthusianus ut nobis nequaquam ad peccata nobis redgendum esse persuadeat, hoc utitur argumento: *Qui enim mortui sumus ipsi peccato, id est, vitii mortificati & à peccato liberati per pretium sanguinis Christi, per gratiam baptismi, per poenitentia Sacramentum (mortuum esse peccato est à peccato esse ereptum) quomodo adhuc, id est, iterum vivemus in illo, id est, operabimur opera tenebrarum & cōsentiemus suggestioni peccati? Tanquam dicat nec decet, nec licet, nec expedit, nos taliter recidivare. In cujus probationem hanc adducit similitudinem: Nam sicut in naturalibus non est reditus à morte in vitam, sic in moralibus non est naturaliter regressus à morte culpe ad vitam gratiæ; utrumque tamen contingit interdum per omnipotentiam & clementiam creatoris. In introitu Missæ crastinæ, hæc verba præscribuntur: *Aqua sapientiæ potavit eos, firmabitur in illis: In oratione quoque ejusdem Missæ hanc à Deo gratiam postulamus; ut nobis fructibus mysterii hujus, nec non & Sacramenti, quo passi sumus, stabiliter & perseveranter perfrui liceat: Concede famulis tuis, ut Sacramentum vivendo teneant, quod fide perceperunt. Et clarius idem in ultima oratione petitur hisce verbis: Concede, ut Paschalis perceptio Sacramenti continua in nostris mentibus perseveret. S. Bernardus proinde multorum Christianorum tangit & reprehendit abusum, qui hunc diem ideo advenisse existimant, ut sibi liceat delitiis & voluptatibus modo pristino iterum indulgere: Sic amatores sæculi, inimici crucis Christi, cujus in vanum accepto nomine dicuntur Christiani toto hoc tempore quadragesimali ad instantes inhiat dies resurrectionis heu ut liberius indulgeant voluptati. Eidem sæcularium multorum errori eodem modo comparitur Valerius Episcopos Cemeliensis, dum ait: *Quasi revera, quod quadragesima dies prohibet, licet fieri solemnitas votiva permittat, & in absolutione jejunii, data sit licentia peccandi. Nisi igitur in bono opere incho-****

Rom. 6.

Ser. 1. de
resurr.


Hom. 19.

choato, & in conceptis bonis propositis per-
 stiterimus, ostendemus profecto nos benefe-
 cisse & Christianè vivisse, potius ad serviend-
 um tempori, quam ut Deo placeamus, no-
 stramque operemur salutem. Unde subjun-
 git: *Ne nos possidendo negligentia dederim, vi-
 deatur studium honesta vita temporibus*
Ios. 4. 18. *solum praestitisse, non moribus* Quando popu-
 lus Israeliticus tempore Iosue Iordanem sic-
 cis transibat pedibus, Duo nimirum tunc
 idemmet portentum operante, quod in ma-
 ri rubro, aquatum illius cursum suspenden-
 do patrauerat, contigit, quod quamdiu
 Arca Domini à Sacerdotibus sustentata, in
 medio Iordanis alveo morabatur, populus
 sine ullo impedimento siccis totum Iorda-
 nem pedibus petransire posset, quamprim-
 um verò Arca in aridam terræ faciem re-
 dierat, aquæ utrimque in unum denuo cor-
 pus coalescerent. *Præcipe Sacerdotibus, inquit*
*Deus Iosue, qui portant Arcam fœderis, ut as-
 cendant de Iordane; qui præcepit eis dicens:*
Ascendite, cum que ascendissent portant ar-
cum fœderis Domini, & siccam humum cal-
care cœpissent reversa sunt aqua in alveum
suum, & stuebant sicut antea consueverant.
 Idem quoque hæc diebus Paschalibus apud
 multos accidit. Quamdiu enim Sacerdotes
 cum Arca in Iordane persistunt; id est,
 quoadusque Ecclesia hæc diebus, magis
 quam quovis alio anni tempore Sacramen-
 tis pœnitentiæ & Eucharistiæ strenuè ad-
 ministrandis infilit, durant induciæ, sus-
 penduntur perniciosæ familiaritates, non
 frequentantur Lupanaria, non cogitatur de
 ultione aut vindicta inimicis irroganda, tor-
 rentque aquarum illarum sistitur, è quibus
bibebant sicut aquam iniquitatem; at verò
 diebus illis elapsis, Concionibus, Con-
 fessionibus, communionequè peractis; *re-*
versa sunt aqua in alveum, & stuebant sicut
antea consueverant. Tunc enim ad odia ha-
 tetenus abolita & adjurata, ad ludos, pra-
 vas societates, & detractiones pristinas, in
 easdem suspectas domos, ad eosdem con-
 tractus & illicita lucri redditus denuo para-
 tur. Unde nescio, an non hæc diebus lo-
Ier. 8. 66 cum non habeat, quod Jeremias ait: *At-*
tendi & auscultavi; nemo est, qui pœniten-
tiam agat super peccato suo, neque enim hoc
 dicere aulam, cum ferè omnes hodie haud

dubiè confessi sint valdeque evidentiæ pœ-
 nitentiæ signa ediderint? veruntamen ex alia
 parte valde veteor, ne hujus Prophetæ la-
 mentum apud multos plusquam verum sit,
 & vetè locum habeat; siquidem tales con-
 fessiones penes multos fictæ fuerunt, nec debi-
 tis circumstantiis & dispositionibus vesti-
 tæ, & consequenter invalidæ. Multi enim
 hodie metu censurarum & animadversionis
 Ecclesiasticæ confitentur, nec tamen pecca-
 tum deserendi propositum mente concepe-
 runt, nec suspectam familiaritatem desere-
 re, aut injurias remittere volunt. Confiten-
 tur, ne à probioribus digito demonstren-
 tur, & quia temporis præsentis consuetudo
 ita exposcit; atque ideo ejusmodi Confes-
 siones ad nihilum, nisi ad Deum irritandum
 utiles sunt, cujus signum est, quia prima
 die, pristina devotio repetuntur crimina.
 Hanc etenim Jeremias Prophetæ dicti hujus
 rationem adducit, dicens: *Omnes conversi*
sunt ad cursum suum. Væ autem illis, qui
 hoc Agno Paschali sine firmo & stabili pro-
 posito, ad pristina peccata nunquam decli-
 nandi, cibari se faciunt. Apostolus post-
 quam dixisset: *Qui enim manducat & bibit* 1. Cor. 11.
indignè iudicium sibi manducat & bibit, ideo
inter vos multi infirmi & dormiunt multi, id
est, ut interpretatur S. Anselmus, Præma-
turè moriuntur; in pœnam Communionis
 hæc diebus sacrilegè sumptæ; Ex hoc nam-
 que defectu, multas hinc inde audimus va-
 riorum mortes repentinas; ac proinde Ec-
 clesia hoc tempore Deum rogat: *Quæsumus*
auctor omnium, in hoc Paschali gaudio, ab òni
mortis impetu tuum defende populum. Chri-
 stus Dominus Luca cap. 17. auditores suos
 hortendo quodam exemplo pertetrefacere
 volens, eisdem dixit: *Memores estote uxoris*
Loth. Num forte Christo alia magis atrocium
 suppliciorum exempla suppetebant: Nun-
 quid adducere potuisset, horrendum illud
 quinque illarum civitatum, quarum unam
 uxor Loth velut civis incoluerat, incendium,
 vel universale diluvium, vel exemplum, sub
 pedibus Dathan & abiron dehiscens ter-
 ræ? Cur igitur infortunium illud, quod mi-
 seræ huic mulierculæ acciderat, solummo-
 do adducit? Observandum est igitur pro fa-
 ciliiori difficultatis moræ intelligentia,
 eandem mulierem paulo ante duos Ange-
 los

los in domo sua velut hospites excepisse, acta quoque parentela Abrahamæ junctam, adeoque Deo gratam fuisse, id quod culpam suam non modicè aggravabat; unde mox ut contra datum sibi præceptum, retrorsum se ad videndum Sodomam convertisset, rigidè castigata quia in statuam salis immediatè conversa fuit, absque ullo ei ad respiciendum ab errore indulto tempore. Voluit autem æterna Dei sapientia, ut hæc statua omnibus sæculis futuris omnium illorum

condiret sterilitatem, qui à via & vita bene inchoata adeo leviter & temerè retrorsum convertuntur. Iram igitur & supplicium Dei pertimescant omnes, quotquot post peccatam de peccatis suis pœnitentiam, eorumque impetratam veniam, oculos & multo magis gressus suos iterum ad loca infamia desecunt. Unde S. Cyrillus Alexandrinus *Lib. 5. in ait: Inde sumendum esse nobis exemplum, ne ad deploratas revertamur peccatorum illecebras.*



Agitur hoc discursu de Pace, quam Christus nobis dedit; quæ à nobis conservanda est per bonam & incontaminatam conscientiam, cavendo, ne in peccata pristina labamur, sed potius in gratia & bonis operibus perseveremus.

DISCURSUS XIV.

Et dicit eis, pax vobis. *Luce cap. 24.*

Primum per quod Salvator noster hodie dilectos Apostolos suos consolatus est, fuit felicissima annuntiatio Pacis: *Et dicit eis: Pax vobis. Quo constat, quam magnum bonum sit* (inquit *Serm. 53.* Dionysius Carthusianus.) *pax vera, spiritualis, & æterna.* Est etenim adeo inestimabile bonum, ut secundum Chrysologum, Christianæ virtutes vitescant in eo, qui unanimitatem Christianæ habet pacis. Vultisne intelligere, qualis sit hæc pax vera, quæ nobis quoque hodie annuntiata fuit? Audite S. Paulum dicentem: *Rom. 1. 7. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.* Enimvero quando in animabus nostris divinam gratiam possidemus, quod omnibus nobis hodie evenisse spero, qui reconciliati sumus Deo, tunc pacem hanc, quæ omnia in se bona complectitur, in nobis experimur. Unde idem Chrysologus ait: *Pax jucunditas Christi est, perfectio sanctitatis est, & morum custodia.* Porro

in multis scripturæ locis per hoc nomen justitiæ, innocentia & perfectio Christiana intelligitur: *Nisi abundaverit justitia vestra Mat. 5. 20 plusquam scribarum.* Et ideo Chrysostomus ait: *Iustitia est omnis virtus.* Quo supposito illius præpositionis Psalmistæ recordemur *Pf. 84. 11.* necessum est, in qua dicitur: *Iustitia & pax osculata sunt.* Hæc namque pax sine innocentia & vitæ cujusdam immaculatæ puritate haberi nequit. Unde S. Augustinus dicit: *Amica sunt justitia & pax, nemo est, qui non velit pacem, sed non omnes volunt operari justitiam.* Equidem si verum dicere volumus, nunquid priusquam cor nostrum cum Deo reconciliaretur, quamdiu conscientiam sibi erat reatus iræ divinæ, inquietudinem intra semetipsum experiebat, & turbationem internam? *Impii quasi mare fervens, quod quiescere non potest, non est pax impiis:* At vero non item postquam gratiam Dei recuperavimus, & in ejus amicitiam de novo restituti sumus. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti laetitiam*

am in corde meo. Ubi S. Hieronymus ita legit: Ortum est lumen tuum nobis, & facta est pax latificans in corde meo. Hoc autem lumen nihil est aliud quam gratia, quæ junctam sibi habet hanc pacem & jubilum hunc internum. Gratia vobis & pax. Impius verò ambulans in tenebris. Latitia pacis (inquit S. Hieronymus) non datur impijs. Atque ideo David quoque dixit: Viam pacis non cognoverunt. Et ratio est, quia Non est timor Dei ante oculos eorum, Vatablus & Tigurina legunt: Non est justitia cura illis. Apostoli paulò ante inter se visi sunt esse discordes: Luc. 22. Facta est contentio inter eos. Sanctus Jacobus & Joannes primatum prætebant, primas juxta Christum sedes postulando. S. Petrus negavit & pernegavit Christum. S. Thomas Resurrectionem Christi credere renuit. Denique Omnes relicto eo fugerunt. At verò ab hinc & deinceps, postquam acceperunt nuntium pacis, eos semper sanctissimos, & rarissima perfectione præditos invenimus. Vultusne hujus mutationis scire causam? Hanc referente S. Petro Chrysologo paulò ante audivimus, quia Pax est perfectio sanctitatis. Porro verisimile est Christum per hanc Apostolis intimatam pacem, animis eorum pariter insinuassem talem ecclesiarum gratiarum abundantiam, et in gratia efficacissimè conservarentur. Certum est enim quòd eos participes effecerit Spiritus sancti, licet non cum ea donorum plenitudine, qua in sacra Pentecostes die fuere perfusi; nam Insufflavit in eos, dicens: Accipite Spiritum sanctum. Faxit Deus, ut eadem hæc Pax, quæ hodie nobis quoque annuntiata fuit, eisdem in animabus nostris producat effectus, id est, ut nos eò modo in gratia & amicitia Dei stabiliat, ut deinceps in peccata pristina non amplius reincidamus. Audiam, quid loquatur in me Dominus, inquit David, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos, qui convertuntur ad cor; quibus verbis clarè declarantur illi, qui hac pace suat gavisuri, id est, qui ad Deum cordialiter convertentur. Quinam autem hi sunt præterquam illi, qui ad peccata semel per pœnitentiam abolita non redeunt? Advertendum est autem, quòd primo loco dicat: In plebem suam, & super sanctos suos, id est, hæc pace Dei specialissi-

Mansi Sanctuarium Tom. 1.

mè perfruentur illi, qui divinò ejus servitio dedicati, ad sanctitatem & perfectionem magnis passibus gradiuntur. Verumtamen & nos hujus pacis participes esse poterimus; si ad Deum cordialiter convertamur; Cæcilianus enim hæc verba, qui convertuntur ad cor, ita legit: Qui non revertuntur ad stultitiam. Unde si ad peccata vetera non revertamur, de hac pace possidenda secuti esse possumus. Considerasti sic aliquando differentiam, quæ inter illos, qui in timore Dei vivunt, & alios qui peccatis immeriti sunt, intercedit? Jam jam eandem insinuasimus; Justii enim quiete & tranquillitate interiore fruuntur: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum: Impii verò non item: Non est pax impijs. Scitisne hujus rei sinceram causam? In circuitu impii ambulans: Non item justii: Semita justii recta est: rectus callis justii ad ambulandum. Impius in corde suo continuum experitur inordinatarum passionum luarum fluxum & refluxum: Præcordia fatui quasi rota carri est, & quasi axis versatilis cogitatus illius. Patrem namque suum moribus suis imitantur & expriment, qui olim dixit: Circuivi terram; Quasi leo rugiens circuit. Quæ nam autem est differentia inter eum, qui ambulat per viam rectam, & alium, qui in gyrum circuit? Qui per viam rectam graditur, quântò plus procedit antrosum, quântò magis elongatur à loco, unde gressum cepit, vel unde recessit. Contrarium verò accidit illi, qui aguntur in gyrum, quântò enim magis gradiendo procedunt, quântò amplius, à quo recesserant, denuo appropinquant. Anima hominis justii à miserabili statu peccati recessit, & quia quàm dulcis pax Dei sit, per propriam experientiam didicit [Pax Dei, quæ exsuperat omnem sensum, & custodit corda nostra] ideo in via recta ad impletionem Divinorum præceptorum ulterius semper progredi studet: Viam mandatorum tuorum cucurri: atque ab omnibus illis incentivis & occasionibus, quæ ei ad prævaricationem, stimulum addere solebant, summo semper studio atque conatu se elongat: Ad anteriora extendens me ipsum ad superna intentionis brævium. Et hoc est, quod Isaias, & post ipsum Joannes Baptista tantopere inculcabat dicens: Parate viam Domini.

Y y

Domini 12.

Pf. 47:

Pf. 13. 3.

Luc. 22.
24.

Pf. 84. 9.

Pf. 11. 9.

Isa. 26. 7.

Eccl. 33.

5.

Job. 6.

Phil. 4. 8.

Phil. 3.

14.

Pf. 102.

Domini, rectius facite semitas eius; hoc enim modo anima infallibiliter Deo occurrit, qui est Pax nostra, & e contra à peccatis, & omni eo, quod Deum offendit, tantò magis recedit: Quantum distat ortus ab occidente, longè faciet à nobis iniquitates nostras. E contra verò impius, prout merito deplorat S. Bernardus, ad eum, unde recessit, locum paulò post denudò revertitur, quia nimirum ab illa suspecta domo, plus corporis passibus recessit, quam gressibus cordis, quia ab illa domo nunquam se ita avulsit, ut sibi illam perpetuò deserere proposuerit: Qui in circuitu ambulat, proficiscitur quidem, sed nihil proficit, va homini, qui sequitur hunc circuitum! Per tres quidem aut quatuor dies, quoadusque Pascha duraverit, & fortasse longè minus tali objecto vel ab illa mala conversatione alienum se exhibebit, subito tamen, ut hi dies transacti fuerint, antiquos denudò mores repetit, & in pristinam peccatorum virtutem se præcipitem agit. Si conaris avellere, inquit S. Bernardus, paulatim sequi videbitur, sed in dolo; circuitus est, aliunde reditum parat. Tu quidem ó Confessarie credis, promissionem illam de remittenda & condonanda injuria, de facienda restitutione, tibi factam è corde sincero procedere, sed graviter erras, cetera enim ita non est, semper enim eam intentionem continuavit, nimirum ad idem odium, transacto Paschate denudò revertendi, atque ideo facta quædam promissio fuit, & solum absolutionis obtinendæ causa simulata. Va homini illi, qui sequitur hunc circuitum; tales enim non solum Pace Christi non gaudebunt, verum etiam intra semetipsos continuum experientur bellum & luctam, ac tandem ad mortem condemnabuntur perpetuam, in qua nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

2. Pax est tranquillitas conscientia, inquit Albertus Magnus. Dionysius verò Carthusianus ait: Pax, quæ est tranquillitas sive quies mentis in Deo. Quotquot agno Paschali, qui tollit peccata mundi, & donat nobis pacem, passi & cibati sumus, conscientiam nostram serenam reddidimus, eò quòd peccata nobis remissa sint, quæ sola nobis bella parare possunt. Unde bella & lites in vobis, nonne ex concupiscentiis vestris, inquit

S. Jacobus, *Pacem meam do vobis*, inquit Christus, *Remissionem peccatorum intelligit*, addit glossa ejusdem Alberti Magni. Optimus autem hanc pacem conservandi modus est, si ad Dei voluntatem adimplendam prompti, optimèque dispositi fuerimus; Nam ut diximus: *Pax multa diligentibus legem tuam, Et in lege Domini voluntas ejus.* In actis Apostolorum magna circa Paulum mutatio facta fuisse legitur. Qui enim paulò ante lupus rapax, ac fetor & truculentus Ecclesiæ Dei persecutor fuerat: *Saulus adhuc spirans minarum & cadus in discipulos Domini*, protinus in unico momento conversus est in mansuetissimam ovem: *Vas electionis est mihi iste.* Ex persecutore in Apostolum transformatus: Hæc autem ejus conversio abinde cœpit, quia Deo voluntatem suam totaliter subiecit dicens: *Domine quid me vis facere?* Hoc enim sufficit, ad hoc, ut quis subito ad eminentem quandam sanctitatem pertinere valeat, Quòd verò vel maxime huic nostro proposito deservit, est, quòd nomen ejus Saulus in nomen Pauli conversum fuerit. Dicere hic aliquis posset, hæc nominis mutatio nec necessaria, nec communiter usitata fuit, siquidem S. Andreas, S. Joannes & Jacobus, S. Matthæus & alij plures nomina sua propria retinuerunt. Si Matthias quoque, dom post Ascensionem in Apostolum electus, nomen suum nequaquam mutavit; Quomam igitur mysterio factum est, quòd S. Paulo viro sapientissimo novo hoc nomiae insignitus fuerit? S. Ambrosius in principio Epistolæ ad Romanos, circa illa verba: *Paulus servus Jesu Christi*, dicit, quòd ly *Saulus* idem significat, quòd *inquietudo*. Paulus verò idè, quòd *quietus*. Dicit igitur sanctus hęc Doctor, quòd quando erat *spirans minarum & cadus*, aptè illi nomen Saul convenit, quòd idem significat, quòd *inquietudo*, siquidem *impj quasi mare fervens, quòd quiescere non potest*; at verò quando voluntatem suam Deo obtulit, eamque legi Evangelicæ planè subiecit, tunc veram quietem, veramque pacem invenit, atque ideo, enominatus est Paulus, quòd idem dicit, quòd *quietus*. Unde S. Ambrosius concludit: *Pax est fides nostra.* Qui enim secundum fidei nostræ dictamina vivit, perpetua quadam fruatur pace,

ser. 13 in
psal. qui
habitas.

In Luce

1AC. 4. 7.

Act. Apo
9. 11

3: Rupertus Abbas Tuitienſis ſuper illa
 verba Saluatoris: *Non veni pacem mittere*,
distinguit Pacem dicens. Eſt pax mundi,
 To. 2: in *quam iſte Dominus & Princeps pacis mittere*
 cap. 10. *non venit, eſt enim illa contraria paci Dei, de*
 Matt. *qua Apoſtolus ad Galathas; Fructus autem*
ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax. Paulus poſt
 verò ſubjungit: *Pax iſta remiſſio peccatorum*
eſt, ſed mundus in maligno poſitus iſtam non
querit. Hoc autem in hoc Paſchate dici ne-
 quit, quia quilibet ad abſolutionem, ad

pœnitentiam accurrit; punctus autem in eo
 præcipue conſiſtit, quod, ut quis hæc vera
 Pace fruatur & gaudeat, opus ſit, ut voluntas
 noſtra in bono incepto ſtabilis ſit, tunc enim
 veniam & remiſſionem peccatorum per-
 cipientes, pariter huiuſce Pacis
 experiemur effe-
 ctus.

o(00



Ostenditur, Pacem à Christo nobis datam, junctam esse debere cum perpetuo bello, & certamine adversum nos ipsos, vitucendo nostros appetitus, omnesque peccatorum occasiones fugiendo.

DISCURSUS XV.

Dicit eis, Pax vobis: Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.

Ioan. cap. 20. v. 20.



Ece tibi primum maximeque præcipuum munus, quod Salvator noster Collegio Apostolico donat, dicens: *Pax vobis*. At verò quid opus erat pacem eis donare, inter quos nulla unquam intercessit discordia? Chylostromus Christum illis pacem annuntiasse dicit; quia *prælium implacabile habebant ad Iudeos*. Præterea idem ait: *Molestias omnes dissolvens, crucis merita colligit, quæ sunt pax; quoniam omnia sublata sunt impedimenta, & trophæum clarissimum statuit*. Lucas Burgensis sentit Christum, per pacis appreciationem, omnem ab illis dissipare voluisse timorem, quem ex eo habere aut concipere poterant, quòd existimarent, ipsum ad eos castigandos iterum advenisse, quando omnes eo relicto fugerunt, & Petrus inter alios præcipuè illum negavit. Hugo Cardinælis opportunè notat, Christum bina vice Apostolis dixisse: *Pax vobis*. Dixit ergo eis iterum *Pax vobis*. Nota quod Dominus dicit bis *Pax vobis*, ad significandum pacem pectoris in præsentis, & pacem æternitatis in futuro. Et hæc est ratio, inquit ille, cui Episcopus bis in Missa *Pax vobis*, dicit. Cui hæc tamen differentia, quod prima vice se versus populum vertat, eo quòd ratione sui ministerii, partem aliquam in prima Pace habeat, id est, in Pace interna bonæ conscientie cum populo participet, at verò dum secunda vice *Pax vobis* reperit, non se vertit

ad populum, quia Domini est, non sui, dare pacem æternitatis. At verò quod super omnia à vobis notarum esse velim, est, quod Salvator noster eodem prorsus tempore, quo Apostolis suis Pacem annuntiavit, simul etiam plagatum & vulnere suorum cicatricis eisdem ostenderit. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Cur autem hoc fecisse putatis? quis non dicat hæc vulnere ostensionem potius Apostolos contristari, quàm consolari potuisse, siquidem per illorum vulnere immanitatem recentem crucentæ Passionis ejus memoriam non recolere non poterant; Et tamen nequidquam dubitandum est, quòd id ipsum singulari cum mysterio ab eo præstitum fuerit, nimirum ut tantò vivacius mentibus illorum imprimeret, quòd pax illa, quam eis annuntiaturus, quamque non solum ipsis, sed & omnibus nobis communicaturus advenerat, carissimo prorsus pretio ab ipso comparata fuisset, pro hac namque primo pugnaverat, & cruenta prælia commiserat, pro hac in amarissima sua Passione sanguinem suum pretiosissimum effuderat, illaque immania vulnera in suam sacratissimam humanitatem admiserat. Fuit quondam Emblematis loco galæa quædam depicta, intra quam Apes exstructo sibi alveario melificabant, cum hac Emblematis subnexa Epigraphæ: *Ex bello Pax*, unde significare volebant, quòd quisquis pace vellet interna gaudere, curandum ei cumptimis esset, ut perpetuum cum passionibus nostris bellum conti-

Mat. 10.
34.

continuet, easque vincere & subjugare sa-
tureret. Unde S. Hieronymus super illa ver-
ba Ecclesiastæ: *Tempus belli & tempus pacis.*
ita scribit: *Nemo ergo se nunc putet esse securum
in tempore belli, ubi certandum est, & apostoli-
ca arma tractanda, ut videtur quondam requi-
esamus in pace.* Idemmet Christus, qui hodie
Apostolis, personas omnium fidelium re-
presentantibus, dicit: *Pax vobis*, est ille ip-
se & non alius, qui quondam alibi dixi. *Noli-
te arbitrari, quia pacem venerim mittere in
terram; non veni pacem mittere, sed gladium.*
Idemmet ipse Christus est, inquam, quia ut
secundummet esse demonstrat, manus &
pedes suos eis ostendit: *Videte manus meas
& pedes meos, quia ego ipse sum.* Verum di-
ces fortasse, num igitur sibi met ipsi contra-
rius est, si quidem hodie pacem omnibus an-
nuntiavit; Imò quando per incarnationem
in terram descendit subito per integros An-
gelorum exercitus pacem promulgari fecit.
In terra pax; denique in ultima cœna prius
quam à dilectis discipulis per mortem rece-
deret, in celebri illo sermone, quo ultimum
suis vale dixit, dulcibus hisce verbis eos est
allocutus: *Pacem relinquo vobis, pacem meam
do vobis.* Pro difficultatis hujus resolutione
advertendum est, Christum ibidem mox
subjunxisse: *Non quomodo Mundus dat, ego
do vobis.* Est ergo alia pax mundi, alia verò
pax Christi, ideoque Ioan. 20. bina vice pa-
cis mentionem fecit, ita tamen ut in secunda
vice *ly meam* adjecerit, quod in prima non
fecerat S. Thomas super hunc textum: *Pa-
cem relinquo vobis*, dicit: *in hoc saculo, scilicet
ut hostem vincatis.* Pax enim in hac vita, quæ
continua quædam militia est, obtineri ne-
quit. *Pax presens est cum contradictione, pacem
meam do vobis in futuro;* Et ut melius se de-
claret, subjungit: *Non quomodo mundus dat
ego do vobis:* Sed dices, quonam igitur mo-
do mundus nobis pacem donat? simul ab
omni bello cessando. Non est hæc pax mea,
inquit Christus, quinimo tempore pacis
meæ arma manibus continuo tractanda sunt
& cum passionibus vestris, cum vestris inor-
dinatis appetitibus & inimico infernali con-
surgendum & dimicandum est. Verum qui-
dem est, quod tempore Nativitatis Christi
Angeli Pastoribus Bethlehemiticis pacem
annuntiant; veruntamen non sine myste-
rio Evangelista dicit, quod instar cuiusdam

armati exercitus comparuerint, *Facta est cum
Angelo multitudo militia celestis*, nimirum
ad innuendum, Pacem Christi ejus naturæ &
conditionis esse, ut mediante prælio & infig-
ni lucta comparari debeat. Unde Chryso-
stomus: *Si bella venis mittere, cur te nascente cœ-
latur pax: certe quia tunc vera pax, cum pro-
jicitur, quod erat turbidum.* Maximus om-
nium inimicorum, quos habemus, qui que
nos molestissimè infestat, est voluntas nos-
tra, sive noster appetitus sensitivus, hic enim
ad malum semper inclinat. Hunc igitur hos-
stem prius vincere debemus, & tunc *In terra
pax*, sed quibus? *hominibus bona voluntatis.*
S. Leo ait: *Vera Pax est à Dei voluntate non
dividi, & in iis solis, quæ Deus diligit, delin-
ari.* Ut autem ad hoc perveniamus, & perficere
hanc pacem assequamur, adversum nos ipsos
acriter pugnandum à nobis est. Albertus
Magnus dicit: *Dat autem pacem conscientia
potius quam temporis.* S. Bernardus in Feriam
tractatam, duos illos discipulos, qui cogno-
verunt eum in fractione panis, considerans,
dicit, quod ad hanc agnitionem & notitiam
acquirendam, opus sit, ut nostram franga-
mus voluntatem: *Ut cognoscatur Dominus in
fractione Panis, frangat homo si quas habet in
se virtutes, frangat proprias voluntates, imitans
illum, qui pro nobis factus est obediens usque ad
mortem.* Quænam est causa, quod octo die-
bus antequam Christi pateretur, devota
Hebræorum turba, cum ramis olivatum at-
que palmarum occurrentes Christo, tanquam
Regi acclamant? *Olive pacis symbolum est,
& palma victoriæ;* utraque autem bellum
supponit; ac proinde eminè existimo per
hoc denotari, quod pax Christi sine victoria
de nobismet ipsis obtenta, & sine devictis
passionibus nostris obtineri nequeat. Sancta
quoque mater Ecclesia canit: *Da pacem Do-
mine in diebus nostris,* & protinus subjungit:
*Quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu
Deus noster.* Ecce qualiter Pax Dei semper sit
cum bello conjuncta. Anima justa in Can-
ticis de seipsa dicit: *Vbera mea sicut turris;*
sed quamnam exinde contentiam dedu-
cit? *Ex quo facta sum coram eo, quasi pacem
reperiens.* Turres semper sunt in armis, cu-
stodiuntur à prædianis militibus, optimè
instruuntur munitionibus bellicis, & tamen
anima prædicta loco citato pacem se inve-
nisse dicit, sed quibuscum pacem illam ob-
tinuit

Luc. 2. 13

Hem. 39.
in Matt.Serm. 9.
de Nat.

In Luc.

In serm. 2.
Pasc.Cant. 8.
10.

tinuit: *Coram eo*; id est, in conspectu Dei; hoc est, quamdiu teneo bonam propriarum sensuum custodiam, inimicos meos procul abarceo, id est, pericula & occasiones peccandi declino, omnemque mihi prædominantem passionem & appetitum mihi subijcio, bonam & rectam conscientiam in me invenio. De monte Olympo, qui celsissimus est, quia *nubes excedit Olympus*, scribitur, quod in vertice suo imperturbabili quadam gaudeat serenitate, licet latera ejus semper infestentur à nebulis, nimbis, tempestatibus, & ventis. Eodem prorsus modo anima iusta imperturbabili quadam pace & quiete in corde & conscientia sua perfruitur: *Secura mens quasi*

Prov. 15.

15.

juge convivium: at verò in portione infero-ri, in appetitu sensitivo, continuis bellis impetit, ideoque ibi semper ibi bellandum est, nunc cum appetitu vindicativo, nunc cum invidia, mox cum superbia, demum verò cum sensualitate, omnibusque aliis Passionibus. Verissimum quidem proinde est illud Psalmistæ axioma: *Pax multa diligentibus legem tuam*, vetuntamen intelligendum id est secundum glossam Hugonis Cardina-

Pf. 118.

105.

lis dicentis: *Pax multa est interior in mente, licet non exterius in mundo, non est illi scandalum, scilicet inquietitudo*. Hæc igitur nobis habenda est in interiori sinu cordis, licet in sæculo nunquam nobis defutura sint contradictiones. Sicut enim Respublica Romana altissima tunc pace ferebatur, quando bellis offestabatur, sed externis: illis verò cessantibus, subito dissipata fuit à dissensionibus belli civilis, cum enim senatus populusque Romanus careret inimicis externis, quibuscum decertare possent, adversus semetipsos arma decertant. Ita quoque nobis per sæpe accidit, quando enim non molestamur inquietudinibus seu bellis externis, id est, tribulatione, infirmitate, labore, aut quavis alia æruma, tunc inimicorum interiorum, scilicet concupiscentiæ omniumque aliorum vitiorum spiritualium insultus longè vehementiores experimur. Unde sequitur, quod *Caro concupiscit adversus Spiritum. Spiritus autem adversus carnem*, hæc enim sibi invicem adversantur. Dum autem ab inimicis externis non impugnamur, vel maxime timendum est, inquit Hieronymus: *Tunc maxime impugnaris, si te impugnavi nescis.*

Gal. 5. 17

2. Albertus verba proposita aptius ad nostrum profectum, maxime pro hisce diebus interpretari non poterat, quam dicendo: *Pax est ablatio ejus, quod hanc concordiam impedit. & hoc est peccatum*. Sed dices, quid hoc, mediante absolutione sacramentali, fuerit abolitum, quid tunc deinceps timendum erit? Respondeo propter hoc non possumus esse securi, quod hæc pace fruamur, quia insuper etiam removenda sunt occasiones & pericula peccatorum, quod quidem ut obtineamus, necessum est, ut propriam voluntatem vivamus & abnegemus, ut tales vel tales sodales vel amicos nos seducentes & pervertentes, deseramus & abominemur; Nam *Inimici hominis domestici ejus*. Et ideo S. Cyprianus ait: *Incerta victoria est inter hostes arma pugnare*. Ubi de inimico honestatis agitur, utpote qui vel maxime nobis infestus esse non desistit, removenda prorsus sunt omnia illius incentiva. *Gravem inimicum sortita est castitas*, scribit sanctus Augustinus, cui non solum resistendum sed dimisso frano longius fugiendum. Nequaquam sufficit audire conciones, jejunia observare, confessionem debito tempore instituere, bona proposita sibi facere, si de novo in alias nos occasiones exponamus. Herodes S. Joannem Baptistam sæpe non solum libenter, verum etiam fructuosè concionantem audierat: *Libenter eum audiebat, & audito eo multo faciebat*. Et tamen ut pessimæ illi formicæ reæ placeret, caput ei detuncari præcepit. Scitissime causam? quia nimirum incestuosam Herodiadem è domo suo regia acere nunquam voluit. Idem multis ad præterita peccata denuo redeuntibus accidit, quia se tali amico, tali objecto, tali correspondentia privando affligere aut vincere non audent: *Si oculus tuus*, inquit Salvator, *scandalizat te, erue eum, & proice abs te*. Dimittendi propterea sunt etiam charissimi, si nobis lapsus occasionem ministrent. Sæpe etiam peccata & offensæ Dei evitantur, quando nobis bellum immittitur, id est, quando ærumnis & afflictionibus molestamur. *Sagitta intrate sunt*, inquit Jonathas ad Davidem quem tenerrimè diligebat: *Pax tibi est, & nihil est mali*. Videtur is oppositum potius dicere debuisse, & tamen revera optime locutus fuit; quia frequenter dum ærum-

Matt. 19

36.

Lib de singul. cleric.

De sing. cler.

Matt. 6.

20.

Matt. 18.

4.


1. Reg. 20

ærum.

ætumnatum sagittis transfigimur, quiete interna teſtæ conſcientiæ porimur: *Sagittæ tuæ*, dicebat idem ad Deum converſus David, *infixæ ſunt mihi, & confirmæſti ſuper me manum tuam*: E contra vero ex parte altera, quando frætrum relaxabat peccatis, continuum quoddam in ſe bellum experiebatur: *Non eſt pax offibus meis à facie peccatorum meorum*. Licet enim ſenſuales homines tunc ſe ſummâ pace gaudere arbitrentur, atrameâ pax illa talis eſt, quæ potius belli nomen meretur, de qua Pace idem Prophetæ regius loquitur dicens: *Zelavi ſuper iniquos Pacem peccatorum videns*. Deus nos ab hac pace cuſtodiat: *Abſit à nobis Pax inordinata & peſſima*, inquit Dionyſius Carthuſianus: *quæ ſpiritus acquieſcit deſiderijs carnis, & ratio concupiſcentiis ſervit*. Peſſimum profectò ſignum, quando Deus permittit, ut homo faciat quæcunque libent,

proque arbitrio ſuo vivat. *Dimiſit eos ſecundum deſideria cordis eorum*. Pf. 80. 13.

3. Porro ut omnes inimicos noſtros vincete, ac proinde hac pace interna gaudete valeamus, ad ſanctiſſimum ætatis ſacramentum nobis recurrendum eſt, omnique ſtudio frequentandum, dicendo: *Fiat pax in virtute tuâ*. Quonam modo autem hanc pacem ſperare poterimus? *Et abundantia in turribus tuis*. Per abundantiam namque hujus ſtamenti electorum, hujusque tam præclaræ & prædivitiæ annonæ Paraſiſiæ hæc pacem obtinebimus; atque ideo ſubjungit: *Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te*.



Agitur in hoc discursu de Christo resurgente sub Symbolo Leonis. Et de victoria & triumpho, quem is reportavit; nec non de quibusdam mysteriis, quæ terræ motum respiciunt.

DISCURSUS XVI.

Ecce vicit Leo de tribu Juda.

Apocal. cap. 5. v. 5.



Sed Joannes in mystica sua Apocalypsi, Salvatoris nostri Resurrectionem sub Leonis symbolo egregie effigavit, & merito, siquidem multæ Leonis proprietates huic mysterio adaptantur. id quod nullam in sui probatione habet difficultatem. Primò namque Leo oculis dormit apertis. Moys autem Christi somnus quidam fuit: *Ego dormivi, & soporatus sum.* & exsurrexi. Hic autem somnus Christo apertis oculis accidit, quia tamen à mortuo Christi corpore anima separaretur, verbum tamen & Divinitas à Christi corpore mortuo nunquã disjuncta fuit, quia potius cum eodem corpore in sepulchro, quod idem est, quod quidam quietis & obdormitionis Locus, verbum æternum Patris, quod est lux illa, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, pariter remansit.

2. *Vicit Leo.* Leo utpote omnium animalium Rex & Princeps ex quodam Naturæ instinctu, hanc in se generositatem habet, quod omnibus, qui ad ejus pedes prostrati sese humiliant, illatam sibi injuriam condonet: teste Poëta illo, qui cecinit:

Corporis magnanimo satis est prostrasse Leonis.

Pugna suum finem, cum jacet hostis, habet.

Pari quoque modo Christus, qui superioribus diebus à nostris delictis in Crucem est actus: *Propter scelus populi mei percussus* eum; Ideoque rigorosum à nobis exigere

supplicium posset, nos tamen coram pedibus suis compunctos & humiliatos videns, non solum nullam capit vindictam, sed benignè & pacificè nos recipit, omnemque indulgentiam & remissionem concedit, imò hoc eodem resurrectionis suæ die sacrosanctæ Ecclesiæ suæ in perpetuam reconciliationis remedium sacramentum Pœnitentiæ post se reliquit.

3. *Vicit Leo.* Leo fortibus suis, postquam triduo fuere extincti, rugitu suo vitam restituit. Christus Dominus noster post sepulturæ suæ triduum, per sonoram Divinitatis suæ vocem, reversus est, ut animum corpori suo denuo uniret, & resurgeret non ipse solum, sed nos omnes pariter cum ipso. Unde dicitur, quod. *Qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei, & procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitæ.*

4. *Vicit Leo.* Leo fortissimo rugitu suo, famem, qua torquetur, demonstrat. Similiter mysticus hic Leo de tribu Juda, famem salutis animarum qua urgebatur, manifestè prodidit, quando Apostolos suos per univertum mundum disperisit, ut eum Evangelicæ prædicatione sua veluti rugitu Leonino converterent, & ad vitam æternam reducerent: *Euntes in mundum universum prædicare Evangelium omni creatura.* Cumque suos in Fide resurrectionis vacillantes videret, eam ad integrum triduum utque differre noluit, sed anticipavit, atque Apostolos suos subito, omnique mora postposita, de facta resurrectione sua

Pf. 3. 6.

Isa. 53. 8.

Ioan. 5. 22.

Mat. 16.

15.

cer.

- certiores reddidit : Unde Paulus de Palatio in Marthæum ait : *hæc festinatione sua facile nos docuit. quantum sit periculum, vel brevi mora in peccato jacere, quantumque sit omnibus viribus conandum, ut quam citissime à peccato commisso exeamus, & peccantes Fratres à peccato abducamus.* Quando ab Apostolis juxta puteum Samaritæ ad cibum capiendum invitabatur, respondit : *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Cibus autem ille alius non erat, quam animarum salus atque conversio. Unde certissimum est, quod hoc cibo conversionis nostræ hodierna die magis pascatur, quam in quacunque alia totius anni die.
- Joan. 4. 32.** *5. Vicit Leo.* De hoc Leone Jacob in Genesi prædixit : *Catulus Leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubisti ut Leo, & quasi Leona, quis suscitabit eum?* Catulus enim Leonis dicitur, quia secundum humanam generationem à Davide ortum ducebat, qui cum Leonibus lussit quasi cum agnis. Ad prædandum animas nostras Crucem ascendit; ita enim jam dudum fuerat protestatus : *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum;* eo loquendi modo Crucifixionem suam significans. *Requievit*, quando erat in monumento, & suscitatus est, quando tertia die resurrexit à mortuis.
- Gen. 49. 9.** *6. Vicit Leo.* Enim vero primum horum duorum verborum aliquam metetur considerationem, si quidem victoriam denotat & triumphum. *Conjurgit Christus tumulo, victor surgit de barathro* : ille, qui clausus lapide custoditur sub milite. *Triumphans pompa nobili, victor surgit de funere.* B. Thomas de Villa Nova modum, quo Christus resuscitatus est, considerans, eundem hisce coloribus delineavit : *Iam ergo tertia dies aderat, & senior cæteris Oriens rutilabat aurora, cum anima illa potentis unita verbo, gravissimo comitata senatu sanctorum Patrum, tumulum, quo corpus jacebat, ingreditur, circumstantibus foris Angelorum agminibus, quos Pater à cælo prius miserat, spectare miraculum, dignasq; triumpho concinere laudes.* Enim vero legibus Romani Senatus cæturum erat, ne quispiam ada-

gendum publicè triumphum admittere-tur, nisi prius in unico tantum prælio, cum hoste conferendo, stragem fecisset quinque millium hostilis exercitus; majorem proprii exercitus parte salva mæente & illata; item nisi Dominium Romanum in insignes aliquas externas extendisset Provincias. Et quidem quod hæc legem attinet, certum est, quod Christo gloriosissimus quidam triumphus deægari non possit; siquidem *Gemens infernus ululat, cum Rex ille fortissimus, mortis contractis viribus, solvit à cænamis feros.* S. Bonaventura de gloriolo hoc triumphatore ita scribit : *Surrexit potenter & triumphaliter, scilicet ex sua virtute, morte occisa devicto mortis Principe, liberata captiva plebe, rejerata janua vita, in hoc Christus mortuus est & resurrexit, ut mortuorum & vivorum dominetur.* S. Apostolus, qui Christum tanquam potentem quandam & opulentum prædantem depingit, ita de eo scribit : *Exspolians principatus & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Mortem quoque in triumphum eduxit, adeoque adimplevit illud Osee Oraculum : *Ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne.* Igitur per mortem Christi, mortua mors est. (inquit Paulus de Palatio.) *at profecto si mors Christum voratum in sepulchro tenuisset, mors mortua non esset, imò mors de vita triumphum tulisset.* Adducitque illum Abacuc textum, qui dicit : *Cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo, ante faciem ejus ibit mors, & egredietur Diabolus ante pedes ejus, stetit & mensus est terram; aspexit, & dissolvit gentes.* Quoniam autem modo Propheta isthæc Resurrectioni adaptetur, ita declarat : *Cornua in manibus Christi fuerit, cum fuit Cruci clavus affixus, in ea infirmitate erat abscondita fortitudo, in facie Christi erat mors; mortuus est enim propter delicta nostra, eam mortem procurante Diabolo, qui ideo dictus est egressus ante pedes ejus; non tamen mortuus Christus permansit, qua est gloriosi corporis conditio, neque stetit modo, sed mensus est discipu-*

In c. 20.
Joan.
Col. 87.

Colos. 2.
15.

Ose. 13.
14.

In Marc.

Hom. 6.

lis suis terram, ut in suis quisque partibus predicaret; per Apostolorum vero predicationem aspexit Dominus gentes, aspexit & dissolvit eorum ritus & mores, eorum templa & idola. Hilarius Arelatensis illam de Antiocho concinnatam fabulam Poëticam adducit, eamque Salvatori nostro hisce verbis adaptat: *Hic est ille, qui pro mundi salute congressus, sicut de fortissimo illo Samsone legimus, plures inimicorum mortuus interfecit, quam vivus occiderat. Refert autem & traditio secularium litterarum, habuisse quandam in exercitio usuque certaminis hoc genus virtutis ac roboris, ut quoties in luctamine succumbens, virium suarum amicam & nutricem terram impulsu adversarii contigisset, toties de solo surgens magis ac magis in adversarium prevaleret; ac sic dejectio prostrati occasio fiebat triumphi; dabat enim quodam modo infirmitas fortitudinem, lapsus palmam, ruina victoriam.* Quæ omnia illi prælio adaptat, quod Christus in hujus mortalis vitæ arena, cum humani generis hoste fortiter gessit, qui tuac præcipue victus & prostratus fuit, quando illum sub terra sepultum & oblitum esse existimavit. *Ad hoc cessit, ut gloriosius surgeret, ad hoc cecidit, ut omnes elevarer; quia adversarium prostratus elisit.* Salmetero quoque Resurrectionis Palmas & triumphos considerans, diffusè hac de re scripsit: *Quis neget, inquit, justum Christo deberi triumphum, atque illum quidem magnificentissimum? Mors ubi est nunc victoria tua? Satan, ubi principatus ille tuus? Peccatum, ubi tua vis & dominium? Inferne, ubi tui vindictæ atque captivi? Munde, ubi tua idola? Cælum, ubi sunt claves tue? Lex Mosaica, ubi stabilitas tua? Sacerdotum, ubi tua observantia? Pilate, ubi tuum sigillum & custodia? Milites, ubi vestra ferocitas? Judæi, ubi vestra sunt consilia & conatus? Crux, ubi tua ignominia? Christus vicit & superavit omnia, inquit hic author: Christus potenti sua virtute mortem calcavit, principem mundi foras eiecit, delevit pec-*

To. II. tr. I.

catum, infernum spoliavit, mundum idolorum servitute purgavit, cælorum fores aperuit, & æternitatis nobis aditum referavit. Porro Angeli, qui in veste splendida, in sepulchro compaeruerunt, colorem referebant triumpho Christi victoriosi convenientissimum. Ita enim colorem hunc ponderat Lucas Burgensis, dum ait: *In veste fulgenti, ut sua specie resurrectionis triumphum præ se ferrent.* Verum enim vero quodnam sub eo terra motu, qui Resurrectionis tempore accidit, latet mysterium? Hugo Cardinalis dicit: *Significat, quia totus mundus movendus erat in predicatione Dominica Resurrectionis.* Beda inquit: *Quod etiam terra motus, resurgente Domino de sepulchro, sicut etiam moriente in Cruce, factus est magnus, significat terrena quidem corda per fidem Passionis prius, ac Resurrectionis ejus ad penitentiam concutienda, salubripavore permota.* Paulus de Palatio ait: *Ut attonitis custodibus, fas esset feminis ad monumentum accedere, rursusque sine custodum impedimento ab eo recedere.* Vel etiam, subjungit idem: *Crediderim terram cœpisse tremore concuti, cum resurrexerit; tunc enim Angelorum infinita copia ad miraculum illud videndum & adorandum descendit de cælo, tunc anima Christi cum infinito Angelorum exercitu ad miraculum exercendum ascendit de inferno.* Quid ergo mirum si terra tantam majestatem ferre non potens tremeba: si majestatem Dei, dum adorant angelica Dominationes, tremunt, quid non terra tremat, Dominum Dominationum adoratura? si cum Dominus respicit terram, facit eam tremere, quid mirum est, si cum anima Domini in terram intrat, faciat eam tremere? Rupertus Abbas ita hac de re scribit: *Terra motus, qui factus est, ejusdem secundi adventus significationi cooperatur: hinc est, quod in hac die cantamus: Terra tremuit & quiescit, cum exsurgere in iudicio Deus. S. Hilarius inquit: Resurgente virtutum cœlestium Domino, infernorum trepidatio commovetur.* His tamen omnibus ad propositum

In Luc.

In car. D.

Th. in

Matt.

In Matt.

De div.

offic. l. 7.

c. 17.

In Matt.

In Matt. positum nostrum accommodatius loquitur Albertus Magnus, dum ait: *Terra motus factus est magnus, quia ab intimis terra concutitur, quia Christus victor ab inferis resurrexit.* Quando festiva gaudia nonnunquam urgenti ex causa solemniter celebrantur, ad ejusdem lætitiæ evidentius signum, balistæ & bellica tormenta exsolvi solent; atque ideo videtur mihi, quod terra quoque in signum jubili, similem quandam demonstrationem, per hunc terræ motum edere voluerit.

7. Sciendum autem est insuper, quod triumphatores absoluto triumpho, mag-

nificium instituere soleant convivium, ad quod senatores alique excellentiores Reipublicæ primores communiter invitantur. Hoc solemne convivium Christus Dominus, in qua nocte tradebatur, instruxit, magnificum certè valdeque opiparum, ad quod hodie omnes invitatur, quotquot visi sumus hodie mensæ Eucharistiæ assistere.



Declarantur sensus Textus cujusdam Apocalyplici; Item quænam sit prima resurrectio, quænam etiam mors secunda dicatur. Ad hæc Christum ad animandum & erigendum peccatores ne desperent, primo Magdalenæ, & postea S. Petro apparuisse demonstratur.

DISCURSUS XVII.

Beatus & Sanctus, qui habet partem in Resurrectione prima : in his secunda mors non habet potestatem.

Apocal. cap. 20. vers. 5.



Non sufficiebat Spiritui Sancto, quod habentem partem in prima Resurrectione Beati titulo insigniret, ac proinde eum insuper sanctum nominavit dicens: *Beatus Sanctus qui habet* *et c.* Porto prima facie videri posset, per hanc primam Resurrectionem, Christi Resurrectionem intelligendam esse, ut superius diximus, ab Apostolo *Primitia dormientium* appellatur, præter hanc tamen, alias inuenio hujus literæ factorum interpretationem. Et quidem in primis S. Augustinus duo Resurrectionis genera distinguit: *Prima Resurrectio, qua à morte peccati ad iustitiæ vitam anima resurgunt, toto nunc tempore agitur: Secunda verò, qua de terra pulvere, ad vitam corpoream redeunt, in futurum expectatur. Sicut prima mors in hac vita est per peccatum: ita & prima resurrectio per remissionem peccatorum.* Enimvero certissimum est, quod hæc Resurrectio prima hoc sensu explicata, per totius anni curriculum, veriosem in fidelium animabus locum non habeat, quam in hoc solemni Paschatis die, utpote in quo omnes peccatorum suorum remissionem & indulgentiam

recipiunt, cui accedit, quod Sacramentum Pœnitentiæ hodie instituerit, Apostolis suis Ecclesiæ personam referentibus, illius administrandi potestatem contulerit. Hugo Cardinalis considerat, quod *prius est mori peccato: deinde resurgere: mors peccati est peccatorum remissio; resurrectio gratia infusio.* Hæc autem gratiæ infusio effectus est Spiritus Sancti, ideoque Christus dicit: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remissio peccata, remittuntur eis.* Salmeton eandem Augustini distinctionem adducit, & adjungit *De hac resurrectione prima loquitur Dominus in parabola prodigi Filij, cum dicebat: Frater tuus hic mortuus fuerat, & revixit, perierat & inuentus est.* Quot sunt qui superioribus diebus in vitis suis mortui erant & sepulti, & tamen hodie ad gratiam denuo resurgunt? *Beatus & sanctus, qui habet partem in Resurrectione prima.* Unde Salmeton ait: *Verè poteris non tantum propter Christum, sed etiam propter seipsum, in quem tanta cum beneficentia virtus resurrectionis Domini aëriata est, dicere. Hac est dies quam fecit Dominus, exultemus & letemur in ea; & quod sequitur. ò Domine saluum me fac: ò Domine bene prosperare.* Rupertus Abbas ritum quandam Ecclesiæ observat, videlicet, quod *prius vespertinum, quàm matutinum sacrificium tanta solemnitate immolat; Cur hoc?* *videli-*

Hom. 17.
in Apoc.

Rom. 6.

12.

Tom. 11.

17. 2.

Tr. 3.

Lib. 1. de

Tri. in

Exod. c.

21.

videlicet, quia est resurrectio prima, qua noctem, & resurrectio secunda, qua diem illustrat; resurrectio prima est remissio peccatorum; resurrectio secunda resuscitatio corporum est: at verò presens Ecclesia; qua nox aliquando erat, hac prima resurrectione fit lux, & sicut dies illuminatur. Hisce diebus præteritis, majori parte fidelium, prorsusquam confiterentur, dici poterat: *Eratis tenebra, nunc autem lux in Domino*; quia abiecerunt opera tenebrarum, & induiti sunt armis lucis, & sicut in die honesta ambulaverunt, Gustatus est ab illis in sacra communione cibus & alimonia immortalitatis. Guericus Abbas ita hac de re scribit: *Inviat ipse Agnus paschalis amicos ad delicias corporis & sanguinis sui, comedite, inquit, amici, & inebriamini; cibus iste & potus vita est mysterium, immortalitatis medicamentum, causa Resurrectionis prima, pignusque secunda.* Memoratus paulo ante Rupertus, qualisnam

Eph. 5. 8.

Ser. 2. de resurr.

Li. 3. de op. Sp. S. c. 26. de Sapie.

fit hæc Resurrectio prima, qua mediante mortem secundam evadimus, alibi optimè declarat, dicens: *Ecce hac est resurrectio prima; Baptizari scilicet in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; & sic manducare corpus & bibere sanguinem Domini: unde & in Apocalypsi Ioannes dicit: Beati, qui lavant stolae suas, ut sit potestas eorum in ligno vita. & per portas introeunt in civitatem. Item hac est resurrectio prima; Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors potestatem non habet: Et paulò post: Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis, hac mors secunda est: Idem ipse alibi sic scribit: Hac est mors secunda, ire in supplicium æternum: si mors est secunda est mors prima, cuius respectu dicitur mors secunda, & verè: nam sicut est resurrectio prima & resurrectio secunda, sic est mors prima, & mors secunda: quæ autem est resurrectio prima & resurrectio secunda? Resurrectio prima est conversio, quia in presenti per penitentiam de morte peccati resurgimus, ad Christi gratiam; resurrectio secunda est, qua resurrecturi sunt ij quidem ad supplicium æternum, iusti autem ad vitam æternam. Resurrectio prima precedendo id efficit, ut in illa resurrectione secunda ad gloriam & honorem immortalitatis resurgamus, idcirco dicit: *Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima, in his se-**

Li. 8. de op. Sp. S. de timore c. 22.

condam mortem potestatem non habet. Ecce igitur modum, quo securi esse possumus de occisione mortis secundæ, quæ idem est, quod barathrum iniquitatis, & pœnarum infernalium abyssus, nam quando amplius de prima resurrectione, id est, de vera quadam, eaq; perseverante & stabili pœnitentia participaverimus, tanto securius mortem secundam evademus: Nam ut B. Laurentius Justinianus ait: *Quoties homo voluntariè peccat, moritur; at verò si gemit ex corde, ipsumq; verè pœnitens deliquisse, resurgit.* A deoque quanto vehementior erit contritio, quam habituri sumus de peccato, tanto amplius de Resurrectione participabimus, tantoque magis à damnatione æterna, quæ mors secunda denominatur, elongabimur.

2. Enimvero motivum quoddam verè efficax, uade ad habendum participium hujus Resurrectionis, inducendi essemus ad veram pœnitentiam, hoc inter cætera esse posset, si videlicet amabilitatem singularemque benevolentiam, quam Christus resurgens peccatoribus contulit & pœnitentibus exhibet, tametsi eorundem peccata clavi & spinæ fuerint, quæ eum transfixerunt, cordialiter consideremus. Audite Rupertum Abbatem Tuitientem hac de re præclare loquentem: *Qui pro peccatoribus mori dignatus fuerat, in-*

quit, surgens ex mortuis, prius Maria peccatrix, quam Apostolis prius Petro negatori sui nominis apparuit, quam dilecto suo Ioanni, qui cum matre ejus juxta morientis crucem stetit ac persistit. Eandem quoque considerationem apud alios scriptam reperio. Etenim Paulus de Palatio ait: *Cur verò Maria Magdalena, & altera Maria ad sepulchrum adducuntur? Id mysterio carere minimè existimo. Ergo Magdalena peccatrix, altera Maria iusta, significant peccatores & iustos Christi favore indigere: nemo peccator est aut iustus, qui ex Christi morte aut resurrectione non dependeat, non est, qui se abscondat à calore ejus. Magdalena autem inter cæteras præcedentiam & primatum habuit. Ipsa etenim prima fuit, quæ Salvatoretem resurgentem videte meruit; Hic enim jam ante de se luculenter testatus fuerat, quod Non venit vocare iustos, sed peccatores ad penitentiam. Licet Christus alij sit tam iustorum, quam peccato-*

Opus. de contem. mandi, c. 10.


In Mar. rum, non tamen venit vocare justos, sed peccatores. Lucas Burgensis ita scribit: *Apparuit primò Maria Magdalena, de qua egerat septem demonia; hoc addit Evangelista, non distinctionis causa, jam enim sapius illius meminerat, sed observationis; ut animadvertas, quòd peccatrix illa ad hunc honorem erecta sit, amanda, ut prima frueretur aspectu Iesu redi-vivi, ne ob tua crimina Dei gratiam amicitiamq; desperes, si illis poenitentia ablatis in Deo amando te exerceas.* Enimvero Magdalena hæc animam poenitentem aptè præfigurabat, quia stabat ad monumentum plorans, sed foris, quia dum quis foris extra occasiones & pericula peccati consistit, tuac verè plorat & invenit Christum, per gratiarum suarum, divinarumque favorum suorum abundantiam. Unde S. Bonaventura scribit: *apparuit primò Maria Magdalena quadruplici ratione. Prima est, quia ardentius diligebat; Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum. Secunda, ut ostenderet quia pro peccatoribus venerat. Tertia, ad conterendam humanam superbiam; propter quod Matthæus, Publicani, & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Quarta, ad dandam fiduciam, propter quod dicitur: ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia.*

3. Post Magdalenam secunda apparitio, ut diximus, contigit Petro. Num forte quia Collegii Apostolici caput erat? aut, quia à Christo suus in terra Vicarius declaratus fuerat? Nequaquam; ob hos namque respectus Magdalenam merito præcedere debuisset. S.

In Mar. Gregorius rationem reddidit, dum ait: *Quia peccaverat Petrus, nec audebat venire, propterea peculiariter invitatur.* S. Ambrosius *ser. 52. in fin.* ita argumentatur: *Si larro Paradisum meruit, cur non mereatur veniam Christianus? Et 9.* si (ita Salmeton scribit) illi Dominus, cum crucifigitur, miseretur, multò magis huic miseretur, cum resurgit. Rupertus Abbas de Magdalena scribit: *Prima hæc digna estimata est, quæ flentibus oculis gaudium videret, post hanc Petrus, cuius utriusq; tristitia præcūctis Apostolis major, imò duplex erat. Porro Ange-*

lus Domini, ut nosmetipsos ad veram compunctionem excitaret, modum nos docet, quo Christum redivivum quærere debeamus, dicens: *Iesum quærite crucifixum, quasi diceret: Serio in animo vestro recogitate, peccata nostra verè clavos fuisse, quibus Christus crucifixus fuit in crucem; atque ideo quotiescunque ad peccata præterita reiteranda revertimur, quantum est ex parte nostra, eum de novo iterum cruci affigimus.* S. Bonaventuram obsecro audiamus, qui modum nos docet, quo Christum redivivum imitari debeamus: *Resurrectio sua, inquit, fuit causa nostra resurrectionis, & in corpore, & in anima. & etiam forma, sive exemplar, ut ait Augustinus, quod usrumque mortuum fuerat; scilicet corpus nostrum ex infirmitate, anima ex iniquitate; resurgit anima ex iniquitate per id, quod est Deus: resurgit ex corruptione per id, quod est homo: resurrexit ad justificationem nostram, ideo resurrectio nostra spiritualis debet esse imitativa & spiritualiter talis, qualis fuit resurrectio Christi.* Inter alias autem circumstantias, quæ notantur in Resurrectione Christi, una fuit, quod semel à morte factus redivivus, nunquam deinde mortuus fuerit. Talis etiam esse debet resurrectio nostra spiritualis; *Irredibilis ad mortem peccati, vera non ficta.* Porro poenitentiam nostram simulatam & fictam fuisse, ex eo cognoscemus, si ad reiteranda peccata, per poenitentiam abolita, faciles fuerimus? contra veram fuisse, ex hoc indicio conijcere licebit, si in gratia & amicitia Dei, per stabilem perseverantiam persistiterimus, neque iteratò revertamur ad culpam. Unde quia *Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, in hoc nos quoque illum imitari debemus, cavendo recidivam in mortem peccati.*

*In c. 10.
Io. coll. 87*



Articulus resurrectionis est basis fidei nostræ.

DISCURSUS XVIII.

Si Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est ergo Fides

nostra. 1. Cor. 15.

EX hoc S. Pauli Apostoli textu clarè deducitur, quòd Resurrectionis Salvatoris nostri, fidei nostræ basis & columna immobilis existat, Neque enim ullus unquam crediturus

faislet, eum, qui in medio duorum latronum, in trunco infamæ ligni Crucis crucifixus fuit, verbum esse Patris æterni, nisi post mortem à semetipso ad vitam impassibilem & immortalem resurrexisset: *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem* (inquit B. Thomas) *si enim non resurrexero, nullus convertetur, nemo mihi credit. Itaque si diligenter inspicias, plus ad fidem nostram sola Christi resurrectio, quam tot prodigiorum contulit multitudo: hæc enim sola torius Christiana Religionis immobilis columna, anchora firma, & stabile fundamentum.* Adducitq; allegatum à nobis Apostoli textum: *Quis enim obsecro, quamvis clarus eloquio, peritua verbo, potens miraculo, gentili mundo. Damoniorū idololatria rot retro sæculis dedito persuadere potuisset, ut hominē crucifixum inter latrones pendentem medium, relicto patrum suorum ritu, ut verum Deum ac hominem adoraret, nisi cuius tanta præcesserat passionis ignominia, major sequeretur vitæ immortalis honor & gloria?* Ac proinde unū ex evidentioribus omnipotentis & majestatis Divinæ signis Christi fuit resurrectio. Unde ut bene Rupertus Abbas observat, cum templi prophanatores ob dehonestatam æterni Patris domum, propriis Christi manibus castigati, & templo eliminati, signum

aliquod ab eo peterent, unde ipsum verum Dei filium esse cognoscere possent, respondit eis Christus: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat; & crediderunt Scriptura & sermone, quem dixit Iesus.* Quærit autem idem Rupertus Abbas: *Cur signum quærentibus, cum multa signa fecerit, solam pro signo respondit virtutem suam resurrectionis?* Hoc ergo signum respondere debuit, quod sufficeret ad argumentum ejus Divinæ majestatis, imò quo illis exhibito cunctos eos de domo Patris & regno ejus expelleret, simulq; captivos in omnes gentes disperderet. Origenes quoque super Epistolam ad Romanos ita scribit: *Illud ad verso, quòd magnificentius sit in Dei laudibus, resuscitasse Dominum Iesum Christum à mortuis, quàm fecisse cælum & terram, & creasse Angelos: Illud enim fuit facere, quod non erat, hoc autem reparare, quod perierat: Illud fuit nondū dejecta insituere; hoc autē dejecta restituere. Illud denique iussione, hoc passione perfectum est.* Et ideo Ecclesia in oratione quadam, quæ hesternò mane ante decimam prophetiam lecta est, hæc verbis Deo sit supplex: *Omnipotens sempiternæ Deus, qui in omnium operum tuorum dispensatione mirabilis es, intelligant redeptitui, non esse excellentius quòd initio factus es mundus, quàm quòd in fine sæculorum Pascha nostrum immolatus est Christus.* Imò adeo necessarius & essentialis est hic articulus Resurrectionis, ut sanctus Augustinus de Civitate Dei scribat: *Civitas Dei*

Com. 2.
de resurr.

Li. I. in
20. c. 3.

Li. 13. 18.

Dei gignitur ex Fide Resurrectionis Christi. Et super Psalm. 88. patet scribit: *In nulla re sic contradicitur Fidei Christiana, quam in resurrectione carnis.* Et paulo post idem verbis majorem in se energiam habentibus explicat dicens: *In nulla re tam vehementer, tam pertinaciter, tam obnixè & contentiosè contradicitur Fidei Christiana, sicut de resurrectione carnis;* adeo ut, licet Doctor gentium Paulus, in Athenarum Ateopago prædicans, auditores suos ad multa alia Fidei nostræ mysteria attentos reddere potuerit, at tamen quando ad hunc Resurrectionis articulum exponendum descendit, *quidam quidem iridebant, quidam verò dixerunt, auarum te de hoc iterum.* In d. ipsiusmet Apostoli quantum vis in Ichola Christi multo tempore docti, in præcipuis Evangelii dogmatibus instructi, innumerosumque miraculorum spectatores, & oculati testes fuissent, ipsius tamen Resurrectioni à principio difficillimam adhibere fidem, unde & Christus eis *expressit incredulitatem eorum & duritiã cordis quia his, qui viderat eum resurrexisse, non crediderunt.* Et S. Thomas quidem præ cæteris erga hanc veritatem amplectendam obstinatio & magis incredulus extitit. Enim vero Salvator noster multa quidem miracula in plurium hominum conspectu pertraxerat, multis enim præsentibus & spectantibus sanaverat infirmos, cæcos illuminar, surdis audire, mutis sermonem, vitam defunctis restituerat, hoc verò ingens prodigium, quo semetipsum propria virtute, post mortem redivivum fecerat, patravit in sepulchro, abique eo, quod ullus hominum modum, quo id factum est, spectare potuerit. Unde S. Petrus Apostolus in locum Judæ alium quandam Apostolum substituturus, de hac substitutione, eo modo, ad cæteros Apostolos petoravit, ut quanti hunc Resurrectionis articulum æstimant, exinde perspicue satis deduci possit; siquidem de solo hoc articulo mentionem expressam facit. *Testem Resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis, qui nobiscum sunt congregati.* Ubi Theophilactus ita scribit: *Resurrectionis non aliarum rerum gestarum fieri testem, dicit oportere; nam id, quod quærebatur, & in dubiū veniebat, Resurrectio erat.* S. Augustinus etiam scribit: *Non laus fidei Christianorum est,*

quia credunt mortuum Christum, sed quia credunt resurrexisse Christum. Unde cum sancta mater Ecclesia, per anni decursum, de multis aliis præcipuis vitæ Christi mysteriis Divina Officia ad summum, per unicam octavam integram celebret, de hoc tamen Resurrectionis mysterio, per quadraginta dies continuos, celebritatem continuam agit. Hoc est, quod optime Salmeon hisce verbis notavit: *Ecclesia To. 11. 11. per quadraginta dies continuos festivam Resurrectionis solemnitatem, præter omnes dies Dominicos, quos illi totum per annum commemoranda adscribit, singulis annis celebrari à fidelibus voluit, quo fortius illam suis filius inprimeret.* Ob hanc eandem causam Christus post Resurrectionem suam non subito ad cælos ascendit, sed post eandem, quadraginta dies super terram etiamnum commoratus est, ut suam tantò evidentius, omnibus manifestaret Resurrectionem. Unde B. Thomas ait: *Sicut Cont. in oct. Pasch ita quadraginta horis mortem suam probavit, ita quadraginta diebus suam firmavit Resurrectionem.* Sic etiam Angelus Domini, postquam lapidem ab ostio monumenti revolverat, protinus super eo sedisse prohibetur, non quod lassus aut defatigatus ex labore fuerit, siquidem in illis spiritibus Angelicis debilitas locum habere nequit: sed potius, *Ut soliditas [sunt In cat. D ipsiusmet Doctoris Angelici verba] seden Th. in tis, daret crebentibus infirmitatem, ponebat Matt. Angelus super Petram fundamenta Fidei, super quam Christus erat Ecclesiam fundaturus.* Utrique non caret mysterio, quod Ecclesia in Officio Divino speciale sanctorum Machabæorum festum, vel saltem commemorationem quorannis recolat, id quod de nullo aliorum Veteris Testamenti Sancto eam facere constat; Neque enim ulla per annum commemoratio agitur sive Abeli, sive Noe, sive univertalis credentium Patris Abrahamæ, & sive Davidis, aut cujuslibet aliorum, eorum præcipue, qui suam pro Deo vitam prodegerunt. Quodnam igitur in hisce Sanctis Ecclesia præcipue aliis Sanctis privilegium aut prærogativam agnoscit? Scio quidem quod S. Bernardus aliquas hac de re

AA. Ap.
17.

Matth. 16.
24.

AA. Ap. 1
22.

In Ps. 101

Cont. in
oct. Pasch

In cat. D
Th. in
Matt.

Epist. 98.
de re

de re rationes adferat, nimirum quod cum alii sancti ex zelo legis Dei, vitam profuderint, hi pro ejusdem legis observantia immediatè occisi fuerint; Item cum aliis sanctis mors irrogata fuerit, eo quod ipsos fidei persecutores offēdissent: hi contra passi sint mortem, quia Deū abnegare constantissimè renuerunt: Veruntamen Rupertus Abbas ingeniosè pro præsentis proposito nostro observat, sanctos hosce Machabæos in conspectu Tyranni testimonium reddidisse illi fidei articulo, qui præ omnibus aliis fidei mysteris velut maximam in se arduitatem & difficultatem habens suspicitur, id est, articulo de universali corporum nostrorum resurrectione: Quia videlicet in passionibus suis, ubi pro testamento Dei sua corpora tradiderūt, & gravissimis suppliciis subdidērunt, beata resurrectionis fidem & spem sonora voce confessi & testificati sunt. Atque ideo Ecclesia inter alia sanctorum festa quæ per anni circulum ab ipsa peraguntur, suum quoque locum festo SS. Machabæorum præ omnibus veteris testamenti sanctis, assignat, eo quod religionem & fidē resurrectionis insigni testimonio suo stabilierint.

2. Multa à sacris Doctoribus tanguntur rationes, ob quas Salyator noster tertia die resurgere voluerit. In primis enim omnino conveniebat, ut æternus pater filii sui humilitatem summam exaltaret, utpote qui factus fuerat obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltavit illum. Congruiebat (inquit Salmeron) si purum & mundū Christi corpus attendas; quod non erat ex Adā, quod attinet ad generationem act. v. am, & in quod anima gloriosa redundasset, nisi miraculo per nostram salutem fuisset retentæ: cum igitur tale extiterit ad agendum & patiendum divinitatis instrumentum, dignum erat, ut in putredinem abiret & corruptionem; Nō dabis san-

ctum tuū videre corruptionem. Surrexit, ut certos nos rediret de scripturis, quia est agnus, qui aperuit librum signatum sigillis septem: idcirco in die resurrectionis Apostolus aperuit sensum, ut intelligeret scripturas. Hinc Paulus ad Corinthios, & Concilium Nicaenum Articulo resurrectionis addiderunt particulam; resurrexit tertia die secundum scripturas; quoniam de nullo unquam fidei articulo tantum dubitatum est atque de isto Lucas Burgēsis super illa verba: Surrexit Dominus verè, dicit: Omnem dubitandam sibi præcidi hac particula verè. B. Thomas ingens momentum articuli resurrectionis Christi, hisce verbis ponderat: Neque solum ad fidem plantandam, sed etiam ad spem nostram erigendam decuit Christum resurgere; ut quod in Christo jam factum credimus, in nobis aliquando futurum non dubitemus: si enim r. ad. x. vivit, vivificabuntur & rami; Et quidem ad id probandum illum Apostoli locum ad Rom. cap. 8. adducit: Si spiritus Dei habitat in vobis, qui suscitavit Iesum Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, Glossa interlinearis ad illa verba: Inanis est ergo fides nostra, addit: inutilis est, cum nulla remuneratio sit securura. Tolle Christi resurrectionem, inquit B. Thomas, & omnis fides nostra tepescit. S. Bernardinus Senensis autoritatē adducit S. Gregorii, super illa verba Jobi: Scio, quod Redemptor meus vivit. Ita enim hic S. Doctor ait: Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeremus; ostendis resurrectionem, ut nos posse resurgere confidamus. S. Bonaventura ait: Christus caput & exemplar nostra resurrectionis ad hoc resurrexit, ut nos ejus membra de nostra resurrectione certificaret; alioquin monstrosa res esset si caput resurgeret sine membris.

De victoria verbi Dei lib. 9. c. ult.

Conc. 2. de resur.

Ser. 57. a. 2. c. 1. de resur.

Ser. 1. de resur.

To. 11. str.



Ad probandam futuram corporum nostrorum resurrectionem variæ rationes, similitudines, & argumenta diversa adducuntur.

DISCURSUS XIX.

Scio enim, quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum; & in carne mea videbo Deum Salvatorem meum, quem visurus sum ego ipse & non alius.

Sanctus Hieronymus ad Rammachium scribens, modum hunc loquendi Job considerans ait: *Quid hac propheta manifestis & nullis tam aperti post Christum, quam ille ante Christum de resurrectione loquitur: Vult verba sua in perpetuum durare, & ut nulla possint veritate deleri, exarari ea vult in plumbi lamina, & sculpi in silice. Verè in propria carne resurrectionis certitudinem, ex infallibili scientia deducit, qua scit Christum redivivum resurrexisse: Scio quod Redemptor meus v. v. & in novissimo die, &c.* Porro valde peregrinum prima facie homini esse videtur, quod illi ex putrefacto cadavere relicti cineres & pulveres, de novo nervis, venis, arteriis, carne, pelle, sanguine sint reinvestiendi. Veruntamen ut huic veritati firmiter fidem adhibere possimus, eas quas sancti Patres ad possibilitatem hanc demonstrandam adduxerunt rationes attentè aures auscultemus.

2. S. Joannes Damascenus de fide orthodoxa *lib. 4. c. 28* ita de hoc argumento loquitur: *is qui in principio ex pulvere terra ipsum constituit, rursus revolutum & conversum in terram, ex qua sumptum fuerat, secundum conditoris dictum, iterato non est impotens suscitare illud.* S. Augustinus de hac difficultate egregie scribit, si quidem instantiam quandam, eam omnino convincere in medium adducit, dum ita loquitur. *Ille Ser. 64. de verb. Dni. dicitur, quod suscitabis te, qui creavit te; non a-*

*ras, & es: & factus non eris? Absit ne credas. Mirabilis: aliquid fecit Deus, quando fecit, quod non erat, & tamen fecit, quod non erat, & non creditur reparaturus quod erat, ab eis ipsis, quos fecit quod non erant. Et paulo post subjungit: Sed ecce in sepulchro, quod vides, favilla est, cinis est, ossa sunt, & hoc item accipies, vitam, cutem, pulpas, carnem, & resurget? Quid favilla ista, ossa ista, quæ video in sepulchro? vel in sepulchro vides favillam vides ossa, in utero matris tua nihil erat, Quid longè majus est, vult dicere sanctus Doctor, quod homo in utero matris, cum tanta membrorum distinctione, cum tot sensibus, totidemq; potentis fabricatus sit. Salmeron hunc prædicti sancti Doctoris sensum fusius prosequitur, & S. Cyrilli Hierosolymitani in hanc eandem materiam addeit auctoritatem, dicentis: *Ante centum vel ducentos annos, nos omnes, qui loquimur & audimus, ubi eramus? an nescimus constitutionis nostræ subsistentia? nescis quomodo ex infirmis, rudibus & confusis rebus generamur? Ex tam rudi infirmaq; materia formatur homo, & quod erat imbecillum, incarnatum, in robur nervorum commutatur, & oculorum splendorem, & nasium odoratum, & linguam loquentem & cor salientem, & manus operantes & pedes currentes, & in omnimodam membrorum speciem, ac illud imbecillum, fit navium fabricator, & domorum opifex, architectus, & omnium artium operarius miles, princeps, legislator, dux & Rex. Consequentia**

To. 11. str. 3.

Catech. 18

autem

autem quam S. Cyrillus ex hisce præmissis elicit, nervosè concludit: Qui ex levis rebus ita nos facit Deus, num cadentes excitare non poterit? & qui non exiens fecit, ut esset, nunquid cadens non subleuabit? Salmeron circa hominis formationem ita discursit: Si ex semine humano, re tam vili, ac sordida, ut ne nominare quidem sine horròre queat, tam pulchram hominis fabricam Deus pro sapientia sua novit educere, quid mirum si ex pulvere idem præstare valeat? Idem tunc præcitatus Cyrillus argumentum adhibet ab animalibus minutissimis & vilitissimis desumptum, quæ post mortem resuscitari perhibentur: & musca quidem & apes aqua suffocata sæpe post tempus anni resurgunt; & serpentum genera hyems immobilia sunt, æstate verò deinceps consurgunt, sane facile quilibet intelligens his similia dederit exempla. Quæsto igitur magis de corporibus nostris credi poterit, quod virtute Spiritus Dei resurgēt? S. Hieronymus super illa verba Ezechielis: *A quatuor ventis veni spiritus, & insuffla super mortuos istos & viviant, ait, vocari spiritum, ut quomodo prima cōditioe hominis insufflavit Deus in faciem eius, & factus est homo in animam viventem; sic & secunda cōditio, e. resurrectio mortuorum insufflavente Spiritu vivificetur; quare carnis resurrectio inter articulos fidei juxta fidē de Spiritu sancto penitur, ut credamus Spiritum sanctum per reductionem spiritus creati ad corpus, resurrectionem carnis efficere.* Hilarius Ambrasiensis, aut quisquā tandem author est Homilie illius, granum frumæti considerat, quod non germinat, nec fructum reddit, nisi prius sub terra sepultum existat: Nunquid aliud est, quod sepelitur in semina, aliud quod v. rescit in gramina. S. Ambrosius aliam quandam adducit similitudinem parum a priori diversam: Quid igitur miraris si homines, quos acceperit, terra restituat, cum seminum corpora, quæ cum visusceperit, v. ificit, erigat, v. fiat, munit, atque defendat: Minutum quoddam arboris semen, inquit S. Gregorius, in terram projectum, ibidēq; sepultum, in vastam & proceram progerminat, & excrecit arborem: *Comprehendamus, si possumus, ubi in illa tanta brevitate seminis, tam immensa arbor latet, quæ ex illo processit? ubi signum; ubi cor: & ubi viriditas foliorum, ubi ubertas fructuum? nunquidnam in semine tale aliqui dvidebatur, cum in terram jaceretur? Et tamen occulto verum omnium opifice, cuncta mirabiliter ordinante, & in mollitie seminis la-*

ruit asperitas corticis, & in teneritudine illius absconsa est fortitudo arboris, & in siccitate ejus ubertas fructificationis. Et quidem hac similitudine S. Doctor eo potissimum sine utitur, ut corporum nostrorum, tamen illa in pulverem & cinerem redacta sint, resurrectionem possibilem esse demonstraret: Quid ergo mirum, si tenuissimum pulverem, vel à nostris oculis in elementum redactum, cum vult, in hominem reformat, qui ex tenuissimis seminibus immensa arbuta redintegrat? Demum verò argumentum quoddam valde efficax subjungit, ex quo non solum Deum id posse facere, verum etiam id ipsum actualiter & activè decrevisse, evidenter nobis credibile efficitur. De reparandis arboribus divina est providentia, de hominū nulla est cura? Et qui ea, quæ ad usus hominum dedit, perire non passus est, hominem perire patietur, quem ad imaginem sui fecit? Salmeron exempla adducit quorundā animalium: In Leone frmitu suo catulos suscitante; in serpente, qui deposita vetustate rejuvenescit, in Pellicano, qui sanguine suo pullos semimortuos & veneno infectos ad vitam reparat; in verme indico seu Bombyce, ex quo sericea conficiuntur vestes. In omnibus inquam hisce animalibus signa evidentia & naturalia habemus resurrectionis. S. Clemens in adducendo Phænicias exemplo latè diffunditur Omnibus enim nota est fabula, nisi fortè Historiam dicere malis, Et quidem postquam hujus avis resurrectionem ad longū descripsisset, tandem subjungit: *Cur ergo, ut ipsi ajunt, per avem rationis expertem probetur resurrectio, cur temerè nostratia calumniantur, cum fateamur, quæ potentia sua effecit, ut quod non erat esset, cum quoque facere posse, ut id, post ejus interitum restituatur?* S. Cyrillus præter superius adducta exempla, & ipse Phænicias similitudinem adhibet: Ergo animali quidem irrationali, & non cognoscenti factorem suum resurrectio donatur, nobis verò glorificantibus Deū & mandata ejus custodientibus eadem non dabitur? S. Ambrosius de fide resurrectionis, ei, quod oculis nostris quotidie perspicimus inficiens, dicit: *Quid aubitas de corpore corpus resurgere? granum levitur, granum resurgit, flore granū induitur, folliculoq; vestitur.* hoc mortale oportet induere immortalitatem. & hoc corruptibile induere incorruptionem. S. Hieronymus adversus errores Joannis Hierosolymitani ad ramachium de eodem argumento scribit, cujus discursum Salmeron verboreus ad-

Hom. 6. de
resurr.

De fide re-
surr.

Lib. 1. 4.
mor. c. 30.

To. 11. ff. 3.

Lib. 5. a-
post. const.
c. 8.

ducit in medium, dum ita scribit: Non est mirū, si Deus restituet in resurrectione, quod fuit, qui de nihilo omnia condidit, & quod modis diversis recipiendi esse humanam non tollit eandem rem; aliter, inquit, Adam, aliter Eva, aliter Abel, aliter homo Iesus Christus, scilicet genitor est, & in omnibus diversis exordiis una hominis natura non differt. Subdit autem Salmeron: Hinc quinta regeneratio & ultima per resurrectionem, non tollit quin eadem sit natura, atque ex illis quatuor existendis rationibus colligitur spes resurrectionis; nam formatio hominis ex pulvere nunquam animato si primam consulat rationem, deinde quantum ad secundam, si sexmina ex costa viri creata est nullo ordine natura servato, quanto magis ex tota materia illud refici poterit à Deo? si verò quartam rationem attendamus, ita licet ratiocinari: si per Spiritū sanctum caro verbo est unita, quid mirū, si corpus nostrū resurgat operatione Spiritus sancti? quia dicit Spiritus sanctus per Prophetam: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & vivetis.

3. In carne mea inquit Job, videbo Deum. ex quibus verbis identitatis ejus corporis indubitata veritas clarè deducitur, eademmet namque caro, qua in hoc mortali corpore vestiti fuimus, erit illa, quæ resurget: nihil erit pretiosius illo martyrum sanguine (inquit Eusebius Etnificus) si non ipsa caro honoratur premis, qua est probata supplicii: si non ipsa in muneribus gaudebit qua in doloribus triumphavit; quæ ideo tolerabiliter doluit se afflictam, quia fideliter credidit se reformandam. Rupertus Abbas super hæc verba: Dominus regnavit, de corpore indutus est, ita scribit: Eandem carnem spinis coronatam, & in sepulchro positam rursus induit; atque ideo vulnere suorum cicatrices ostendit dicens: Ego ipse sum. S. Joannes Damascenus ait: ipsum corpus, quod corrumpitur & dissolvitur, idem resurget incorruptibile. Philo sophi gentiles, inquit B. Thomas, possibilem crediderunt transmigrationem animatum ex uno corpore in aliud, nunquam verò ipsi persuadere potuerunt, quod anima ad corpus jam in cineres resolutum vivificandum redeat. Quam difficile fuit hoc mundo persuadere, ut post me-

neratum corpus, & usquequaque per elementa distractum iterum reparari ad vitam crederet, & tales rursus auræ haurire? Et tamen, inquit S. Gregorius Nyssenus: Propter hunc diem pars corporis, quam ante mille annos carnivora aves comederunt, integra reperitur; & quam vel canes, vel cete cateraque animalia marina devoraverint, una cum homine resuscitato resurget; quin etiam quos ignis concremaverit, quod vermis in sepulchro absumpsit. Quam autem ratione id futurum aut faciendum sit, declarat Salmeron dicens: Vnumquodque elementum, aut animal hominem devorans, restituet tanquam custos, & instar depositarii, quod accepit.

4. Enimvero pro nostra instructione advertendum est, id quod Apostolus ad Corinthios scribit, nimirum: Omnes quidem resurgemus sed non omnes immutabimur. Illis namque verbis Apostolus vult dicere solos electos lucis gloria accingendos esse, reprobi autem quaquaversum veribus & putredine redundabunt. Unde David dicit: Non resurgent impij in iudicio, i. e. quatuor gloriosorum corporum dotibus adornati. Audiamus Chrysostomum in hodiernum diem ita scribentem: ille quidem surrexit mortuus vinctis disruptis, nos autem exsuscitavit peccatorum nostrorum catenis dissolutus: neigitur tanto benefactori ingrati simus, neque decurso jam absolutoque jejuniorum stadio solito negligentius nos geramus. Similiter S. Bonaventura effacax quoddam nobis motivū proponit, ad nos animandos, ne ab hujus corporis nostri maceratione desistamus: Qui vult, inquit, ut configuratur corpus suum claritati corporis Christi in patria, debet primo in via ad exemplum Christi suum corpus conterere jejuniis, & humiliare afflictionibus, & etiam submittere vilibus servitutibus, quia tanto in gloria surget claritati corporis Christi conformior, quanto pro ejus amore fuit vita ista humilior.

Orat. 3. de
resurr.

1. Cor. 15.

Psal. 5.

Orat. de
pasce.

Ser. 1. de
resurr.

4. 1. 1.
2. 2. 700

Hom. 8. de
resurr.

Lib. 4. in
lib. sal. de
eri. & oper

Lib. 4. c.
28. de fide.

Conc. in
oib. pasce.

Tractatur in hoc discursu de nonnullis resurrectionis figuris; varia etiam de illa adducuntur Scripturarum autoritates.

Item de Christo B. Virgini apparente. Denique qualiter intelligendæ sint tres dies & tres noctes mortis Christi.

DISCURSUS VIGESIMVS.

Resurrexit tertia die secundum Scripturas.

1. **S**ancta Mater Ecclesia in hisce verbis symboli Nicæni duas præcipuè veritates nos edocet, scilicet primo resurrectionem Redemptoris eo modo adimpletam esse, quo à Scripturis prædicta fuit. Secundo resurrectionem Christi futuram tertia die. Quod primum punctum attinet, nonnullas insinuabo resurrectionis figuras & testimonia à Spiritu sancto in sacris literis expressa; ac demum secundo loco exponam modum, quo triduum illud mortis Christi intelligi debeat.

To. 11. 17. 1.

2. Doctissimus Salmeron aliquas Christi à mortuis resurgentis figuras pauculis verbis recenset, dum ait: Ecce sibi Adamum post Evam ex costa sua fabricatam, à somno excitatum; Ecce Noe à somno & ebrietate solutum, ut malediceret in Cham Ludao, & in aliis duobus filiis benediceret genibus; En Isaac tertio die ab immolationis monte vivum revertentem; Ecce Ioseph venditum ac mortuum reputatum, inventum tamen Ægypti Principem ac Dominum; Ecce Ionam in lituis redivivum è ceto projectum; Ecce Danielem erutum de lacu Leonum, & adoratum à Chaldæis; En Virgam Aaronis, qua sicca refloruit; En columbam redeuntem sub vesperam ad arcam cum ramo olivæ in ore; En templum solutum, post triduum reedificatum; En granum frumenti, quod

in terram cadens mortuum fuerat, vivum resurgens, & multum fructum ferens. Eusebius Emissenus ad ostendendam, quo ad resurrectionem, aliquam creditibilitatis evidentiam, illud ab Eliseo patratum miraculum adducit, quando cadaver occisi hominis à latronibus in sepulchrum Elisei projectum, ad solum ossium illorum contactum, revixit. *Quis hic alius præfigurabitur, inquit, nisi Dominus noster Iesus Christus, qui resurrectionem de morte largitur, & vitam sepultus operatur? In latrone reum mundum, in Propheta virtutibus Christum Dominum recognosce.* Idem quoque alibi de Iosepho scribit: Legimus B. Ioseph carcerem, in quem ipse missus fuerat, in potestatem habuisse, ex eo etiam alios liberasse. Ecce Ioseph noster non solum illo inferni carcere, quo conclusus fuerat, non tenetur, sed etiam aliis per eum mortis claustrum laxatur. Guericus Abbas loco thematis primi sermonis sui Paschalis, hæc verba proponit: Nun- *Serm. 1. de* *traverunt* Iacob dicentes: Ioseph vivit. Et *resur.* *parallelos,* qui inter Historiam Iosephi & resurrectionis intercedunt, prolixè exponit. S. Bonaventura accuratè observat, quod Salvator noster in conspectu Apostolorum suorum redivi corporis sui specimen aditurus, piscem comederit assum; Per piscem assum intelligitur *In Luc,* *assumptio* humanitatis assumpta; unde Beda: *Piscis assum est ipse mediator passus in aquis hu-* *mani*

Iudic 16

mani generis, captus, affatus tempore Passio-
nis; in huius figuram dicit Tobias de pisce capto,
cordis eius particulam, super carbones ponas,
fumus eius extrahat omne genus Damaniorum;
hic est p̄sis, in cuius ore invenitur p̄sium
nostra Redemptionis. Fuit quoque Sampson
figura Christi resurgentis; Cum enim in peri-
culo esset, ut à Philistæis in Gaza caperetur,
hinc eum in finem fores civitatis clausu-
rant, multasque circa ipsum custodias collo-
carant, qui ipsius egressum attendere in tem-
pesta nocte excitatus, evulsas è cardinibus suis
fores seu portas, humerisque suis impositas in
montem usque extulit. Et quidem S. Gregori-
us resurrectionem Christi per factum istud plus
quam per quasvis alias veteris Testamenti fi-
guras adumbrari opinatur; siquidem & Chri-
stus media & in tempesta nocte à mortis som-
no excitatus, portas quoque infernales resera-
vit: inferni claustra penetrans, tuos captivos
redimens victor triumpho nobili. Ante lucem
resurgens, inquit Gregorius, non solum liber de
inferno exiit, sed ipse etiam inferni claustra
destruxit. In Genesi scribitur: Deum post dilu-
vium Noë memorem, Spiritum suum misisse
super terram. Recordatus est Deus Noë & ad-
duxit Spiritum super terram. Per Noë, inquit
Rupertus Abbas, Christus significatur, per ar-
cam sepulchrum; vita verò per Spiritum; a-
deoque Spiritus sanctus eo in loco vult innue-
re, quod Deus Pater post ingressum illud sangui-
nis diluvium filii sui in sepulchro quiescentis
memor, suum ad ipsum vivificandum miserit
Spiritum, Jacob licet in lucra eam Angelo ha-
bita victor evasisset, ab Angelo tamen devicto
benedicti postulavit: Non dimittam te, nisi be-
nedixeris mihi. Qua in re Jacob præter mo-
dum agendi consuetum fecisse videtur, siqui-
dem æquius fuisse videtur, si victus sese coram
victore humilians, ab eo benedictionem sibi
impetiri rogaret. S. Augustinus super illa ver-
ba Psalmi: Excita potentiam tuam & venit,
dicit: Ecce tibi ejus, quod à Jacobo factum
est, mysterium. Nunquid enim hunc in Cruce
suspensum Christum vides? Quis hunc devi-
ctum & superatum esse non diceret, utpote
qui à Judæis occisus est. Et tamen ipse est, qui
brachia sua extensa, ut nobis resurgendo suam
benedictionem donet. Hilarius Arelatensis
dicit Jacobum significasse populum Hebræ-
um, qui sibi, ut dictum est, victor fuisse visus

Lib. 4. in
Gen. c. 2.Gen. 32.
26.Hom. 6. de
resurr.

est, quando necem Christo intulit; potuitque
cum Jacob merito dicere: *Vidi Dominum facie
ad faciem*; quia triginta tribus annis facie
ad faciem cum ipso conversatus fuit. Per An-
gelum figuratus est Christus, qui est magnicon-
silius Angelus. Adversarios benedixit, quando
& pro interficiendis supplicavit. Per Jacob
verò, ex contracto nervo claudicantem, popu-
li illius multitudo denotata fuit, qui in veri
Dei, notitia claudicabat. *Quid est quod uno pe-
de claudicat? Hoc est, quia de latere, hoc est,
de Iudæorum genere, Christo resurgente, pars
credidit, pars in infidelitate permansit, & à
justitia & vite tramite claudicans.* Similiter
Paulus de Palatio ad præsens propositum vo-
strum eundem Jacob, considerat, quod scilicet
is Esau fratris sui odium fugiens, cum fatiga-
tus nimium esset, super Petra seu lapide, quem
capiti suo subiecit, requiescens, mysticam pro-
digiosæ illius scalarum visionem habuerit: unde à
somno evigilans dixit: *Vere Dominus est in lo-
co isto; non est hic aliud, nisi domus Dei, &
porta cæli.* Surgens verò mane tulit lapidem &
erexit in titulum. Fugiens ita Christus à Iudæ-
is, venit ad Crucem & ad sepulchram; ibi
dormire volens, sepulchrum in lapide sectum, de-
legit, super lapidem caput reclinans; in eo loco
scalam ipse fecit, ex inferno ad sepulchrum & à
sepulchro in cælum, per eam scalam Angeli
descendebant, & anima sancta festivissime
ascendebant. Cum igitur & somno Christus e-
vigilat, fatetur in eo loco jacuisse Deum, eum
denique in carne resurrexisse, facatur etiam
mortem ipsius nihil aliud esse, quam portam cæli.
Quod verò lapis sepulchri sit, creditus in situ-
lum, præsens experientia testatur; lapis enim
monumenti arca est etiam nunc, super qua sa-
crificium Domino celebratur. Ad rem igitur
nostram; ut Jacob manè à somno surrexit; ita
& Christus mane surgere debuit. Porro ad re-
surrectionis probationem, idem author ali-
quot adducit sacræ Scripturæ testimonia: *Fo-
derunt ante faciem meam foveam & incide-
runt in eam.* Ipsi quidem Christi memoriam
in monumentum istud sepelire & in oblivio-
nem redigere sperabant, at verò inde præter
opinionem ipsorum immortalis & æterna ip-
sius gloria excellentius, quam unquam in tota
vita sua resurrexit, & emicuit. *Quis non vide-
at, cum Iudæi Christo paraverunt mortem, eos
ante faciem Christi foveam parasse, in eam ta-*
men

men incidisse? David quoque resurrectionem
Messias multis in locis prædixit, maximè ta-
men hisce verbis: Exurge gloria mea, exurge
psalterium & cythara, exurgam diluculo. Ubi
Rupertus Abbas ait: Respondit cythara illa
paterna laudi, psalteriumque sempiternæ ejus
jubilationis, exurgam diluculo. Est quoque
valde perspicua & clara illa Prophetia: Non
derelinques animam meam in inferno, nec da-
bis sanctum tuum videre corruptionem; verum-
tamen Deus redimet animam meam de manibus
inferi. S. Bonaventura Aaronis Virgam, quæ
arida cum esset, germinavit, considerat, di-
cens: Virga arida fuit caro Christi in morte: arida
utique propter sanguinis extractionem & Spiritus
emissionem; in flore autem gloria corporis
resurgentis significatur; resloruit caro
mea. Psal. 27. Aaror: Christum significat sum-
mum Sacerdotem. Virga igitur arida floruit,
quando caro Christi mortua resurrexit.

3. Surrexit Dominus verè, inquit etiam Ang-
gelus: Et quidem huic veritati, ut inquit Do-
ctor Angelicus omnes creaturæ testimonium
perhibuerunt. Cælum, terra, infernus testimo-
nium reddiderunt resurrectioni. Cælum enim
misit Angelos, terra tremuit; Terra motus fa-
ctus est; Infernus quoque multas animas res-
stituit. Enimvero Christus se à devotis Mariis
rangi permisit: Quia forsitan (inquit Paulus
de Palatio) nisi tangeretur, fides in illis non
firmaretur; ut ergo certissimè de resurrectione
restarentur, tangere permittuntur. Porro Sal-
meron duodecim hoc die à Christo variis in
locis factas apparitiones enumerat, inter quas,
illam, quæ sanctissimæ Matri suæ contigit,
primo omnium loco reponit. Et quidem de
hac dubitari nequit, licet Evangelistæ ejus
nequidquam meminerint. Cujus Rupertus
Abbas, De divinis officiis hanc rationem ad-
ducit: Verissimè ergo Matri: filius resurgens ap-
paruit, & illa ut ab initio caperat, ita & nunc
conservabat omnia verba hæc conferens in cor-
de suo; quod si idcirco verum non videtur, quia
nullus Evangelistarum scriptis hoc testatur,
consequens est, quod nunquam post resurrectio-
nem suam visus sit Matri, quia quando vel ubi
apparuit illi nullus nominatim edixit. Sed absit
hoc ab illo, qui in lege sua Patrem & Matrem
honorare præcipit; absit, inquam, ut Matrem
se doloris gladio transverberatam tam dura ne-
ligentia talis filius inhonorarit. Non sic Apo-

stolica sancta Romana Ecclesia sensit veritas,
quæ hanc Beatam Ierusalem in principio latè a
sua proposuit: Nam cum hac prima die Pascha
stationem ad hanc, de qua loquimur, sanctam
Mariam; Missa officio præscripsit, quid aliud
quam Ierusalem in principio lætitiæ suæ propo-
suis. Rationes autem, cur Evangelistæ hac de
re fileant, à nonnullis factis expolitoribus tan-
guntur. Lucas Burgenis dicit: Quia Matri
apparuit honoris & consolationis ergo dunta-
taxat, Non ut e resurrectionis suæ veritatem,
quam illa credebatur, etiam non visam persua-
deret, aut ut illa resurrectionis illius esset testis;
ideo illius apparitionis non meminerunt ad fi-
dem faciendam. Hugo Cardinalis dicit: Bene
credo, quod Matri sua sapissimè apparuit, sed Ser. 57.
tamen non legitur, sed quare? Vt carnalem a. 2. c. 3.
affectum in huius, qui sunt mundo mortui & Deo
vivi, mortuum ostenderet. Et super S. Lucam:
Vt mortuum mundo carnalem affectum non ha-
beant ad parentes. S. Bernardinus ait: Quia
enim Spiritui sancto cura erat per Scripturam
Evangelicam illas apparitiones describere, quæ
carnalibus hominibus possent de resurrectionis
Christi fide dignum testimonium perhibere, &
maternus affectus in eorum oculis minueret
veritatem.

4. Tertia die resurrexit. Examinandum
nunc est, quæ ratione triduum illud intelligi
debeat. Lyranus ait: Ipsi tamen dies accipiendi
sunt per yncedochen; quia primus & tertius post Pascha
non fuerunt integri. Innocentius Tertius ait:
Tribus diebus & noctibus, id est, tribus inter
dies & noctes, quia duabus noctibus & uno die
integre fuit in corde terra. Sanctus Bernardus
ita loquitur: Nec verò resurrectionem distulit
ultra tertium diem, ut Prophetæ fidelis inve-
niatur qui dixit: Vivificabit nos post duos dies, in
die tertia resuscitabit nos. Maxima autem
difficultas, quæ in hoc puncto consistit, fun-
datur in textu quodam ipsiusmet Christi di-
centis: Sicut fuit Ionas in ventre Ceti, tribus
diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis
in corde terra tribus diebus & tribus noctibus.
Et quidem de diebus dici potest, quod tres
tetigerit, in noctibus verò præcipua difficul-
tas consistit. S. Ambrosius ingeniosè discurret,
ut demonstret Solem ad nuntiandam mundo
resurrectionis gloriam sollicitum fuisse, ideo
quæ ne factis literis præjudicet, tenebras trium
horarum dici Veneris in unam noctem com-
putavit:

Psa. 56. 91

Lib. 1. c. 5.
in loc. de
Trin. &
oper.
Psa. 15. 10.
Psa. 88. 16.Ser. 3. de
resur.In festo
resur.

Li. 7. c. 25.

In Marc.

In Dom.

Serm. 1. de
resur.Mat. 10.
20.To. 4. c. 3.
de interpe-
li. 1.

putavit: *Qui enim ponenda* (inquit S. Gregorius Nyssenus) *& rursus sumenda anima, cum vellet habebat potestatem, poterat etiam tanquam seculorum auctor efficere, ut actionibus suis tempus inseriret, non autem actiones temporis.* S. Ambrosius solem loquentem introducit dicens: *Inveni quid faciam, ut & moras non faciam, & numerum dierum meorum custodiam; non faciam integrum diem & integram noctem, abbreviabo horas, tribus quidem diebus ac noctibus sit inter mortuos Dominus Iesus: citius tamen quam trium dierum &*

Ora. 1. in Pasce.

noctium inter valla patiuntur resurgat à mortuis. S. Gregorius Nyssenus insuper hanc considerationem facit: *Nam si Deus noctem tenebras appellavit, tribus autem horis tenebræ facta sunt super universam terram: spatium illud in dies medio constitutum nox fuit.* Unde trium dierum triumque noctium rite colligitur. Idemque quoque Innocentius III. in sermone citato consideravit. Et S. Leo dicit:

Dens; tenebris splendor solis obductus; extraordinaria noctis subdidit diem.

Ser. 1. de Pasce.

FINIS.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto; Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.



INDEX MATERIARUM

ET

RERUM NOTABILIVM

Hoc Tomo primo Contentarum

A

Abdias Propheta per divinam providenti-
am impio Regi Achato præficitur, ut
servis Dei cum regia autoritate ferret au-
xilium disc. 1. de S. Sebastiano n. 4. in fine,
Abyssus horribilis quondam Romæ extitit
disc. 8. de Resurr. n. 3.
Abraham cur dictus caput credentium disc. 5.
de Epiph. n. 3. In qua figura prima vice De-
um viderit. ibid. summa ejus qua in re appa-
ruerit obedientia. disc. 3. de S. Francisca 8.
Qua de causa verus lex porum aceti vertuerit,
disc. 9. de Resurr. n. 3. Quare Christus in
cruce illud bibere recusavit. ibid.
Achylles inter domicellas Regias artificio U-
lyllis repertus est esse masculus disc. 5. de S.
Sebast. n. 5.
Adam de terra incorrupta formatus disc. 1. de
Annunt. n. 4. Quare propriis Dei manibus
plasmatus ibid. n. 5. In ipsius formatione
omnipotentia Dei relucet. ibid.
Adamas cur in antiqua lege inter alios lapides
pretiosos non fuerit adhibitus ad exornan-
dum rationale Pontificium. disc. 6. de S.
Matthia n. 2.
Adulatio est perniciofa disc. 3. de S. Antonio
n. 4. & 5.
Agnus Paschalis quomodo coquendus in ve-
teri lege disc. 5. de Resurr. n. 2.
Agnetis Virginis & Martyris laus disc. 1. de S.
Francis. n. 11.
Alexander magnus & suas & militum suorum
divitias seu prædas comburi iussit, ut sine
aliquo etiam impedimento alienas eò faci-
lius expugnarent provincias disc. 4. de S.
Anton. n. 12.
Alexander vilis adhuc & gregarius miles ad-
monitus fuit, aut mutaret nomen aut mo-
res disc. 9. de circumcissione n. 2.

Mansii, Sanctuaris Tom. 1.

Alexander Episcopus Bizantinus virtute fa-
cratissimi Nominis Jesu disputantem Phi-
losophum gentilem obmutescere fecit. disc.
10. de circumcis. n. 3.

Alexius de cælo descendit ad sanandam san-
ctam Franciscam Romanam disc. 5. de S.
Francisc. n. 11.

Ambitiosus se valde reddit suspectum dum ad
obtinendos honorum gradus nimias pro-
curat sui recommendationes. disc. 1. de S.
Matthia Apost. n. 6

Ambitiosus intrudens se ad honores sufficien-
ter ex hoc iisdem se indignum ostendit.
disc. 3. de S. Matthia n. 4.

Ambitio & damna ejusdem. disc. 2. de Annunt.
n. 3.

Amor Dei est anima animæ nostræ. disc. 1. de
circumcis. n. 2. Est regula, norma seu me-
sura perfectionis. disc. 1. de S. Antonio, n. 2
est sagitta vulnerans pectora disc. 3. de S.
Sebast. n. 5. & disc. 5. de S. Sebast. n. 1. In-
vitat Deum ad nos disc. 1. de Epiph. n. 4. Est
signum discipuli Christi. disc. 4. de S. Matth.
n. 2. Superat omnes difficultates. disc. 4. de
Resurr. n. 1. Non timet pericula ibid.

Amor Christi tantus fuit, ut ab infantia pro no-
stra salute continuum eidem quendam cau-
saret agonem. disc. 4. de circumcis. n. 1.
Non sufficiebat Christo effundere parum
sanguinis, licet ad redimendum sufficientem.
ibid. n. 2.

Amor aut præsupponit amicum se amantem,
aut eundem sibi assimilat. ibid. disc. 4. n. 2.

Amor parentum erga proles quam si potens
disc. 4. de S. Sebast. n. 4.

Angelus noster custos quanta nobis adferat
beneficia. disc. 4. de S. Francisca. n. 1. & 2.
Quot habuerit Beata Virgo Maria ibidem.
Quisnam ex iisdem proprie assignatus fue-
rit Beatæ Virgini. disc. 8. de Annunt. n. 2.

Bbb

Angc-

INDEX MATERIARUM

Angeli boni & Angeli mali quid fecerint in Incarnatione Verbi divini. disc. 2. de Annunt. n. 2.
Angelus quare federit supra lapidem sepulchri. disc. 4. de Resurrect. n. 3. disc. 6. n. 2. disc. 18. n. 1.
Angelus fuit missus ad Judith pro patrandi facinore contra Holofernem. disc. 4. de S. Francisca n. 3.
Angelus annuntians Resurrectionem Christi, cu eundem nominaverit crucifixum. disc. 5. de Resurr. n. 1.
Angeli sic dicti, ab officio non à natura. disc. 3. de annunt. n. 6.
Angeli cantant laudes beatissimæ Virginis. d. 3. de Resurr. n. 3. in fine.
Angeli cur depingantur ita juvenes. disc. 12. de Resurr. n. 2. Non intellexerunt modum Incarnationis Verbi divini. disc. 10. de Ann. n. 2.
Angeli Apostata in nomine JESU è cælo ejecti sunt. d. 8. de circumc. n. 1.
Angelus annuntians Incarnationem Verbi divini erat & quidem secundus ex Seraphinis. disc. 3. de Annunt. n. 5. In specie seu figura humana salutat virginem. disc. 4. de Annunt. n. 7. Item disc. 8. n. 2. Item media nocte. ibid. Quare non appellantur eam proprio nomine. d. 5. de Annunt. n. 1. Quales Deus eidem pro perficienda Verbi divini annuntiatione dederit instructiones. d. 2. de annunt. n. 6. & seqq. Idem quoque beatissimæ Virgini assignatus fuit in tutelarem. n. 8. de annunt. n. 2.
Animam solum considerando quod nemo possit ab ipsa auferre Deum vivit læta & quieta. d. 5. de purif. B. Virg. n. 2. Est Templum Dei. d. 6. n. 4. de purif. Animarum procurare salutem est opus gratissimum Deo. d. 4. de S. Matth. n. 2.
Anni novi initium cur ducatur in die circumcifionis, seu primæ effusionis sanguinis D. N. J. Christi. d. 3. de circ. n. 4.
Annus novum quo mensis inceperint Hebræi & cum quibus cæremoniis. ibid.
Antipatrum honorabat Alexander quia erat ipsi instar patris. d. 6. de S. Josepho. n. 1.
Antonius Abbas, de eodem fusè tractatur, disc. quinque. Incedit per tres in studio perfectionis usitatas vias incipientium, proficientium, & perfectorum. d. 1. de S. Antonio. n.

2. In quo superavit S. Paulum primum Eremitam. ibid. n. 3. Quare prope eum pingitur ignis. ibid. n. 4. Dendario ardet Martyri. ibid. n. 12. Induebat se albis vestibus ut coram Tyranno dignosceretur esse Catholicus. ibid. fuit singularis mundi Advocatus. ibid. n. 13.
Apes malum odorem & omnem immunditiam oderunt. d. 9. de purif. n. 3. Apes incorruptæ & virgines solæ sunt habiles ad conficiendum mel & cæram. d. 2. de purif. n. 9.
Apostoli significati per cælum quomodo intelligendum. d. 4. de S. Matth. n. 2.
Arca in medio Jordanis per sacerdotes sustentata designabat Ecclesiam officiis magis sacris occupatam. d. 13. de Resurr. n. 1. ferè in fine.
Archangeli duo assignati sunt S. Francisca Romanæ in Custodes. d. 4. de S. Francisca n. 1.
S. Athanasius dum venit Romam secum attulit vitam S. Antonii Abbatis & quem in finem.
Aula & Aulici hujus sæculi quam sint difformes ab iis qui sunt Christi. d. 9. de Epiph. n. 3. Tot in aulis sunt inimici quot Aulici. d. 3. de S. Sebastiano. n. 3. & 6. Pietas & Aula non bene conveniunt. d. 6. de eodem n. 4. Quomodo Aulam possint inhabitare & frequentare servi Dei. d. 3. de eo. n. 2.
Aurum parvulo Christo à Magis oblatum quid significet. d. 10. de Epiph. n. 4.

B

Bacchanalia hodie dum à Christianis usitata magno iisdem sunt dedecori. d. 7. de Epiph. n. 3.
Barthabas cum sancto Matthia de Apostolatu quasi certans, erat ex consanguinitate Christi & Præteritium Apostolorum. d. 1. de S. Matth. n. 6.
Bartholomæus Cardinalis, & pius ejus votum datum pro Canonizatione S. Francisca Romanæ. d. 1. de S. Francisca n. 11.
Bellum quod justi inferunt suis internis passionibus indicat pacem, quam habent cum Deo. d. 15. de Resurr. n. 1.
Bellum civile olim Romæ statim exoriebatur cessantibus externis. ibid.
Bellum internum proba est malorum. ibidem.

- num. 2. Item disc. 14. de Resurr. n. 14.
S. Bernardinus Senensis pronuntiando nomen
J. E. S. U. Paduæ obsessam liberat à Dæmone.
 D. 8. de circumc. n. 5. In eadem hora quâ
 mortua est S. Francisca Romana illam ex
 suggestu sanctam proclamat. D. 2. de ead.
 n. 8.
Blaspheumat Dæmon, dum dicit Christo quòd
 venerit ipsos perdere, non dicere debuisset
 Christum venisse pro omnium salute. D. 7.
 de circumc. n. 1. in medio.
Bonus latro, & ex quo in cruce singularitez di-
 gnoscendus. D. 17. de Annunc. n. 2.
Bonus inter malos manens bonus, est revera
 perfectus. D. 1. de S. Sebast. n. 2.
Bona intentio magis respicitur à Deo quàm ip-
 samet opera. D. 10. de Epiph. n. 7.
Bonifideles assimilantur conchyliis & unioni-
 bus marinis, & quam ob causam. D. 6. de S.
 Sebast. n. 7.

C.

- S.** Cæcilia Virgo & Martyr, ejusque laus, D.
 1. de S. Francif. n. 9.
Ceremonias aulicas Deus in suis seruis abhor-
 ret. D. 4. de S. Francif. n. 6.
S. Cajus Papa quam insigni titulo honorârit
 S. Sebastianum Martyrem, D. 1. de S. Seba-
 stiano in fine. & D. 2. de eod. n. 1.
Cancer marinus per intercessionem S. Francis-
 scæ Romanæ ad recreandum appetitum cu-
 jusdam infirmi miraculosè inventus fuit. D.
 5. de S. Francif. n. 9.
Candela accensa in manu moribundi quid fig-
 nificet. D. 10. de purif. n. 1.
 Benedicta & accensa valet contra Dæmo-
 nes. ibid. n. 2. Quem in finem deferantur in
 Processionibus. ibid.
Caput decollatum S. Pauli Apostoli tribus sal-
 tibus tribus quoque vicibus protulit nomen
J. E. S. U., ex quo factò tres quoque scaturivère
 fontes dicti ad Aquas Salvas, D. 5. de cir-
 cumc. n. 3.
Castitas inter virtutes maximè oppugnatur. D.
 16. de Resurr. n. 2. Fortificat corpus, D. 3. de
 S. Francisca. n. 11. Amatores suos quasi An-
 gelos reddit. D. 4. de S. Francif. n. 9. Casti-
 tas inter conjugatos est rarissima & excel-
 lentissima. D. 2. de S. Francisca. n. 3. & seq.
S. Celantia quomodo à S. Hieronymo fuerit

instructa in pietate & devotione Christiana
 etiam in maximis curis bene gerendæ rei
 domesticæ necessariis. D. 1. de S. Francisca,
 n. 4.
Charitas fraterna est signum discipuli Christi
 D. 4. n. 2. de S. Matthia Apost. & D. 4. de an-
 nunc. n. 4. Est vinculum nos uniendi Deo,
 D. 13. de resurr. n. 1. ferè in medio.
CHRIStUS quare voluerit nasci potius de He-
 bræa quàm de muliere alterius nationis. D.
 1. de circumc. n. 9. quare redemptus fuerit
 pretio quinque Siclorum, quando fuit in
 Templo præsentatus. D. 3. de purif. num. 2.
 Adhuc Infans noluit tangi nisi manibus pur-
 ris & immaculatis. D. 2. de purif. n. 8. San-
 guis ejus in Circumcisione effusus dotis
 quasi loco fuit Ecclesiæ suæ sponsæ. disc. 4.
 de circumc. n. 4. Incarnatus est ad preces
 B. Mariæ Virg. D. 6. de Annunciat. n. 3. Ad-
 huc Infans agonizabat pro nostra salute. D.
 4. de circumc. n. 1. Primo instanti suæ In-
 carnationis dicit initium suæ passionis. D.
 14. de Annunc. n. 4. D. 17. de Annunc. n. 1.
 Incarnatus est eo præcipuè tempore, dum
 mundus maximè esset in maligno positus.
 D. 14. de Annunc. n. 1. Ut dignosceretur esse
 noster servus, voluit esse insignitus signo
 circumcissionis. D. 1. de circumc. n. 7. Quæ-
 nam in Christo fuerit poena major, num
 corporis an verò desiderii. D. 17. de Annunc.
 n. 2. Quod fuerit maximum tormentum
 quod passus est in hoc mundo. ibid. Plus
 prodest Christum in corde habere per fidem
 quàm oculis videre corporeis. D. 6. de puri-
 fic. n. 4. & seq. post mortem S. Josephi ag-
 nitus est pro Filio Dei. D. 7. de S. Josepho.
 n. 5. Præfiguratus est per Leonem, disc. 16.
 de Resurr. n. 1. Item per virgam Aaronicam,
 D. 20. de resurr. n. 2. Item per umbram, D.
 11. de Annunc. n. 2. & seq. Item per Cister-
 nam Bethlehemiticam, D. 4. de S. Josepho,
 n. 5. Crucifixus est eodem mense & die quo
 incarnatus est, D. 17. de Annunc. n. 1. qua-
 re in Cruce acetii potum bibere recusavit,
 D. 9. de resurr. n. 3. Ejus resurrectio nos doc-
 cet à vitis resurgere. D. 12. de resurr. n. 1.
 Quare se manifestavit Mariæ Magdalene &
 aliis duabus dum à monumento revertere-
 tur, non verò prius dum ad illud irent, D. 9.
 de resurr. n. 2. Quare apparuerit Magdalene
 in figura hortulani, D. 12. de resurr. n. 1. quare

INDEX MATERIARUM

Christus per se ipsum non constituerit Iudæ Successorem, sed reliquerit toti Collegio Apostolico electionem liberam. d. 1 de S. Matth. n. 2. Quomodo verificetur quod Christus regnauerit in throno Davidis, d. 15. de annunt. n. 8. d. 17. de annunt. n. 11. Prius consolatur peccatores quam iustos. d. 17. de resurr. n. 2. In iis vere regnat, qui persecuti, bonum reddunt pro malo. d. 15. de annunt. n. 8. Christus ubi inueniatur. d. 8. de Epiph. n. 10. Ibi inuenitur ubi de ipso sermo miscetur. n. 9. de resurr. n. 8. Christus incipit se à nobis abscondere, quando nos incipimus magis ad peccatum inclinare. d. 13. de resurr. n. 1.

Circumcisio erat in Christo necessaria ut haberetur pro legitime descendente ab Abrahamo. d. 1. de circumc. n. 3. Ut oculos lateret humanos occultabat Divinitatem. d. 11. de circumc. n. 7. Circumcisus est ut pœnam circumcisionis in nobis in Baptismum commutaret. ibid. n. 6. Ut nos doceret quatuor species Circumcisionis Spirituales. d. 2. de circumc. per totum.

Clerus in lingua Græca idem dicit quod Sors. d. 5. de S. Matth. n. 8.

Columba sive Turtura, quam ob causam oblati sint in templo in præsentatione Christi. d. 4. de purifi. n. 1. & seqq.

Columba apparens testatur Sanctitatem Sancti Fabiani Papæ. d. 6. de S. Sebastiano n. 7.

Cœlum & Corporis cœlestis operationes cum propria ejusdem epigraphie. d. 3. de S. Antonio n. 8. Quomodo per Cœlos intelligendi sunt apostoli. d. 4. de S. Matt. n. 2.

Complacentia vana quam sit perniciofa. d. 3. de S. Antonio n. 5.

Conceptio Spirituales quomodo in nobis possit cauere similitudinem humanitatis Christi. d. 15. de annunt. n. 4.

Confessio Sacramentalis figurata per tres Marias ad sepulchrum. d. 4. de resurr. n. 4. in fine.

Consanguinitas non debet esse motivum seu subjectum promotionis ad prælaturam. d. 6. de S. Matt. n. 2.

Conscientiæ malæ quanta sit inquietudo. d. 14. de resurr. per totum.

Consuetudo peccandi quomodo tollatur. d. 4. de resurr. n. 3.

Constantino Imperatori, impio profusus consilio ab Idololaris ad pellendam lepram prescriptum est balneum confectum de sanguine recens natûrum puerorum. d. 7. de circumc. n. 1. circa medium discursus se unâ cum filiis suis recommendat per litteras S. Antonio Abbati. d. 1. de S. Anton. num. 96.

Corvix tactum perdit vitam. d. 3. de circumc. n. 2. læticia cordis est signum Christianæ perfectionis. d. 1. de S. Antonio n. 103.

Corvus Prophetæ Sophoniæ & ejus significatum. d. 12. de circumc. n. 2.

Creaturæ omnes exultarunt propter resurrectionem Christi. d. 3. de resurr. n. 5.

Cromatius Romæ præfectus conversus est ad fidem per sanctum Sebastianum Martyrem. d. 3. de S. Sebastiano n. 8.

Crux Christi quam sit Triumphalis. d. 16. de resurr. n. 6. Figurata per potitas victorias Israelitarum. d. 8. de circumc. n. 2.

Curiositas quam sit perniciofa. d. 2. de añt. n. 2.

Curtius Romanus quam ob causam se præcipitavit in abyssum. d. 7. de resurr. n. 3.

D

Demetria Romana; ejusque laus. d. 1. de S. Francisca. n. 2.

Dæmon malè eos excipit, qui Nomen Jesu in vanum proferunt. disc. 9. de circumc. n. 2. Projecit ante S. Antonium bacile argenteum ad eum tentandum de avaritia. d. 2. de S. Antonio. n. 4. apparenter & fide se tantum humiliat ad decipiendas piâs animas. d. 4. de S. Francisca n. 3. Prævalet contra eos qui eum timent. d. 3. de S. Antonio n. 7. Blasphemat dum dicit de Christo quod venerit Dæmones perdere, nam dicere debuisset, quod venerit pro omnium salute. d. 7. de circumc. n. 1. in medio.

Devotio S. Thresæ erga S. Josephum. d. 8. de S. Josepho. n. 3.

Deus condescendit & se accommodat nostris infirmitatibus. disc. 6. de purificat. num. 3. quando nos operamur seu facimus quod est possibile à parte nostra; supplet hoc quod est à parte sua. disc. 4. de resurr. num. 4. in qua figura prima vice apparuit Abrahamo. disc. 5. de Epiph. num. 3. remunerat

bona

bona etiam cum externa æstimatione hominum & occultare se volentes glorificat apud homines, disc. 1. de S. Antonio. n. 2.
 Vult bene sibi serviri à quocumque in proprio statu disc. 6. de S. Sebast. num. 1. & seqq. est individuus Comes B. Mariæ Virg. usque ad instans ejus Conceptionis D. 6. de annunt. B. V. M. n. 1. Poterat operari mysterium Incarnationis sine consensu Virginis c. 13. de annunt. n. 1. Vocat per se ut sit natus prædestinati, sed exigit à nobis benedictum perari ut simus electi D. 1. de S. Matth. n. 5. per mysterium Incarnationis strictissime nobis unitus est D. 1. de annunt. nu. 9. succurrit in necessitate disc. 4. de resurr. nu. 2. quare formando hominem inspiraverit in faciem, D. 11. de resurr. n. 2.
Diaconi electi in Apostolos representabant septem spiritus assistentes Deo D. 4. de S. Franc. n. 14.
Dies quot modis accipi possit, D. 1. de resurr. n. 1. quare dies resurrectionis dicatur factus à Domino, ibid. Eiusdem nominis ethymon, ibid. Dies qui erat sabbathinus apud Hebræos, quis sit apud nos Christianos D. 21. de resurr. n. 1.
Diligentia valde à Deo remunerata D. 4. de resurr. n. 2. 3. & 4.
Discipuli in Emaus quare à Christo propria manu communicati, D. 5. de resurr. n. 2.
Displicentia sui ipsius & omnihonoris est lapis lydius sanctitatis D. 3. de S. Matth. Apost. n. 4.
Divinitas quando fuerit in Christo cognita D. 7. de resurr. n. 1. in fine.
Divitia retardant cor humanum à magnis & generosis facioribus D. 4. de S. Antonio num. 12. Introduxerunt Idololatriam, ubi non erat, eandemque firmarunt & forerunt ubi erat D. 6. de S. Sebastiano n. 2.
Doctrina est necessaria eligendo in Prælatum, D. 1. de S. Matthia n. 5. in fine.
Dona oblata Christo à Magis, eorundemque mysteria, D. 1. de Epiph. n. 13. Item D. 10. de ead. n. 3.
Dos B. Virginis qualis fuerit quam contulit sposato suo sancto Josepho, D. 16. de annuntiatione per totum.
Drachma perdita à muliere Evangelica significat perditam innocentiam à Protoparenti-

bus, reinventam per Incarnationem verbi divini. D. 10. de Annuntiatione n. 1.

E.

Ecclēsia quàm bona intentione debeat frequentari D. 5. n. 11.
Electio superioris Ecclesiastici ferri debet congregatis legitimis electoribus disc. 1. de S. Matth. n. 2.
Elifaus Propheta resuscitans cadaver mortui suo in sepulchro collocati figura est resurrectionis mortuorum, D. 20. de resurr. n. 2.
Episcopus non debet quæri ad quiescendum. D. 1. de S. Matth. n. 8.
Episcopus quare duabus vicibus in Missa dicat Pax vobis, D. 15. de resurr. n. 1.
Exor. Hæreticorum Valentianorum concernit Mysterium Incarnationis. D. 1. de annunt. n. 51.
Eva erat virgo dum transgredereetur præceptum divinum, D. 1. de annunt. n. 2. quale fuerit ejus peccatum ibid. & seqq. quomodo fuerit à Deo maledicta & punita ibidem n. 9. & 10. prius vocata mater morientium quàm viventium ibid. n. 5. retrogrado ordine salutata est à serpente sicuti Maria virgo ibid. n. 4.
S. Eucharistia qualem puritatem requirit in recipientibus eandem disc. 1. de purificatione n. 7.

F.

S. Fabiani Papæ sanctitas per apparitionem Columbæ declaratur, D. 1. de S. Sebastiano num. 7.
Fabiolæ Romanæ laus disc. 1. de S. Francisca num. 3.
Facies Christi emittebat radios occultæ divinitatis. D. 2. de Epiph. n. 2.
Februarius dictus à Februa matre Martis n. 10. de purific. n. 1.
Fermentum contrapostum azymis, quip significet D. 12. de resurr. n. 2.
Fides humanas excludit rationes. D. 5. de Epiph. n. 2. Item D. 8. de ead. n. 2. Est armatura fortissima Christianorum ad defendendum se & superandum inimicum. D. 4. de S. Sebast. n. 3. manifestat Christum à longè D. 6. de puri. n. 3.

B b 3

Fides

Fides maxima Magorum in quaerendo Christo infantulo, disc. 2. de Epiph. n. 1. 2. disc. 4. de eadem, n. 1. Magorum fides superat fidem Abrahami, boni latronis, & Centurionis Evangelici, disc. 5. de Epiph. per totum.

Figura Crucis & sanctissimi Nominis JESU victoriosos reddidit Israelitas, disc. 8. de circumcis. n. 2.

Filius sapiens quantum glorificet patrem suum, disc. 7. de S. Josepho, n. 1.

S. Flavia Domitilla laudata à S. Gregorio Papa, disc. 4. de S. Francisca, n. 3.

Felicitas terrena est valde periculosa, disc. 15. de Annunt. n. 3. Item disc. 8. de eadem, numer. 4.

Fortitudo laude digna, apud Deum quænam sit, disc. 2. de S. Francisca, fere per totum.

S. Franciscus Assisus quàm fuerit devotus erga nomen JESU, disc. 6. de circumcis. n. 4. recepit stigmata JESU in corpore ut anima ejus esset quasi Deificata, disc. 4. de S. Francisca, n. 12. Aliæ ejus laudes habentur, disc. 5. de S. Francisca, n. 18. & seqq.

S. Francisci de Paula laudes & Encomia habes, disc. 5. de S. Francisca, n. 12 & seq. quæque ad n. 17. inclusivè.

S. Francisca Romana fuscè laudatur discursibus quinque. per eandem Dormones valde cruciantur dum nomen JESU pronuntiat, licet illud mirandum in modum execrarentur & blasphemarent, disc. 8. de circumcis. n. 3. In meditatione sanguine creuentum recipit vulnus, quale fuit Christi crucifixi, disc. 1. de eadem n. 11. quinque vicibus potatur ex vulnere Lateris Christi ibidem, nu. 13. à longè sentit fœtorem impudicitæ, disc. 3. de S. Francisca. n. 3. Favores singulares eidem à Domino concessi, ibidem nu. 5. Supra modum venerabatur Religiosos, disc. 2. de ea n. 7.

Præter Angelum custodem ordinarium alios duos Archangelos habuit in custodiam suam deputatos, disc. 4. de ead. n. 1. quare Angelus qui S. Francisca visibiliter assistebat, vestitus fuerit instar Diaconi, disc. 4. de ead. n. 14.

S. Francisci Xaverii laus, disc. 5. de sancta Francisca, n. 1. 2. 4. 5. 6. 9. 8. 9. 10.

Fugere gloriam est quasi contrarium ejus sibi attrahere. D. 5. n. 2.

Galilæa idem est, quod transmigratio. D. 1. de resurr. n. 2.

Gaudium cordis est signum veræ perfectionis. disc. de S. Antonio. n. 10.

S. Ginesii Martyris laus disc. 6. de S. Sebastiano n. 7.

Gentiles in quo confuderint Judæos. D. 6. de Epiph. n. 1. in medio.

Gigantem Goliathum prostravit lapillus, cui incisum erat nomen Jesu. disc. 8. de circumcis. n. 3.

Gloria & honores quânto plus fugiuntur, tantò plus acquiruntur. disc. de S. Antonio n. 2.

Gratia quomodo conservanda. D. 15. de Annunt. n. 7. Assimilatur pupillæ oculi. D. 9. de Annunt. n. 5. præfigurata est per Angelum sedentem ad monumentum Christi sepulti. D. 4. de resurrect. n. 3.

S. Gregorius magnus curavit in processione deferri Imaginem beate Virginis Mariæ depictam à S. Luca D. 3. de resurr. n. 3.

H.

Habitus virtutis quàm sit laudabilis. D. 3. de S. Antonio n. 7.

Habitus pravi quomodo extirpantur. disc. 4. de resurr. n. 3.

Hebræi quo mense, quaque cœremoniâ annum inchoaverint disc. 3. de circumcis. numer. 4.

S. Helena ædificavit templum in loco, in quo erat sepulchrum Christi. disc. 6. de resurr. n. 1.

B. Henricus Suso nudis humeris crucem gestabat plenam uncinis ferreis acutis, cuius dolorem dulcem reddebat insculptum eidem cruci nomen Jesu. disc. 6. de circumcis. n. 5.

Herodes quare turbatus sit ob nativitatem Christi. D. 6. de Epiph. n. 1.

Hortus florum & fructuum diversorum est anima nostra. D. 12. n. 1.

Hortulanus, & quare in tali forma redemptor post resurrectionem suam voluerit apparere. ibid.

Homo senex renovandus qualis sit. disc. 12. de resurr. n. 2.

Homo, & quis propriè dignus sit vocari homo.

mo. discurs. 5. de purific. num. 2.
Homines divinæ voluntati se conformantes si-
 miles sunt Angelis. D. 11. de S. Josepho. n.
 7 & 8.
Humanitas Christi oculos latens corporeos
 multum causat utilitatis in anima, quæ il-
 lam credit per fidem. discurs. 6. de purific.
 n. 4.
Humilis fugiendo honores eisdem meretur.
 disc. 3. de sancto Matthia. num. 4. in fine
 Non vult reputari ut talis ab hominibus.
 D. 5. de S. Antonio, n. 2. disc. 2. de S. Mat-
 thia n. 2.
Humilitatis tres sunt gradus: & quinam sint.
 D. 2. de S. Francisca n. 3.
Humilitas vera in quo consistat. D. 7. de pu-
 rif. n. 1. quantum anima per eandem extol-
 latur. D. 12. de Annunt. n. 2. est requies a-
 nimæ ibid. n. 6. merito & respectu humili-
 tatis David meritis fuit esse pater Christi
 Domini. D. 12. de Annunt. n. 7.
Mypocritæ maxime vitandi, disc. 6. de Epiph.
 n. 6;

I

Jesus, & quare Fideles non denominentur
 ab hoc sacratissimo nomine, sed eos vo-
 luerit dici Christianos. disc. 9. de circum-
 n. 2.
Jejunium fortificat animam pro patrands a-
 ctibus heroicis. disc. 3. de S. Francisca nu.
 5. Quam Deo sit gratum. disc. 4. de ead.
 n. 7.
Jesus vide Nomen J. S. S.
Incarnatio verbi divini quam ob causam sin-
 gulari quodam modo Dæmoni occultetur,
 cur eadem potius quoad opus attribuitur
 Spiritui sancto quam alius personis divi-
 nis. disc. 11. de Annunt. n. 1. revelata est à
 Deo Angelis jam jam creatis. disc. 8. de cir-
 cumcis. n. 2. Est opus maximum omnipo-
 tentiæ divinæ. D. 3. de Annunt. n. 6. Quo-
 ad modum fuit celata Angelis. disc. 10. de
 Annunt. n. 2. est quasi matrimonium inter
 naturam humanam & divinam. D. 13. de
 Annunt. n. 1.
Ingratitudo hominis erga beneficium Incar-
 nationis describitur. D. 13. de Annunt. nu-
 mer. 3.

Inimici nostri capitales sunt stimuli Carnis. D.
 15. de resurr. n. 2.
Ispiratio bona convertendi se ad Deum, si ei-
 dem statim homo non obtemperet, evane-
 scit. D. 10. de circumc. n. 1. Item D. 1. de E-
 piph. n. 5. Sed examinanda est num ex Deo
 sit. D. 15. de Annunt. n. 6.
Inconstancia animæ valde est pernitiosa. D. 13.
 de S. Antonio. n. 7.
Instrumentum peccati sæpè est etiam instru-
 mentum justificationis. D. 1. n. 2.
Intentio bona in operibus nostris valde est ne-
 cessaria, ut quis accedat ad Deum. D. 1. de
 purific. n. 5. Gravior est divinæ majestati
 quam ipsa opera. D. 10. de Epiph. n. 7. Item
 D. 4. de purif. n. 4.
Job cur desideravit ut verba sua sculperentur in
 filice. D. 19. de resurrect. n. 1.
Joannes Capistranus è suggestu sanctam Fran-
 ciscam Romanam proclamat sanctam in
 puncto quo ipsa moritur. D. 2. de S. Fran-
 cisca n. 8.
Joannes Baptista de Fulgino, ejusdemque re-
 sponsum Christianissimum. D. 1. de S. Fran-
 cisca Rom. n. 11.
Joannes Evangelista rosarum & violarum fa-
 sciculum porngit sanctæ Francisce Roma-
 næ. D. 2. de S. Francisca n. 6.
S. Joseph, Mysterosum valde est hoc nomen.
 D. 1. de S. Josepho n. 1. Sanctitas illius ibi.
 qua in ætate S. Joseph vixerit cum B. Virgi-
 ne. D. 1. de S. Josepho. n. 2. Item disc. 5. de
 eod. n. 3. Domus ejus erat paradysus. D. 1.
 de eod. n. 3. est Christo instar Angeli custo-
 dis. D. 1. de S. Josepho. n. 6. disc. 9. de eo.
 n. 2. præfiguratus est per Cherubinos Arcæ.
 D. 1. de eo. n. 6. quare ante Christum mor-
 tuus sit. D. 2. de eod. n. 4. quàm efficax sit
 ejus intercessio. D. 3. de eod. n. 15. Item D.
 8. de eo. num. 3. in ipso fuit extinctus fomes
 peccati. D. 5. de S. Josepho. nu. 2. B. Virgo
 ipsum amavit super omnes puras creaturas.
 D. 4. de eo. n. 3. qualia dona eidem contu-
 lerit beata Virgo. D. 5. de eod. nu. 4. Esse
 patrem putativum Christi superat omnem
 laudem. D. 6. de eo. n. 2.
Habuit à Patre æterno Jurisdictionem pa-
 ternalem supra Christum. disc. 7. de eo. n. 3.
 quare Deus voluerit illum esse fabrum lig-
 narium. disc. 8. de eod. nu. 1. 2. præfigura-
 tus est per Scalam Jacob. disc. 9. de eo. n. 3.
Privilegium singulare quod habebit in ex-
 etc.

INDEX MATERIARUM

- tremo die iudicii ibid. n. 4. primus est san-
 ctorum novi Testamenti canonizatorum
 per spiritum sanctum d. 9. de S. Iosepho n.
 6. Featus erat in terra d. 10. de eo n. 1. ra-
 puit cor Dei d. 11. de S. Iosepho. num. 1. 2.
 Quid obtulerit parvo nato in praesepio. ib.
 d. 5. 6. similis est Angelis. d. eod. n. 7.
 Josue sicut solem virtute nominis Jesu. d. 10.
 de eo n. 3.
 Judas non desperasset, si nomen Jesu solum in-
 vocasset d. 7. de circumcis. n. 1.
 Judaei & Gentiles qua in re maxime inter se
 dissentiant d. 7. de Epiph. n. 2.
 Judith ad patrandum facinus generosum con-
 tra Holofernem maxime fortificata est per
 jejunium d. 3. de S. Francisca n. 6. in hoc
 quoque patrandi facinore auxilio eidem
 fuit Angelus. ibid.
 S. Julianus legendo libros pios lacrymis de-
 votionis nomen Jesu delevit. d. 7. de cir-
 cum. n. 1.
 Iusti cur odio prosequantur a peccatoribus. n.
 6. de Epiph. n. 1.
 Justitia, & ejus significatum scripturale. d. 4.
 de S. Sebastiano n. 1.
 Est virtus, quae omnes alias in se quasi com-
 prendit. d. 14. n. 1.
 Juventus assuefacienda est mortificationibus
 & penitentiis, d. 3. de circumc. n. 6.

L.

- L**apis sepulchri Christi & ejus significatum,
 d. 4. de resurr. n. 3.
 Laus humana magnum personae laudatæ cau-
 sat periculum d. 15. de annunt. n. 7.
 Leo & ejus proprietates d. 10. de resurr. n. 2.
 est symbolum seu figura Christi. ibid.
 Litterae, sive doctrina carpens Apostolos qua-
 lis sit, d. 3. de S. Matth. n. 4.
 Lex Christi bene observata est lux quaedam pro
 itinere salvationis, d. 1. de purific. n. 4.
 Libidinosos horret Beata Virgo Maria, d. 9. de
 purific. n. 3.
 Liber Generationis Christi qualis sit, d. 17. de
 annunt. n. 1.
 S. Liduina videt Angelum pro sua confortatio-
 ne
 Loqui de rebus divinis est valde utile, d. 19. de
 resurr. n. 8.
 Lucifer ex summa superbia quamprimum tur-
 batur facta eidem revelatione incarnationis

- nis Verbi divini, d. 8. de circumc. n. 2.
 Ludovicus undecimus Rex Francorum gen-
 flexus honore summo affecit S. Franciscum
 de Paula adhuc in vivis superstitem, d. 5. de
 S. Antonio n. 8.
 Lunam crescere in sua Eclipsi qualiter intelli-
 gendum, pulchra quadam desuper facta
 moralitate, d. 7. de purific. n. 2. quare com-
 munitur pingatur sub pedibus B. Virginis
 Mariae, ibid.
 Lynx tam acuti est visus, ut penetret montes,
 d. 5. de Epiph. n. 1.

M.

- M**achabaei inter sanctos antiqui Testa-
 menti soli celebrantur in Ecclesia Ro-
 mana & quam ob causam, d. 18. de Resurr.
 hum. 1.
 Madianitarum exercitus ab Hebraeis omnibus
 debellatus est virtute divini nominis Jeho-
 va, quod idem est ac Jesus, d. 8. de cir-
 cumc. n. 3.
 Magdalena quare praeter ceteris primo viderit
 Christum Dominum a mortuis resuscita-
 tum, d. 9. de resurr. n. 13. de ead. n. 1.
 Magi adorantes Christum, & insignis eorum fi-
 des, d. 2. de Epiph. n. 1. & seqq. Variæ va-
 riorum sunt opiniones, quantum scilicet
 temporis impenderint in conficiendo itine-
 re versus Bethlehem, d. 1. de Epiph. num. 2.
 Erant Philosophi & Astronomi sive Sapien-
 tes, disc. 3. de ead. n. 1. magna sunt & admi-
 randa quae in stabulo Bethlehemitico didi-
 cerunt, disc. 9. de ead. n. 3.
 Manus dextra quid significet in phrasi Scri-
 pturae.
 Mansuetus & quis hoc titulo verè dignus cen-
 sensus sit, disc. 4. de S. Antonio, n. 13.
 S. Marcella Romana & ejus laudes, disc. 1. de
 S. Francisca, n. 5.
 Mare symbolum est Mariae, disc. 5. de annunt.
 num. 2.
 Mare rubrum figura Passionis Dominicae, disc.
 8. de resurr. n. 2.
 Maria virgo Ejus humilitas, disc. 8. de purific.
 n. 1. & seqq. item disc. 2. de annunt. n. 3. n.
 11. disc. 8. de annunt. n. 5. disc. 12. de ead.
 per totum Nolebat esse mater nisi maneret
 Virgo, disc. 7. de purific. n. 1.
 Devotio erga eandem est certum signum
 praedestinationis, sine qua è numero praes-
 desti-

destinatorum sumus exclusi. d. s. de purific. n. 2.
 Dispensavit in pauperes aurum à Magis Christo oblatum, ibid. n. 1.
 Habuit in sui custodiam Angelum & Archangelum, d. 4. de S. Francisca, n. 1.
 De annuntiatione ejusdem vide discursus varios de eadem festivitate.
 Concepti eadem die quâ formatus est, & in peccatum lapsus est Protoplastus, & in qua ex Ægypto ductus est Hebræorum populus, ibid. d. 1. ferè per totum Venter seu Uterus virgineus est quasi quidam paradifus, ibid. n. 6.
 Ejus prudentia ex responsione data Archangelo Gabrieli clarissimè relucet, d. 2. de annunt. n. 2.
 Alio modo salutata est quàm Eva, ibid. n. 9.
 Maria quare dicta mater viventium, ib. quare dicta mater gratiæ, ibid. n. 6.
 ejusdem obedientia, ibid. sub mediam noctem eidem nuntium Incarnationis allatum est, d. 3. de ead. n. 7.
 Mariæ virginitas verbum æternum ad suum quasi rapuit uterum, disc. 4. de ead. per totum.
 Quare ab Angelo proprio nomine non fuerit salutata, d. 5. de ead. n. 1.
 Concipiendo verbum æternum acquisivit sibi jus quoddam in omni temporali processione Spiritus sancti; dispensanda verba sunt S. Bernardini, d. 5. de ead. n. 2.
 Ipsa sola est quasi quoddam compendium omnium virtutum, meritorum, & gratiarum, alioquin per partes cæteros inter sanctos & Angelos dispersarum, d. 5. per totum de annunt.
 Ad Mariæ intercessionem verbum incarnationis est, d. 6. de annunt. n. 5.
 Mariæ sinus quanta fuerit sanctitas, d. 6. de ead. n. 8. Est locus deliciarum Christi, d. 14. de ead. n. 3.
 Maria præ cæteris mulieribus fecunda est, d. 7. de ead. n. 6.
 Specialiter benedicta est propter suam virginitatem, ibid. n. 3.
 Quare eidem annuntiatio facta sit in Nazareth, ibid. n. 6.
 In custodiam sui habuit Archangelum Gabrielem, d. 8. de ead. n. 2.
 Maria est refugium peccatorum, d. 9. de ead. n. 4.

Manfii Sanctuarii Tom. 2.

Eodem tempore concepit verbum æternum pro filio naturali, totumque genus humanum pro adoptivo, ibid. n. 4.
 Quam ob causam in Incarnatione verbi petitus fuerit ejus consensus, d. 13. de ead. n. 1. & seqq.
 Ly fiat responsio virginis, est longis suspiriis à Patribus expectata, ibid. n. 2.
 Differentia pulchra inter hoc Fiat Virginis & illud quod protulit Deus in creatione creaturarum, observatur, ibidem, mirabiles quoque hujus virginei, notantur effectus, ibid. Maria proferendo hoc *Fiat* plus meruit quàm omnes aliæ creaturæ, ibid. n. 3.
 Præfigurata est per Cherubinos & Arcam, d. 1. de S. Josepho, n. 6. Item d. 4. de S. Josepho, n. 4.
 Sola vox Mariæ transfudit quasi Spiritum sanctum in Elisabetham, ibid. n. 5.
 Virginem pulcherrimam in corpore adhuc existentem qui aspiciebant, nullis tamen illicitis pullabantur moribus, disc. 1. de S. Josepho n. 2. Quare desponsata fuerit S. Josepho priusquam fieret Incarnatio, disc. 6. de S. Josepho, n. 3. Maternitas Mariæ omnem superat laudationis virtutem. d. 7. de S. Josepho, n. 1.
 Ejus fides omnem transcendit Angelicum & humanum cogitatum, d. 16. de annunt. n. 1. Dorem quam attulit spontio suo Josepho, vide ibid.
 Maria virgo, cur dicatur prudentissima, d. 2. de purif. n. 7.
 Maria Magdalena, Maria Jacobi & Salome cæntes ad sepulchrum nulla timent pericula, d. 4. de resurr. n. 1. earum perseverantia remuneratur, d. 1. de ead. n. 1. Quomodo quæ adeo præmaturè ante diei diluculum pro adeundo sepulchro egressæ fuerunt, orto jam sole ibi appulisse dici possunt, ibid. Sunt tidem figuræ sacramenti pœnitentiæ, d. 4. de ead. n. 4.
 Martha poletana multum laudatur à sancto Philippo Nerio confessario suo, quia trahens fila continuè domi morabatur, d. 2. de S. Francisca, n. 4.
 S. Martina virgo & martyr ejusque laus, d. 8. de S. Francisca, n. 10.
 Martyrium sine sanguinis effusione, & sine morte est triplex, ibid. n. 7.
 S. Martinus Apostolus, vide varios de eo disc.

Gcc

Krag

INDEX MATERIARUM

Erat multum doctus, d. 1. de eod. nu. 6, & seqq. Item d. 2. n. 2. Nomen ejus idem importat quod parvus Dei & Dei donum, d. 1. n. 11. Item d. 3. de eod. per totum. Natus est in Bethlehem de Tribu Juda sicut Christus, d. 2. de eodem, n. 3. Quis modus fuerit fortis per quam electus est in Apostolum, d. 5. de eod. n. 2. & seqq.

Matrimonium quo in casu illud non præmi-
neat virginitas, d. 1. de S. Francisca, n. 8. I-
tem d. 2. de ead. n. 3.

Memoria mortis quos bonos producat effe-
ctus, d. 1. de purif. n. 2. vide Mors.

Mendax quantum sibi ipsi noceat, d. 8. de re-
surr. n. 2.

Miles quidam gregarius, ex eo quod famosissi-
mo Constantini nomine insignitus esset, e-
lectus est in regem, d. 8. de circumc. n. 2.

Ministri Ecclesiastici eligendi sunt à congrega-
to eligentium cœtu, sicut S. Matthias elec-
tus est ab Apostolis & Discipulis, d. 1. de S.
Matth. n. 2.

Miracula à Deo patrata ad majorem serviunt
damnationem iis, qui per ea non proficiunt,
d. 9. de circumc. n. 2.

Miracula facta per Christum in sepulchro, d. 6.
de resurr. n. 1.

Misericordia Dei ex eo quod sit infinita, ni-
mium tamen & vanè in eandem sperare
pessimum & periculosum est, d. 12. de cir-
cumc. n. 2.

Myrrha per Magos oblata quid significarit, d.
10. de Epiph. n. 5.

Monoceros amans est virginitatis: Ars eundem
capiendi, d. 4. de annunt. n. 3.

Mors ejusdemque memoria valde utilis, d. 12.
de circumc. n. 1. d. 5. de purif. n. 2. præ-
meditata non timetur, ibid. n. 9. Appropin-
quante ejus hora totus quasi infernus con-
tra moribundum egreditur, d. 10. de purif.
n. 2. mors quomodo mundum intraverit,
d. 2. de annunt. n. 1.

Mortui sepelientes mortuos quinam sint, d. 10.
de resurr. n. 2. in medio.

Mortificatio carnis necessaria est ad vitandum
& desistendum à peccatis, d. 10. de resurr. n.
1. in fine.

Moyfes quare communi aliorum hominum
modo non obierit, d. 4. de S. Antonio, n. 2.
quare corpus ejus post mortem amplius non
invenitur, ibid. n. 3.

Mulier Loth conversa est in statuam salis, ad

nostram instructionem, ut peccatorum ca-
veamus recidivam, d. 13. de resurr. in fine.
Mundus creatus est in Æquinoctio verni, d. 1.
de annunt. n. 2. portatur & sustinetur à ser-
vis Dei, d. 3. de S. Sebast. n. 2.

N.

Naturale est matribus in actu conceptionis
ejus rei factus imprimere signum, cujus
isto actu vel fortem habuere imaginationem
aut saltem aliquod desiderium seu appeti-
tum, d. 12. de annunt. n. 3.

Naves tres Magos ad regnâ sua reducentes, re-
versæ in Galilæam ab Herode ob summum
in eos conceptum odium incensæ, combu-
stæ sunt, d. 8. de Epiph. n. 12.

Nebudius quidam pro summo miraculo habi-
tus ex ea causa quod bonus permanerit
Christianus in aula Principis, d. 1. de S. Se-
bast. n. 3.

Nobilitas vera in familia Christi non ex san-
guine sed virtute ducitur, d. 6. de S. Matthia
Apostolo, n. 2.

Nomen Jesus quanti valoris, pretii sit & dig-
nitatis, d. 3. de circumc. n. 3. d. 5. de ead. n.
4. plus honorabile quam nomen Dei seu Ly-
Deus, d. 5. de ead. n. 7. Cujus efficaciam fue-
rit adhuc solum in figura existens, d. 5. de
eadem, n. 4. Mirabiles ejusdem sanctissimi
nominis effectus, d. 6. de ead. n. 2. & seqq.

Prolatum à S. Paulo dum raperetur ad ter-
tium cœlum Angeli & Dæmones genua fle-
ctebant, d. 5. de ead. n. 6. Idem nomen in
titulo appositum sanctissimæ Cruci præ re-
verentia cœli tenebris obducti sunt ibidem.
Scriptum in januis domuum urbis Antio-
chenæ eandem à terræ motu præservavit il-
læsas, d. 6. de eadem n. 7. & alibi præserva-
vit à peste, ibid.

Nomen magnum, magnos ad magna obligat,
d. 9. de circumc. n. 2.

Nomina dominorum antiquitus servi seu man-
cipia sibi inscripta deferebant, d. 2. de S. Se-
bast. n. 3.

Nomen proprium, quando de se est insigne &
excellens, qualificat & æstimari facit eò de-
nominatum, d. 8. de circumc. n. 2.

Nomina imposita qualitates iisdem denomi-
natarum personarum indicant, discurs. 5.
de

de sancta Francisca, numero 1.
Nova vita est necessaria ad vivendum cum
Christo.

O.

- O**bedientia perfecta quænam sit, d. 16. de
annunt. n. 9. est triumphus qui de Deo
reportatur, d. 3. de S. Francisca, n. 8.
Verè à Christo virgini matri & S. Josepho
exhibita, d. 7. de S. Josepho, n. 2. Celebris
illa & in sacris litteris nominatissima obe-
dientia Abrahami in quo consistit, d. 3. de
S. Francisca, n. 8. Qualis filiorum debeat
esse erga parentes, d. 7. de S. Josepho, n. 2.
Occasio peccati tam fugienda quàm peccatum
ipsum, d. 4. de resurr. n. 3. & seq. d. 10. de
ead. per totum. assimilatum est sudario &
lintheaminibus à Christo relictis in sepulchro
ibid. quanta damna adferat occasio pecca-
ti, d. 16. de ead. n. 2.
Oidium malorum contra bonos unde nasci-
tur, d. 6. de Epiph. n. 1.
Offerendæ sunt Deo res nobis chariores, d. 3.
de purif. n. 2.
Olympus mons, ejusque mirabilis conditio,
d. 15. d. 1.
Omnipotentia Dei in mysterio Incarnationis
valde relucet simul quoque in creatione A-
dami, d. 1. de annunt. per totum.
Opera bona, anima bonorum operum est re-
cta intentio d. 1. de purif. n. 5. necessariè
conjugenda sunt fidei, d. 1. de Epiph. n. 12.
Opera bona nomen Dei benedicunt, mala
verò blasphemant, d. 9. de circumc. n. 1.
Opera misericordiæ, eorundemque effectus
mirabiles, d. 4. de resurr. n. 4.
Orationis efficacia apud Deum ostenditur, d.
6. de annunt. n. 3. Oratio facta in commu-
nitate majoris æstimatur à Deo quàm pri-
vata, d. 1. de S. Matthia, n. 7.
Oratio est gladius acutus, d. 3. de S. Sebast.
n. 2.
Orium quàm sit perniciosum, d. 3. de S. Anto-
nio, n. 9.

P.

Pammachius vir consularis magis extitit
gloriosus per paupertatem spiritus quàm

per multas divitias, d. 5. de sancto Antonio,
n. 2.

- Parvulus quid in phrasi scripturæ significet, d.
3. de S. Matthia, n. 3.
Passio Christi figurata est per mare rubrum, d.
8. de resurr. n. 2. in fine circiter.
Passio Domini jugi meditatione semper de-
ferenda est in corde, unà cum resurrectione,
d. 5. de resurr. n. 2. & seq.
Paschate resurrectionis abutuntur mali, quia
vitam desiderant licentiosem, d. 13. de resurr.
n. 1. in medio.
Pastores quid recens nato infantulo obtule-
rint in præsepio, d. 11. de S. Josepho, n. 5.
Patientia admodum necessaria est in Dei servi-
tio, d. 1. de S. Antonio n. 6.
Patris, magni cujusdam filii, quanta sit gloria,
d. 7. de S. Joh. n. 1.
S. Paulæ Romanæ laus, disc. 1. de S. Francisca,
n. 6.
S. Paulus quare mutavit nomen, quo antea di-
cebatur Saulus, d. 14. de resurr. n. 2.
S. Paulus incarceratus à Nerone domum per-
secutoris convertit in Ecclesiam, disc. 5. de
S. Sebast. nu. 1. præ cæteris sanctis devotus
fuit erga nomen Jesu, disc. 5. de circum-
cisione, n. 3. Decollatus, tribus vicibus sa-
cratissimum illud nomen protulit, ibidem,
Paulus idem sonat, quod inquietus, d. 14. de
resurr. n. 2.
Paupertas voluntaria magis honoratur, quàm
divitiæ, sanguinisque nobilitas, d. 5. de S.
Antonio n. 2. ibidem n. 11. in fine. patien-
ter tolerata recipit coronam martyrum, p. 6.
de S. Sebast. n. 2.
Pax à Christo nobis conciliata & relicta quæ-
nam sit, & quàm nobis utilis, disc. 14. de re-
surr. n. 1. ea quam reliquit Apostolis, illis
pronuntiabat bella & contradictiones, quas
eosdem adhuc oportebat sufferre, d. 15. de
resurr. n. 1.
Pax & quies interior quæ fruuntur homines
spirituales est signum Christianæ perfectio-
nis, disc. 1. de sancto Antonio, n. 10. illa au-
tem quæ fruuntur peccatores est signum il-
lorum damnationis, disc. 15. de resurrect.
n. 2. nullum ex pace oritur gaudium, si non
acquiratur pugnando, disc. 15. de resurrect.
n. 1.
Pax mundana odiosa est Christo, qualis de-
mum ea sit, disc. 14. de resurr. n. 3. & disc.
15. de ead. n. 1.

INDEX MATERIARUM

- Principibus seu dominis temporalibus licet malis & discolis**, præstanda tamen debita sunt servitia, **D. 2** de sancto Sebastiano numer. 8.
- Peccatum abbreviat vitam corporalem**, **D. 3** de circumc. n. 6.
- Peccatum præfiguratum est in serpente**, disc 10 de annuntiatione num 1 in medio. Non sufficit illud fugere, sed fugiendæ sunt quoque occasiones, disc 10. de resurrectione, num 2
- Peccatum quare odio persequantur justos**, **D. 6** de Epiph. num. 1. quanta sit peccatorum vitæ inquietudo, disc 14 de resurrectione num 1. disc 15 de eadem, numer. 1. valde se excusant ut non se emendant, **D. 4** de resurrectione, num. 3, quid iis faciendum incumbat ad resurgendum ex peccato, ibid. disc 8. de resurr. num 2. Item **D. 10.** de ead. num unico. Peccatores recidivi, eorumque pericula, disc 8 de resurrect. n 2 & seqq. abutantur Christi resurrectione, **D. 13** de resurr. n. 1 in medio,
- Peccatores pœnitentes similes sunt mulieri partui propinquæ**, **D. 15** de annuntiatione num. 9. Christus peccatores prius quàm justos familiariter allocutus est, **D. 17** de resurr. n. 2.
- Perfectio Christiana in quo consistat**, **D. 1.** de sancto Antonio, num 5. non invenitur in eo qui semper non allaborat esse perfectior, ibid n. 4
- Periculum peccandi eo profus studio evitandum est quòd ipsum peccatum** **D. 10** de resurr. n 2
- Persecutores Ecclesiæ Christi nos persequendo iisdem Gloriæ parârunt Coronas**, **D. 4** de S. Sebast n 5
- Persecutorum plures sunt occulti quàm manifesti**, **D. 4** de S. Sebast n 5
- Perseverantia in servitio divino laudatur**, **D. 3** de S. Antonio num 7. est tota substantia merendi, **D. 5** de purif. n. 7 **D. 13** de resurr. n. 1. Necessaria est ad bene operandum, **D. 1** de S. Antou n 8. valde à Christo remunerata est, **D. 4** de resurr. n 2
- S. Philippus Nerius ex quo capite unam suarum pœnitentium super omnes alias laudavit**, **D. 2** de S. Francisca n 4.
- Phirion & Pittacus inimici fuerunt mortales, quale eorum fuerit duellum**, **D. 3** de S. Antonio, n 6.
- Phœnix, ejusque mirabilis in reviviscendo natura**, **D. 20** de resurr. n 2.
- Ptolomæus Rex Ægypti qualiter consilium aulici cujusdam acceperit**, **D. 1** de S. Sebast. n 2 Plus gloriatus fuit inde, quod esset pater Regis, quàm quòd esset Rex ipse, **D. 7** de S. Josepho, n 1.
- S. Petrus Apostolus ex solo Christi aspectu conversus est**, **D. 20** de resurrectione num. unico in medio Cur errorem suum apud quos eundem commiserat non revocant, ibid
- Piscis assatus post resurrectionem à Christo comestus, quid mysterii nobis relinquat**, **D. 20** de resurr. n. 1 in medio.
- Plaga. v. Vulnus.**
- Pondus sanctuarii veteris legis quid significet**, **D. 4** de S. Matth n. 1 in fine.
- Pœna Christi vide Christus.**
- Pœnitentia non est procrastinanda**, **D. 11** de circumc n. 1.
- Pœnitentiæ corporales valde sunt necessariæ homini Christiano**, **D. 19** de resurr. n. 4. à tenens ad easdem assuescendum est, **D. 3** de circumc n 6
- Poticianus quidam promptè sequutus est dictum & sentitum sancti Augustini de Aulis** **D. 5** de S. Antonio, n 11.
- Prædestinatio Vocanti Deo parendum est perseveranter in stando operibus bonis, alioquin vocatio ad nihil conducit**, **D. 1** de S. Matth num. 5 & seqq. multum ad eandem conducit assidua devotio erga Deipatrem vide Maria.
- Prædicatio Evangelica comparatur gladio acuto & ferienti**, **D. 3** de S. Sebast n. 2 facta solùm ad lucrandas Deo animas eidem præ omnibus bonis operibus grata est, **D. 4** de S. Matth n. 2.
- Prædicatores seu concionatores significari per cœlos, & in quo sensu, ibid mali comparantur Fabricatoribus Arce Noë**, **D. 6** de Epiph n 1.
- Prælati docti eligendi sunt**, **D. 6** de S. Matth. num 2.
- Præsentia Dei, ejusque mirabiles effectus, quos ii recipiunt, qui eidem assiduo vacant**, **D. 1** de S. Antonio n. 7.
- Princeps ut dignus sit Imperio debet legum esse observantissimus**. **D. 1** de circumcissione, n. 4.
- Principes quàm severe à Deo puniti**, ob ma-

- hum in subditos regimen. d. 6. de Epiph.
num. 3.
Processio sive supplicatio ut Deo grata sit qui-
bus personis instrui debeat. d. 1. de purifi-
catione num. 2. Item d. 0. de eadem. n. 3.
quibus cæremoniis antiqui Romani quas-
dam fecerint ad honorem Febræ quæ ab
iisdem Martis mater putabatur. d. 10. de
ead. n. 1.
Professio cuiuscunque etiam status persona-
rum sit, apta est ad serviendum Deo. d. 6.
de S. Sebast. n. 1. & seq.
Providentia Dei in reparandis damnis generis
humani d. 2. de annunt. n. 1.

R.

- R**ab meretrix in Jericho universali civita-
tis suæ excidio eripitur cum tota domo
sua in virtute nominis JESU. d. 7. de cir-
cumc. n. 1.
Rationes humanas Fides non admittit. d. 5. de
Epiph. n. 2.
Recidivi peccatores quantum noceant. d. 1. de
Epiph. n. 14. Item d. 8. de ead. n. 13. d. de
resurr. per totum.
Regnum David cuius hæres factus est Christus
quale sit. d. 15. de annunt. n. 8. & seq. d. 17.
de ead. n. 1.
Religio claustralis majoris est & in mundo &
à mundo æstimationis quam stemmatis seu
sanguinis nobilitas. d. 5. de S. Antonio. nu.
10. tam apta est ad malum seu peruersum
emendandum. quanto aptior est vita aulica
ad faciendum contrarium. d. 1. de S. Se-
bast. n. 2.
Religiosi intuitu vitæ Religiosæ & Claustralis
magnæ sunt æstimationis. n. 5. de sancto
Antonio. n. 10. multum eisdem veneraba-
tur sancta Francisca Romana. d. 2. de S.
Francisca. n. 7.
Resurrectio Salvatoris, de eadem vide plures
discursus, quoties post eandem saluator ap-
paruerit. d. 1. de ead. num. 2. d. 20. de ead.
n. 3. in eadem Christus instituit Sacramen-
tum pœnitentiæ. d. 1. de ead. num. 3. Mi-
rabiles ejusdem diei effectus. d. 2. de ead.
per totum. Dies resurrectionis non habet
tenebras, nec videt solis occasum, ibid. n. 2.
Sol ea die solido citius ortus est. ibid. n. 2.
Resurrectio Christi quam fuerit necessaria,

- d. 3. de ead. n. 2. est causa lætitiæ & exul-
tationis omnium creaturarum, ibid. n. 4. ea-
dē peccatores abutuntur. ibid. quare Chri-
stum à mortuis redivivum Apostoli cibant
melle & pilce affo. d. 5. de eadem n. 2. d. 9.
de eadem n. 7. quare Salvator vulnerum
suorum cicatrices in corpore suo retinere
voluerit. d. 5. de eadem. n. 3. Sepulchrum
Christi quam fuerit gloriosum. d. de eadem
per totum. S. Helena ad honorem ejusdem
templum ædificavit. ibid. miracula ibidem
celeberrima; ejusdem Epitaphii delineatio.
ibidem. n. 2. quare lapis quo sepulchrum
claudebatur vocetur magnus. ibid.
Comparatur Utero Beatæ Virginis ibidem.
quare Christus dicatur primus resurgentium
cum tamen aliqui ante ipsum resurrexerint.
d. 7. de eadem. n. 1. & seq. in resurrectione
cognoscebatur Christi divinitas. ibid. num.
1. quare redeuntibus non verò sepulchrum
adeuntibus mulieribus apparuerit. d. 9. de
ea n. 2. quare autem prius Magdalenz
quam aliis apparuit. ibid. d. 17. n. 2. & 3.
Quare ab eadem noluerit tangi, bene ta-
men ab aliis mulieribus. d. 9. de ead. n. 3.
quare prius Petro quam aliis Apostolis vo-
luerit apparere. ibid. n. 5. d. 17. n. 2. & 3.
quid mysticè importet quòd manè & non
vesperi saluator resurrexerit. ibidem. quòd
januis clausis Apostolos accesserit quid si-
gnificet. d. 11. de ead. n. 1. & seq. quor-
plex sit resurrectio. d. 17. de ead. n. 1. &
seq. cur sancta mate. Ecclesia prius vespe-
rum quàm mane celebret Resurrectionis.
ibid. Resurrectio est fundamentum nostræ
fidei. d. 18. de ead. per totum.
Quare sancta mater Ecclesia Resurrectionis
Dominicæ semper agat commemorationem.
d. 18. de ead. n. 1. cur integris diebus
quadraginta remanserit cum Apostolis Sal-
vator. ibid. figuræ resurrectionis. d. 19. de
ead. n. 1. & seq. Item d. 20. per totum. quare
Evaangelistæ non faciant mentionem appa-
ritions Christi factæ Deiparæ. ibid. nu. 3.
quomodo intelligendi seu quo in sensu ac-
cipiendi sint tres dies quibus fuisse dicitur
in sepulchro. ibid. n. 4. quomodo nos imi-
tari nobisque applicare debemus mysteria
resurrectionis. d. 9. de ead. per totum.
Resurrectio à peccatis qualis sit. d. 13. de ead.
n. 2. Item d. 12. n. 1.

INDEX MATERIARUM

Roma tot sanctorum mater, quotquot ferè a-
liæ possint progenuisse nationes, d. 1. de S.
Francisca, n. 1. Clima Romanum subjacet
Martii, disc. 3, de ead. n. 1
Rosæ seu Violæ à sancto Joanne Evangelista
datæ S. Franciscæ Romanæ demum ab ea-
dem oblatae parvulo Jesu converſæ sunt
in pretiosas gemmas, d. 2. de ead. n. 6.

S.

Saccus concisus fuit corpus Christi, è quo de-
mum prodire Sacramenta, disc. 4. de
circumcis. n. 8.

Sacerdotes Christum in manibus sæpè gestan-
tes puri debent esse & immaculati, d. 1. de
purifi. n. 7. & 8.

Sacerdotes legis veteris Areas deferentes per
medium Jordanis, significant sacerdotes le-
gis novæ occupatos esse mysteriis magis
lactis, disc. 13. de resurr. n. 1 in medio

Sacramentum pœnitentiæ præfiguratum est
in tribus mulieribus sepulchri, d. 3. de re-
surr. n. 4.

Sacramentum Eucharistiæ utile est frequenta-
re, d. 19. de resurr. n. 7. ejusdem mirabiles
effectus, ibid.

Sacrificium gratissimum Deo est cordis nostri
& propriæ voluntatis immolatio, d. 11. de
S. Josepho. n. 6 & 7.

Sagittæ varii generis in sensu Mystico interpre-
tatae, d. 5. de S. Sebastiano per torum.

Salus & Redemptio nostra fuit causa scripta
supra Crucem, per quam Christus adjudica-
tus est morti, d. 7. de circumc. in fine.

Salutem procurare animarum est opus inter
cætera quæ Deo præstare possumus gratissi-
mum d. 4. de sancto Matth. Apostolon,
2.

Sanguis Christi in Circumcisione effusus, fuit
dos nuptialis Ecclesiæ suæ sponsæ, d. 4. de
circumc. n. 4. est numisma ad emendum
spiritum, d. 2. de ead. n. 5.

Samson figura est Christi resurgentis, d. 20. de
resurr. n. 1.

Sanctitas crescit secundum intensionem amo-
ris erga Deum, d. 10. de sancto Josepho. n.
1. in quo principio aliter consistat. d. 3. de
sancto Matthia. n. 4.

Sanctus, qui à Spiritu sancto in lege nova pri-
or cæteris omnibus fuerit canonizatus, quis
fuerit, d. 10. de sancto Josepho. n. 6.

Sapientia Christiana adornatur seu docetur in
humana insipientia, d. 9. de Epiph. n. 1.
Fœlix autem ea est sapientia quæ ex aliorum
discitur insipientia d. 1. de sancto Matth.
n. 4.

Sapientia divina maximè mirabilis elucet in
formatione Adami & Incarnatione verbi
divini. d. 1. de annunt. n. 4.

Scala Jacob figurata fuit sanctus Joseph d. 9
de sancto Josepho. num. 3. alia nonnulla
mysteria per eam significata, d. 20. de resurr.
n. 2.

Scandalum à simplicioribus quandoque tolle-
re necessarium, est intermittere opera bona.
d. 2. de purifi. n. 5.

Scientia ab Apostolo in Evangelii sequacibus
execrata quænam sit. d. de sancto Matth.
num. 4.

S. Sebastianus martyr de eo vide plures dif-
cursus. sanctus Cajus Papa cum defensoris
Ecclesiæ titulo insignivit. d. 1. de eod. n. 4.
est singularissimus Patronus contra pestem.
d. 2. de sancto Sebast. n. 6. aliquot cente-
nos Gentilium convertit ad fidem Christia-
nam. d. 3. de eod. n. 6.

Innumerabilia patravit miracula. ibidem.
Patria est Mediolanensis. d. 4. de eodem
num. 5.

Sensus externi benè sunt custodiendi, & quo-
modo, d. 11. de resurr. n. 1. sensus externi
figurati sunt per insufflationem seu inspira-
tionem Dei, dum creando Adamum inspira-
vit ei spiraculum vitæ, ibid. n. 2.

Sepulchra hominum ab eorumdem principio
redduntur gloriosa. d. 6. de resurr. n. 1. qua-
le sit sepulchrum peccati. d. 8. de resurr.
n. 2.

Sermo de Deo multorum causa bonorum d.
9. de resurr. n. 8.

Sermo non debet exire de lingua, nisi priùs
duabus vicibus transierit limam pondera-
tionis, d. 2. de circumc. n. 3.

Sermo de Deo Acutus est & Feriens instar en-
sis. d. 3. de sancto Sebast. n. 2. Item d. 4. de
eodem n. 4.

Serpens cur inter omnia animalia sit horribi-
lis. d. 10. de resurr. n. 1. in medio. est symbo-
lum peccati, ibid.

Servi Dei post multos annos in servitio divinæ
Majestatis exaltatos, se omninò Novitios
reputant & initiantes d. 1. de sancto Anto-
nio n. 3. sæpè sæpiùs adhuc vivà regibus
hono-

ET RERUM NOTABILIU;

- honorati sunt. di. 5. de sancto Antonio, n. 9. Servorum Dei summa potentia. di. 2. de sancto Sebast n. 2. ibidem n. 5. Portant & sustentant mundum di. 3. de sancto Sebast. num. 2.
- Servus JESU** Christi dici titulus est super omnes magnificus, di. 2. de sancto Sebast. n. 1.
- Servi** antiquitus nomina Dominorum suorum publicè deferebant. di. 2. de sancto Sebast. num. 3.
- Sichem Princeps** præ amore nimio in Dinam Filiam Jacob cum omnibus sibi subditis se circumcidi permisit. di. 1. de circumcissione num. 8.
- Sicili** quinque quibus Salvator in Templo præsentatus redemptus fuit, præfigurant quinque ejusdem sacratissima Vulnera. di. 1. de purific. num. 5. di. 3. de purificatione num. 2.
- Singularitas** semper maledicta est in congregatione
- Sol** super albedinem maculis rubris tinctus tempestatem prædicat ejusdem diei. di. 4. de circumcissione num. 1. Diem judicii extremi non illuminaturus quomodo intelligendum. di. 1. de resurrectione num. 2. In resurrectione Christi solitè plus luminosus & citius ortus fuit. di. 2. de resurrect. nu. 2.
- Sol** virtute nominis JESU à Jolue stare jubetur di. 10. de circumc. n. 3.
- Solitudo** optimum est medium ad percipiendos cœlestes favores. di. 1. de sancto Antonio. num. 1. fusè eadem commendatur, ibidem, quomodo eadem medio in tumultu media in civitate seu negotiis practicanda. di. 2. de sancto Antonio n. 4.
- Sophonias** Propheta videndo corvum, audito cantu alterius cujusdam avis, qualem mysterio gravidum infecerit conceptum. di. 11. de circumc. n. 2.
- Sors** cadens super sanctum Matthiam Apostolum qualis fuerit. di. 1. de sancto Matth n. 12 Item di. 5. de eod. n. 2.
- Speculum** boni Christiani est imago crucifixi. di. 1. de S. Francisca. n. 11.
- Spes** est viaticum viaticorum cœlum versus peregrinantium. di. 2. de sancto Antonio num. 4.
- Spiritus sanctus** nunquam in veteri lege, bene tamen in nova post Incarnationem verbi divini dictus est sanctus. di. 7. de purific. num. 1.
- Status** particularis cujusque etiam sit conditionis aptus est servire Deo. di. 6. de S. Sebast. n. 1. & seqq.
- Stella** quæ Magos præcessit adhuc etiamnum operatur in ordine quoad gratiam di. 11. de Epiph. num. 4. quare absconderit se prope Jerosolymam. di. 7. de Epiph. num. 7. Item di. 8. de eadem. num. 4. Secundùm aliquos eadem stella dicitur fuisse virtus quædam supernaturalis, secundùm alios verò Angelus quidam in tali forma apprens. di. 3. de eadem num. 2. singulares quædam ejusdem stellæ prærogativæ. di. 3. de ead. n. 3.
- Stirps**, parentela, seu Consanguinitas nullatenus attendenda est in iis, qui ad gradus Ecclesiasticos sunt assumendi di. 1. de sanct. Matth. num. 5. di. 6. de sancto Matthia. n. 2.
- Stola** ejusque significatum scripturale. di. 12. de resurrect. nu. 2.
- Sudarium** cæteraque linteamina quibus Christus in sepulchro involutus fuit ab eodem in sepulchro relicta fuere, ad docendum nos ea omnia relinquenda, quæ respicientiam à peccatis ad statum gratiæ possunt impedire. di. 10. de resurrectione per totum.
- Subditi** adulandi causa dominis suis artificio quodam se eorundem accommodant affectibus. di. 6. de Epiph. n. 5.
- Superbia** humana in eo maxime elucet, quod peccatores nolint tales apparere & dici quales verè sunt, cum Christus agnus sine macula talis tamen dici voluerit qualis non erat. di. 1. de circumc. num. 7. di. 2. de purific. num. 9. Hujus universalis vitii damna enumerantur di. 2. de annuntiatione num. 6. & 7.
- Superior** quilibet ad bene regendum subditos præsens eisdem assistere debet. di. 5. de Epiph. num. 3. Non tam eligendus est magis sanctus quam ad gubernandum aptior. di. 1. de sancto Matthæo num. 12. debent esse docti. di. 6. de eodem num. 2. Sunt semper in honore habendi. di. 1. de S. Matth. num. 3.

T.

Tela Araneorum symbolum est vitæ humanæ. d. 1. de circumc. per totum.
 Tepiditas in servitio Dei abominabilis d. 1. de S. Anton. n. 8
 Tentationes adjuvant profectum nostrum. i. bid. n. 1. Superatæ victorem regali coronant diademate. d. 5. de S. Anton. n. 8.
 S. Theresia ejusque maximi momenti admonitio ad bene vivendum d. 12. de circumc. n. 1. Omnes quas unquam petiit gratias seu favores obtinet per S. Josephum. d. 8. de S. Joseph. n. 3.
 Terra promissionis figura est Beatissimæ Virginis Mariæ
 Terræ motus factus in Resurrectione Christi cur milites custodes sepulchri, non verò S. mulieres exterruerit. d. 5. de resurr. n. 1. Ejus allegoria disc. 16. de ead. n. 6. tunc terra tremuit cum anima Christi de limbo reversa ascendit ad corpus. ibid.
 Thesauri qualiter ab Antiquis fuerint absconditi d. 6. de resurr. n. 5.
 Thomas idem est quod Abyssus. d. de eod.
 Timor Dei ejusque bona. disc. 5. de purificat. num. 6. Dæmon non est extimescendus d. 3. de S. Antonie. n. 7.
 Titulus causæ mortis Christi cruci affixus cur, postquam à Pilato semel scriptus esset, ad instantiam Judæorum licet, tamen eundem noluerit mutare. d. 7. de Epiphania n. 2.
 Turtur. v. Columba.
 Trajanus Imperator prius noluit admittere titulum Imperatoris quàm cum benefactis meritis esset. d. 9. de circumc. n. 4.
 Triumphus qualis generis victoribus à Romanis delatus fuerit. disc. 1. 6. de resurrect. n. 6.
 Triumphus Crucis ibid.

V.

Valentinus Hæreticus corpus Christi afferens esse impassibile, confutatur. d. 1. de circumc. n. 5.
 Vana gloria secretum quoddam est venenum quod Dæmon cordi humano instillat. disc. 3. de S. Anton. n. 6. multum debet timeri. disc. 15. n. 6. 7.
 Vasa sancta sub dâi loco data Israël contra

Madianitas, incisum habebant nomen Jehova. disc. 8. de circumc. n. 3.
 Verbum incarnatum comparatur umbræ, & quomodo. d. 11. de annunt. n. 1. & seq.
 Vestitus albus antiquitus terat signum Catholicorum eisdem secernens ab hæreticis. disc. 1. de S. Anton. n. 1.
 Via perfectionis est triplex. disc. 1. de S. Antonio. n. 2.
 Vidua virtuosa ejusque supra virgines prerogativa. d. 17. de S. Francisca. n. 8. Item d. 2. de ead. n. 7.
 Vincere seipsum gloriofius est, quàm inimicos. d. 3. de S. Franc.
 Virga Moylis tot signis prodigiosa, figura erat nominis Jesu. d. 10. de circumc. n. 1.
 Virga Aaronis figura erat Christi. d. 20. de resurr. n. 2.
 Virginitas quàm Deo sit grata. d. 4. de S. Sebast. n. 2. Item. d. 4. de annunt. n. 1.
 Virginitatem Beata Virgo majoris æstimavit quam Dei maternitatem. d. 7. de purifi. n. 1. à multis etiam conjugatis perfectè conservata. d. 5. de sancto Josepho n. 2. valdè eam amat Monoceros. d. 4. de annunt. n. 3.
 Virtus quandoque induit speciem vitii ad decipiendum animam propriam & proximum. d. 3. de S. Antonio. n. 8.
 Ex seipsa efficaciam habet ad amorem suum trahendum etiam malos. d. 5. de S. Anton. n. 2. plus nobilitat quàm divitiæ. d. 6. de S. Anton. n. 11. Loca contumeliosa reddit honorifica. d. 5. de S. Sebast. n. 1. tantò magis crescit, quantò magis voluntas propria deprimitur. d. 11. de S. Josepho. n. 2.
 Visio sive aspectus Christi spiritualis per lumen fidei præstat aspectui ejusdem reali & corporali. d. 6. de purifi. n. 4. & seq.
 Visus Lycis penetrat montes. d. 5. de Epiph. n. 1.
 Visio Dei est gaudium Animæ. d. 6. de purifi. n. 30.
 Vita corporali longiori tempore fruuntur boni quàm mali. d. 3. de circumc. n. 6.
 Vicia sunt secreti persecutores Ecclesiæ. d. 4. de S. Sebast. n. 5. Curantur per virtutes contrarias. d. 1. de Epiph. n. 14. sub specie virtutis aliquando latent culpæ mortales. d. 3. de S. Anton. n. 8.
 Vivum inter mortuos reperire, qualiter in tolli-

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

telligendum, d. decimo, de Resurrectione, num. 2.
 Unio five Conchylia in medio mari existens tamen non humectatur, nisi de rore cœli, d. 6. de S. Sebast. n. 7.
 Vocatio ad gratiam non prodest ulli sine propria cooperatione, d. 1. de S. Matth. num. II.
 Voluntas bona Deo quandoque gratior est quam ipsamet opera, d. 10. de Epiphania, n. 7. & gratissima, quam Deo facere possumus, oblatio, d. 9. de ead. n. 8. Voluntas nostra divinæ subjecta est summa perfectionis Christianæ, d. 7. de S. Anton. n. 3. d. 14. de Resurr. n. 2. d. 15. de ead. n. 1. eadem resoluta servire Deo, est radix perfectionis, d. 1. de S. Anton. n. 3.

Vulnera Christi præfigurata sunt in quinque fidelis quibus redemptus fuit, dum præsentaretur in templo, d. 1. de Purif. n. 6. Item d. 3. de ead. n. 2. E vulnere lateris Christi quinque vicibus potum hausit S. Francisca Romana, d. 1. de S. Francisco, n. 13. eadem vulnerata est in carne sua in meditatione de Passione Christi, d. 1. de ead. n. 11.
 Vulnera S. Francisca Assisinais indicabant animam ejus esse quodammodo Deificatam, d. 3. de S. Francisca, n. 11.

Z.

Zelus salutis animarum Deo placet super omnia opera, d. quarto, de S. Matth. num. 2.

Finis Indicis Materiarum & Rerum Notabilium.

I N D E X

LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,
 quæ in hoc primo Tomo continentur.

GENESIS.

- Cap. 10. v. 10. *Congregationes aquarum appellavit Maria*, d. 5, n. 2, in festo Annunt. B. V.
 cap. 2. v. 7. *Inspiravit in faciem ejus spiraculum vita, & factus est homo in animam viventem*, d. 1. n. 5, in festo Annunt. B. V. d. 11, n. 2, in festo Resurr. Dom.
 v. eodem. *Formavit Dominus Deus hominem de limo terræ*, d. 1, n. 5, in festo Annunt. B. V.
 v. 8. *Plantaverat Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formaverat*, d. 1. n. 6 in festo Annunt. B. V.
 v. 18. *Factum est ei adiutorium simile sibi*, d. 5. n. 3, in festo S. Josephi.
 cap. 3. v. 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo ejus*, d. 2. n. 11, in festo Annunt. B. V.
 v. 16. *Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*, d. 2 n. 10 in festo Annunt. B. V.
 v. 17. *Maledicta terra in opere tuo*, d. 7 n. 6, in festo Annunt. B. V.
 v. 18. *Spinus & tribulos germinabit tibi ib.*
 v. 21. *Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est*, d. 1. n. 9, in festo Annunt. B. V.
 cap. 3. v. 24. *Ambulavit cum Deo, & non apparuit*, d. 1 in festo S. Sebastiani, per totum.
 cap. 9. v. 13. *Ponam arcum meum in nubibus, & erit signum fœderis*, d. 6. n. 6, in festo S. Sebastiani.
 cap. 12. v. 1. *Dixit autem Dominus ad Abram: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram quam monstrabo tibi*, d. 5. n. 3, in Epiphania.

Ddd

v. 2.

- v. 2. *Faciamque te in gentem magnam*, ib.
 cap. 15. v. 81. *Ego protector tuus sum & merces magna nimis* D. 5. n. 3. in Epiphania.
 cap. 16. v. 1. *Ambula coram me, & esto perfectus* D. 10. n. 1. in festo s. Iosephi.
 cap. 31. v. 26. *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi* D. 20. num. 2. in festo Resurr. Domini.
 cap. 49. v. 9. *Catulus Leonis Iuda, ad pradam filii ascendisti, requiescens accubivisti ut Leo, & quasi Leona, quis suscitabit eum?* D. 16. n. 4. in festo Dom. Resurrecti.
 v. 22. *Filius accrescens Ioseph.* D. 1. n. 1. in festo S. Iosephi.

EXODI.

- Cap. 1. v. 10. *Non sum eloquens, impeditioris & tardioris lingua sum.* D. 10. nu. 3. in festo Circumcisionis.
 cap. 16. v. 14. *Apparuit in solitudine minutum* D. 2. n. 6. in festo s. Antonii Abbatis.
 cap. 20. v. 19. *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* D. 4. num. 3. in festo Annunt. B. V.
 cap. 33. v. 5. *Iam nunc depono ornatum tuum, ut sciam, quid faciam tibi* D. 4. n. 2. in festo S. Franciscæ.
 v. 11. *Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum.* D. 4. n. 1. in festo s. Antonii Abbatis.
 v. 12. *Novus te ex nomine.* D. 5. in festo s. Franciscæ, per totum.
 v. 13. *Strix veni gratiam in oculus tuis, ostende mihi faciem tuam* D. 1. n. 3. in festo s. Iosephi.
 v. 23. *Faciem autem meam videre non poteris.* ibid.
 cap. 34. v. 20. *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* D. 9. n. 6. in Epiphania.

LEVITICI.

- Cap. 1. v. 14. *Si autem de aribus holocausti oblatio fuerit.* D. 4. nu. 4. in festo Purificationis B. V.

NUMERI.

- Cap. 3. v. 6. *Vaso sancta tradidit ei.* D. 8. n. 3. in festo Circumcisionis.

DEUTERONOMII.

- Cap. 32. v. 1. *Audite cæli que loquor, audiat terra verba oris mei.* D. 10. n. 1. in festo Circumcisionis.
 v. 2. *Concresecat ut pluvia doctrina mea: fluat, ut ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stilla super gramina.* ib.
 cap. 33. v. 16. *Beatitudo illius qui apparuit in rubo veniat super caput Ioseph.* D. 5. n. 2. in festo s. Iosephi.

IOSUE.

- Cap. 1. v. 2. *Moyse servus meus mortuus est.* D. 2. n. 8. in festo s. Sebastiani.
 cap. 4. v. 16. *Præcipe sacerdotibus, qui portant arcam fæderis, ut ascendant de Iordane.* D. decimotertio, nu. 5. in festo Resurrectionis Dom.
 v. 17. *Qui præcepit eis, dicens: Ascendite de Iordane.* ib.
 v. 18. *Cumque ascendissent, portantes arcam fæderis Domini, & siccam humum calcare cepissent, reversa sunt aqua in alveum suum, & fluebant sicut ante consueverant.* ibid.
 cap. 10. v. 13. *Sol contra Gabaon ne movearis.* D. 10. n. 3. in festo Circumcisionis. D. 8. nu. 2. in festo s. Iosephi.
 v. 13. *Stetit Sol in medio cæli, & non festinavit occumbere spatio unius diei.* ib.
 cap. 19. v. 49. *Dederunt filii Israel possessionem Iosue.* D. 9. num. 3. in festo Circumcisionis.

I. REG.

- Cap. 2. v. 8. *Suscitant de pulvere egredium, & de stercore elevat pauperem, ut sedeat cum Principibus.* D. 3. n. 4. in festo S. Matthiæ Apostoli.
 cap. 10. v. 24. *Certè videris, quem elegit Dominus, quando non sit similis illi in omni populo.* D. 6. nu. 1. in festo S. Matthiæ Apostoli.
 cap. 15. v. 22. *Melior est enim obedientia quam & timor.* D. 2. n. 3. in festo s. Franciscæ.
 cap. 16. v. 7. *Homo vides ea, qua parent, Dominus autem intuesur cor.* D. 2. n. 7. in festo s. Sebastiani.

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

- cap. 17. v. 45. Tu venis ad me in gladio & ha-
sta, & clypeo: ego autem venio ad te in no-
mine Domini. D. 8. n. 2. in festo Circumci-
sionis.
- cap. 18. v. 18. Quis sum ego, aut qua est vita
mea, aut cognatio Patris mei in Israel, ut
fiam gener Regis? D. 4. n. 8. in festo s. Jo-
sephi.
- cap. 20. v. 21. Si dixerō, sagitta intra te sunt,
pax tibi est. D. 5. n. 2. in festo s. Sebastiani.
D. 15. nu. 2. in festo Resurrectionis Domi-
nicæ.
- cap. 22. v. 1. Convenerunt ad eum omnes, qui
erant in angustia constituti, & factus est eo-
rum Princeps D. 17. nu. 1. in festo Annun-
tiationis B. V.

II. REG.

- Cap. 6. 22. Vilius fiam, & ero humilis in oculis
meis. D. 12. n. 7. in festo Annuntiationis
B. V.
- cap. 7. v. 3. Omne quod est in cordo tuo, vade
& fac: quia Dominus tecum est. D. 6. n. 3.
in festo Annunt. B. V.
- v. 18. Sedit coram Domino D. 4. nu. 7. in festo
S. Josephi.
- cap. 11. v. 2. Accidit, ut surgeret David de stra-
so suo post meridiem, & deambularet in so-
larario domus regia, viditque mulierem se la-
vantem. D. 10. n. 2. in festo Resurrectionis
Dominicæ.
- cap. 20. v. 9. Et tenuit manu dextera mentum
Amase, quasi osculans eum. D. 6. n. 6. in E-
piphaniam.
- cap. 23. v. 15. O si quis mihi daret potum aquæ
de cisterna qua est in Bethlehem! D. 4. n. 5. in
festo s. Josephi.
- cap. 21. 17. Iam non egredieris nobiscum in bel-
lum, ne extinguas lucernam Israel. D. 4. n. 6.
in festo s. Josephi.
- cap. 24. v. 14. Melius est, ut incidam in manus
Dei. D. tertio, num. 2. in festo s. Sebastia-
ni.

III. REGUM.

- Cap. 1. v. 3. Quæsierunt adolescentulam specio-
sam in omnibus finibus Israel, & invenerunt
Abisag Sunamitidem. D. 4. n. 3. in festo
s. Josephi.

- v. 4. Pulchra nimis, ministrabat ei: Rex vero
non cognovit eam. ib.
- cap. 10. v. 1. Cum multo comitatu & divitiis
camelis portantibus aromata, & aurum in-
finitum nimis, & gemmas preciosas, & locu-
ta est ei uni-versa, qua habebat in corde suo.
D. 5. n. 3. in Epiphania.
- v. 3. Et docuit eam Salomon omnia verba, quæ
proposuerat. ib.
- cap. 18. v. 44. Ecce nubecula parva, quasi ve-
stigium hominis ascendebat temari. D. 4. nu.
1. in festo Circumcisionis.

IV. REGUM.

- Cap. 2. v. 9. Oro, ut fiat in me duplex spiritus
tuus. D. primo, num. 3. in festo S. Sebastia-
ni.
- v. 19. Ecce habitatio civitatis hujus optima est,
sicut tuipse Domine perspicias. sed aquæ pesti-
me sunt. D. 10. n. 1. in festo Annuntiationis
B. V.
- v. 21. Egressus ad fontem aquarum misit in il-
lum sal: Hac dicit Dominus, sanavi aquas
has, & non erit ultra in eis mors. ib.

I. PARALIPOMENON.

- Cap. 11. v. 18. Libavit eam Domino, & noluit
bibere. D. 3. num. 10. in festo s. Francis-
cæ.

TOBIÆ.

- Cap. 12. v. 2. Pater, quam mercedem dabimus
ei? D. quarto, num. 6. in festo sancti Jose-
phi.
- v. 3. Me duxit & reduxit sanum. ib.
- v. 4. Me à devoratione piscis eripuit. ib.
- v. 5. Quid ad hac poterimus illi dignum dare?
ibid.

JUDITH.

- Cap. 13. v. 20. Vivit Dominus, quoniam custo-
divit me Angelus ejus, & hinc euntem, &
ibi commorantem, & inde huc reverten-
tem. D. 4. num. 3. in festo S. Francis-
cæ.
- Cap. 15. v. 13. Viriliter egisti, eò quòd castitatem
D d d 2

AMARUTIS. D. 3. nu. 11. in festo S. Franciscæ.

E S T H E R.

Cap. 13. v. 5. Domine Rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tua resistere voluntati. disc. 5. n. 3. in Epiphania, d. octavo, n. 3. in festo S. Josephi.

J O B.

Cap. 1 v. 7. Circūvit terram, d. 14. num. 1. in festo Resurrect. Dom.
 v. 8. Quid non sit ei similis in terra. D. 1. nu. 2. in festo S. Sebastiani.
 cap. 3. v. 21. Effodientes thesaurum. D. 6. n. 5. in festo Resurrect. Dom.
 v. 21. Gaudent vehementer cum invenerint sepulchrum, ibid.
 cap. 4. v. 3. Manus lassas roboravit. D. 4. n. 4. in festo S. Sebastiani.
 cap. 7. v. 6. Dies mei velociter transferunt, quam à texente tela succiditur, & consumpti sunt absque ulla spe. D. 11. nu. 6. in festo Circumcisionis.
 cap. 9. v. 13. Deus cuius ira nemo resistere potest, & sub quo curvantur, qui portant orbem. D. 3. n. 2. in festo S. Sebastiani.
 v. 28. Verebar omnia opera mea. D. 5. n. 6. in festo Purificationis B. V.
 cap. 13. v. 18. Si fuero iudicatus, scio, quòd iustus inveniar. D. 3. n. 16. in festo S. Josephi.
 cap. 14. v. 4. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es? D. 4. num. 1. in festo S. Matthiæ Apostoli.
 cap. 15. v. 15. Non sunt mundi in conspectu ejus. D. quarto, num. 1. in festo Annuntiationis B. V.
 cap. 19. v. 25. Et in novissimo die de terra surrecturus sum. D. 3. nu. 2. in festo Resurrect. Dom.
 cap. 21. v. 3. Quid prodest Deo si iustus fueris, aut quid ei confers, si immaculata fuerit via tua? D. tertio, num. 3. in festo S. Josephi.
 cap. 25. v. 6. Quando magis homo putredo & filius hominis vermis? D. 10. n. 7. in festo An-

nuntiationis B. V.

cap. 28. v. 13. Non invenitur in terra savoriter ventium. D. primo, num. 3. in Epiphania,
 cap. 30. v. 29. Frater sui draconum, & socius struthionum. D. primo, n. 2. in festo S. Sebastiani.
 cap. 31. v. 12. Ignis est usque ad perditionem devorans, & omnia eradicans genimina. D. nono, num. 2. in festo Purificationis B. V.
 cap. 38. v. 24. Per quam viam spargitur lux, dicitur affusus super terram. D. 1. num. 7. in Epiphania.
 cap. 42. v. 8. Ite ad servum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis; Iob autem servus meus orabit pro vobis, faciem ejus suscipiam. D. 2. n. 6. in festo S. Sebastiani.

P S A L M O R U M.

Psal. 1. v. 2. In lege Domini voluntas ejus. D. undecimo, num. 9. in festo S. Josephi.
 v. 5. Non resurgent impii de iudicio. D. 19. num. 4. in festo Resurrectionis Dominicæ.
 Ps. 2. v. 10. Et nunc Reges intelligite: Erudimini, qui iudicatis terram. D. 6. n. 1. in Epiphania.
 v. 11. Servite Domino in timore, & exultate cum tremore ib.
 v. 12. Apprehendite disciplinam. ib.
 Ps. 3. v. 5. Ego dormivi: & soporatus sum, & exsurrexi. D. 16. nu. 1. in festo Resurrectionis Dominicæ.
 Ps. 4. v. 7. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, didisti latitiam in corde meo. D. 14. n. 1. in festo Resurrect.
 Ps. 8. v. 1. Quam admirabile est nomen tuum in universa terra. D. 10. in festo Circumcisionis, per totum.
 v. 5. Quis est homo, qui memor es ejus? D. 8. n. 2. in festo S. Josephi.
 v. 6. Minuisti eum paulà minus ab Angelis, ibid.
 v. 7. Omnia subjecisti sub pedibus ejus. ib.
 Ps. 10. v. 8. Iustus Dominus, & iustitias dilexit, aequitatem vultus vultus ejus. D. duodecimo, num. 1. in festo Circumcisionis Dom.

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

- v. 7. Dominus in templo sancto suo, disc 2. n. 2. in Epiphania.
 Pf. 11. v. 9. in circuitu impij ambulans, d. 14. n. 1. in festo Resurrectionis Dom.
 Pf. 13. v. 7. Non est timor Dei ante oculos eorum, d. 14. n. 1. in festo Resurrect. Dom.
 Pf. 15. v. 1. Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam honorum meorum non neges, d. 9. n. 2. in festo S. Josephi.
 v. 10. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, d. 20. n. 2. in festo Resurrect. Dom.
 Pf. 17. v. 10. 1. et ascendit caelos, & descendit, d. 5. n. 2. in festo Annunt. B. V. d. 14. n. 3. in festo Annunt.
 v. 28. Cum Sancto sanctus erit cum viro innocente innocens eris, d. 10. n. 1. in festo S. Josephi.
 Pf. 18. v. 5. In sole posuit tabernaculum suum, d. 14. n. 2. in festo Annunt.
 v. 6. Exultavit ut gigas ad currendam viam, a summo caelo egresso ejus, d. 4. nu. 4. in festo Circumcisionis, d. 14. n. 3. in festo Annuntiationis.
 v. 2. Lex Domini immaculata, non vertens animam, testimonium Domini fidele, sapientiam prestans parvulis, d. 1 nu. 4. in festo Purificationis.
 v. 9. Præceptum Domini lucidum, ib.
 Pf. 19. v. 8. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Dei nostri, d. 8 nu. 2. in festo Circumcisionis.
 v. 9. Ipsi ceciderunt, nos autem surreximus, ib.
 Pf. 21. v. 6. Ego autem sum vermis, & non homo, d. 1. n. 9. in festo Annunt. B. V.
 v. 9. In te projectus sum ex utero, d. 10. nu. 7. in festo S. Josephi.
 v. 10. De ventre matris mee, tu es protector meus, ib.
 v. 12. Tauri pingues obfederunt me, d. 17. nu. 2. in festo Annunt. B. V.
 Pf. 22. v. 3. Deduxit me super semitas iustitie, propter nomen suum, d. 6. n. 7. in festo Circumcisionis.
 Pf. 24. v. 12. Propter nomen tuum Domine propitiaboris peccata meorum multum est enim, d. 7 n. 1. in festo Circumc.
 Pf. 26. v. 3. Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum, d. 9. nu. 2. in festo S. Josephi.
 v. 6. Si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo, ib.
 Pf. 28. v. 14. Concidisti faccum meum, d. 4. nu. 8. in festo Circumcisionis.
 Pf. 33. v. 5. Accedite ad eum, & illuminamini, d. 2. n. 3. in festo S. Matthiæ, d. 6. n. 6. in festo Annunt.
 Pf. 37. v. 2. Sagitta tua infixæ sunt mihi, d. 5. in festo S. Sebastiani per totum, d. 15. nu. 2. in festo Resurrect. Dom.
 Pf. 38. v. 11. Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus est, d. 5. n. 7. in festo Purificationis B. V.
 Pf. 39. v. 6. Beatus vir cuius est nomen Domini ipis ejus, d. 9. in festo Circumcisione.
 v. 7. Non est, qui similis sit tibi, d. 9. in festo S. Josephi per totum.
 v. 11. in capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, d. 21. n. 4. in festo S. Josephi, d. 2. n. 3. in festo Purificationis.
 Pf. 44. v. 3. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum, d. 3. n. 4. in festo S. Sebastiani.
 v. 4. Acingere gladio tuo super femur tuum, ib.
 v. 7. Sagitta tua acuta populi sub te cadent, ib.
 v. 14. Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis, d. 10. n. 1. in festo S. Josephi.
 Pf. 45. v. 4. Sanctifica vit tabernaculum suum altissimum, d. 8. n. 1. in festo Purif.
 Pf. 46. v. 8. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, d. 6. n. 1. in festo S. Matthiæ Apost.
 Pf. 47. v. 6. In spiritu vehementi conteres naves Tharsis, d. 8. n. 12. in Epiphania.
 Pf. 49. v. 14. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? d. 2. n. 1. in festo Purif.
 Pf. 56. v. 9. Foderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam, d. 5. nu. 3. in festo Resurrect. Dom.
 v. 11. Exurge gloria mea, exurge Psalterium & Cithara, exurgam diluculo, ib. & d. 20. nu. 1. in festo Resurrect. Dom.
 v. 12. Confitebor tibi in populis Domine, d. 5. n. 3. in festo Resurrect. Dom.
 Pf. 63. v. 8. Sagitta parvulorum facta sunt plaga, d. 5. n. 1. in festo S. Sebastiani.
 Pf. 64. v. 12. Benedices coronam benignitatis tue, d. 12. in festo Circumc. per totum.
 Pf. 67. v. 3. Et iusti epulescent, & exultent in conspectu Dei, & delecentur in latrina, d. 3. n. 12. in festo S. Josephi.
 Pf. 68. v. 11. Exiraneus factus sum fratribus meis,

- meis, d. 5. num. 6. in festo S. Francisce.
 Pf 72. v. 3. Zelavi super iniquos pacem peccatorum videns, d. 15. nu. 2. in festo Resurrectionis.
 Pf 77. v. 37. Defecerunt in vanitate dies eorum, d. 3. n. 6. in festo Circumc.
 v. 75. *Et* hincavit sicut uniconium sanctificium suum, d. 4. n. 3. in festo Annunt.
 Pl. 79. v. 2. Qui sedes super Cherubim, d. 6. n. 8. in festo Annunt. E. V.
 Pf. 80. v. 10. Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, d. 15. n. 2. in festo Resurrect.
 v. 13. Inimici Domini mentisunt ei: & erit tempus eorum in sacula, d. 8. nu. 2. in festo Resurrect. Dom.
 Pf. 84. v. 1. Benedixisti Domine terram: a vertice: captivitatē Jacob, d. 2. nu. 8. in festo Annuntiationis.
 v. 8. Audiam quid loquatur in me Dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, d. 14. n. 1. in festo Resurrect.
 v. 9. Et super sanctos suos, & in eos qui converuntur ad cor. ib.
 v. 11. Iustitia & pax osculata sunt, ib.
 v. 12. Veritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit, d. 12. n. 5. in festo Annunt.
 v. 13. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum, d. 12. n. 5. in festo Annunt.
 Pf. 85. v. 8. Omnes gentes quascumque fecisti, venient & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum, d. 9. n. 7. in Epiphania.
 Pf. 87. v. 16. Pauper sum ego, & in laboribus à juventute mea, d. 17. n. 1. in festo Annuntiationis.
 Pf. 88. v. 16. Domine in lumine vultus tui ambulavimus, d. 10. n. 1. in festo S. Josephi.
 Pf. 89. v. 1. Domine refugium factus es nobis, d. 9. n. 2. in festo S. Josephi.
 v. 8. Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: & saculum nostrum in illuminatione vultus tui, d. 12. n. 3. in festo Circumcisionis.
 v. 9. Quoniam dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus, ib.
 v. 10. Anni nostri sicut aranea meditabuntur, ib. & d. 11. in eodem festo per totum.
 Pf. 90. v. 1. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei caeli commorabitur, d. 9. n. 2. in festo S. Josephi.
 v. 11. Angelus suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, d. 4. in festo S. Francisce per totum, disc. 2. num. 4. in Epiphania.
 v. 14. Protegam eum, quoniam cognovit nomen meum, d. 6. nu. 6. in festo Circumcisionis Dom.
 Pf. 92. v. 7. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis, d. 4. n. 6. in Epiphania.
 Pf. 93. v. 17. Nisi quia Dominus adjuvit me, paulò minus habitisset in inferno anima mea, d. 10. n. 2. in festo Resurrect.
 v. 19. Secundum multitudinem dolorum in corde meo consolationes tue laetificaverunt animam meam, d. 5. n. 1. in festo Resurrect.
 Pf. 95. v. 4. Magnus Dominus & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos, d. 5. n. 2. in Epiphania.
 Pf. 100. v. 3. Perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus mea, d. 4. n. 1. in festo S. Sebastiani.
 Pf. 102. v. 12. Quantum distat ortus ab occidente longè faciet à nobis iniquitates nostras, d. 14. n. 1. in festo Resurrect.
 v. 21. Ministri ejus, qui faciunt voluntatem ejus, d. 4. n. 10. in festo S. Francisce, d. 9. n. 5. in festo S. Josephi.
 Pf. 103. v. 2. Amictus lumine sicut vestimento, d. 2. n. 4. in Epiphania.
 v. 25. Omnia in sapientia fecisti, d. 1. n. in festo Annuntiationis, d. 1. n. 2. in festo Circumcisionis.
 Pf. 106. v. 38. Benedixit eis & multiplicati sunt nimis, d. 7. n. 2. in festo Annunt.
 Pf. 111. v. 5. Lucundus homo, qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio. quia in eternum non commovebitur, d. 3. n. 16. in festo S. Josephi.
 Pf. 114. v. 3. Pericula inferni invenerunt me, d. 10. n. 2. in festo Resurrect.
 Pf. 115. v. 3. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, d. 3. n. 5. in festo Circumc.
 v. 4. Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini in vocabo, ib.
 v. 7. Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, d. 17. n. 1. in festo Annuntiationis.
 Pf. 118. v. 101. Ab omni via mala prohibui pedes meos: ut custodiam verba tua, d. 1. n. 2. in festo Resurrectionis.
 v. 102. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo: d. 10. n. 1. in festo S. Josephi.

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

- ¶ 104. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, D.*
 14 n. 1 in festo Annunt.
 ¶ 111. *Inclina vi cor meum ad faciendas iusti-*
fications tuas in aeternum propter retribu-
tionem D. 3. n. 4. in festo Circumcisionis.
 ¶ 139. *Ignitum eloquium tuum vehementer &*
servus tuus dilexit illud, D. 8. nu. 8. in festo
Resurrect.
 ¶ 164. *Pax multa diligentibus legem tuam, D*
 19, n. 1 in festo Resurrect.
 Pf. 121. v. 7. *Fiat pax in virtute tua; & abund-*
antia in turribus tuis, D. 15. nu. 3 in festo
Resurrect.
 ¶ 8 *Propter fratres meos & proximos meos lo-*
quebar pacem de tuis, ib.
 Pf. 131 v. 11. *Inravit Dominus David verita-*
tem, & non frustrabitur eum de fructu ven-
tris tui ponam super sedem tuam, D. 4. n. 1 in
festo S. Josephi.
 Pf. 154. v. 6. *Omnia quaecumque voluit, Domi-*
nus fecit, D. H. n. 7. in festo S. Josephi.
 Pf. 136. v. 12. *Beatus qui tenet oculos, & allidet par-*
vulos suos ad petram, D. 2. n. 3 in festo Cir-
cumcisionis.
 Pf. 138. v. 2. *Intellexisti cogitationes meas de*
longe, D. 5. n. 8. in festo S. Franciscæ.
 Pf. 144. v. 16. *Oculi omnium in te sperant Do-*
mine, & tu das illis escam in tempore oppor-
tuno D. 9. n. 3. in festo S. Josephi.
 ¶ 17. *Aperis tu manum tuam, & imple omne*
animal benedictione, ib.
 ¶ 20. *Voluntatem mentium suam se facit, D. 8. n. 3.*
in festo S. Josephi.
 Pf. 148. v. 11. *Rogus terra, & omnes populi,*
principes, & omnes iudices terra, D. 5. n. 5. in
festo Circum.
 ¶ 12. *Laudent nomen Domini: quia exaltatum*
est nomen eius solius, ib.
 ¶ 12. *Quem diligit Dominus, contempit, D. 4. n. 6.*
in festo S. Franciscæ.
 Cap. 4. v. 1. *Iustorum semita quasi lux splen-*
descens, procedit & crescit usque ad perfe-
ctam diem, D. 1. n. 14. in Epiphania, D. 1. n. 2.
in festo S. Antonii Abbatis.
 cap. 8. v. 18. *Mecum sunt divitiæ & gloria, &*
opes superba, D. 9. n. 6. in Epiph. D. 9. n. 5. in
festo S. Sebastiani.
 ¶ 22. *Dominus possedit me in initio viarum sua-*
rum, antequam quicquam faceret, D. 6. n. 10.
in festo Annunt.
 ¶ 30. *Delectabar per singulos dies, ludens co-*
ram eo omni tempore, D. 10. nu. 1, in festo S.
Josephi.
 ¶ 31. *Ludens in orbe terrarum, ib.*
 cap. 10. v. 1. *Filius sapiens latificat patrem, D.*
 10. n. 1. in festo S. Josephi.
 cap. 11. v. 30. *Fruitus iusti lignum vite, D. 3. n. 7*
in festo S. Josephi.
 cap. 12. v. 21. *Non contristabit iustum, quicquid*
ei acciderit D. 3. n. 10. in festo S. Josephi.
 cap. 15. v. 16. *Secura mens quasi iuge con. v. vinum,*
 D. 15. n. 1. in festo Resurrect.
 cap. 18. v. 10. *Turris fortissima nomen Domini,*
 D. 8. in festo Circumc. per totum.
 cap. 23. v. 26. *Præbe fili mi cor tuum mihi, D. 10.*
 n. 4 in Epiphania, D. 11. n. 6. in festo S. Jo-
 sephi.
 cap. 28. v. 1. *Iustus quasi leo confidens, D. 3. n. 6.*
in festo S. Josephi.
 ¶ 14. *Beatus homo, qui semper est pauidus, D. 1.*
 n. 4 in festo S. Matthiæ Apostoli.
 cap. 31. v. 10. *Mulierem fortem quis inveniet?*
 D. 2. in festo S. Franciscæ per totum, D. 9. n. 1.
 in festo Annunt.
 ¶ 19. *Manum suam misit ad fortia, & digiti e-*
ius apprehenderunt susum, D. 2. n. 4 in festo
S. Franciscæ.
 ¶ 20. *Multa filia congregaverunt divitiis, tu*
supergræssa es universas, D. 5. n. 4. in festo S.
Josephi.

PROVERBIORUM.

- Cap. 1. v. 17. *Frustra jacitur rete ante oculos*
pennatorum, D. 3. n. 6. in festo S. Antonii
Abbatis.
 ¶ 24. *Vocavi, & non veniisti, D. 1. n. 4. in Epiph.*
nia.
 ¶ 26. *Ego quoque in interitu vestro ridebo, ib.*
 cap. 3. v. 1. *Fili mi, ne obliviscaris legis meæ: &*
precepta mea cor tuum custodiat, D. 3. in fe-
sto Circumcisionis per totum.
 ¶ 2. *Longitudinem enim dierum, & annos vi-*
tae, & pacem apponent tibi, ib.

ECCLÉSIASTÆ.

- Cap. 1. v. 7. *Ad locum unde exciunt flumina, re-*
vertantur, D. 5. n. 2. in festo Annunt.
 cap. 4. v. 8. *Vnus est, & secundum non habet, D.*
 10. n. 8. in festo S. Josephi.
 cap. 7. v. 18. *Ne impiè agas multum, ne moria-*
ris in tempore novæ, D. 9. n. 6. in F. Parif.
 cap. 9.

cap. 9, v. 12. Nescit homo finem suum: Sed sicut pisces capiuntur hamo, & avis laqueo comprehenduntur: Sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo supervenerit, D. 12, n. 3 in festo Circumcisionis.

CANTICI CANTICORUM.

Cap. 1, v. 2. Oleum effusum nomen tuum, D. 6, in festo Circumcisionis per totum.

v. 5. Nigra sum sed formosa filia Ierusalem, D. 7, n. 1, in festo purificationis.

v. 13. Fasciculus myrrha dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, D. 3, nu. 12, in festo S. Franciscæ.

cap. 2, v. 1. Ego flos campi & lilium convalli, D. 10, n. 1, in Epiphania, D. 12, n. 5, in festo Annuntiationis.

v. 3. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedidi, D. 5, n. 1, in festo S. Sebastiani.

v. 13. Sarge amica mea, speciosa mea, & veni, D. 4, n. 2, in festo S. Franciscæ.

v. 14. Columba mea in foraminibus petra, in caverna maceria, ostende mihi faciem tuam, ibid.

cap. 3, v. 4. Tenui eum, nec dimisi eum, D. 4, n. 10, in festo S. Franciscæ.

v. 6. Quæ est ista quæ ascendis per desertum sicut virgula sum ex aromatibus myrrha & thuris, D. 1, n. 1, in festo S. Antonii Abbatum.

v. 11. Egre dimini & videre filia Syon Regem Salomonem in diademate, D. 13, nu. 1 in festo Annunt.

cap. 4, v. 7. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, D. 7, n. 1, in festo purificationis.

v. 13. Emissiones tua Paradisus, D. 1, n. 6, D. 7, n. 2, in festo Annunt.

cap. 5, v. 6. Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est, D. 4, n. 4, in festo S. Josephi, D. 16, n. 12, in festo Annunt.

cap. 6, v. 9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens pulchra ut luna: D. 1, n. 1, in festo S. Antonii.

cap. 7, v. 2. Venter tuus sicut acervus tritici valletus liliis, D. 4, nu. 3, in festo Annuntiationis.

v. 4. Collum tuum sicut turris eburnea, D. 5, nu. 2, in festo Annuntiac.

cap. 8, v. 1. Quis mihi det te fratrem meum surgentem ubera matris meæ, ut in veniam te

foris & deosculer te, & iam nemo despiciat, D. 10, n. 1, in festo S. Josephi.

v. 2. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, ibi me docebis, ibid.

v. 5. Quæ est ista quæ ascendit de deserto delitit affluens, D. 1, n. 1, in festo S. Antonii Abbatum.

v. 7. Si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam, D. 11 n. 6, in festo Josephi.

SAPIENTIE

Cap. 1, v. 16. Impii manibus & pedibus accerserunt illam, D. 11, n. 5, in festo Circumcisionis.

cap. 2, v. 10. Opprimamus justum, D. 6 nu. 1, in Epiphania, D. 11, n. 11, in festo S. Josephi.

v. 12. Circumveniamus, ibid.

cap. 5, v. 7. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus, D. 11, n. 3, in festo Circumcisionis.

v. 8. Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum iactantia, quid profuit nobis, ibid.

v. 9. Transferunt omnia illa tanquam umbra, ibid.

cap. 6, v. 7. Potentes potenter tormenta patientur, D. 6, n. 3, in Epiphania.

cap. 7, v. 11. Venierunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, D. 1, n. 4, in festo S. Josephi.

cap. 10, v. 10. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, D. 3, n. 13, in festo S. Josephi.

cap. 11, v. 21. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuit, D. 5, n. 2, in festo Annuntiationis.

v. 23. Sic est ante te orbis terrarum tanquam gutta rore antelucani, D. 9, n. 6, in Epiph.

ECCLESIASTICI.

Cap. 2, v. 1. Fili accedens ad servitutum Dei, sta in timore, D. 1, n. 7, in Epiph.

v. 3. Sustine tentationes Dei, conjungere Deo & sustine, ut crescat in novissimo visa tua, D. 5, n. 7, in festo purificationis.

cap. 3, v. 19. In mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris, D. 4, n. 4,

- num. 4, in festo S. Antonii Abbatis.
- cap. 5, v. 8. *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, d. 9. n. 5* in festo Resurrectionis, d. 12, nu. 2. in festo Circumcisionis.
- v. 9. *Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. d. 12, n. 2.* in festo Circumcisionis.
- cap. 9, v. 20. *In medio laqueorum ingredieris, d. 3, n. 6,* in festo S. Antonii Abbatis.
- cap. 14, v. 18. *Omnis caro sicut fœnum, d. 11, n. 2* in festo Annunt.
- cap. 24, v. 16. *Radici vi in populo honorificato; & in plenitudine sanctorum detentio mea, d. 5, n. 2.* in festo Annunt.
- v. 25. *In me gratia omnis vita & veritatis, in me omnis spes vite & virtutis, d. 5, n. 2.* in festo Annuntiationis.
- v. 29. *Qui edunt me, adhuc esurient; & qui bibunt me, adhuc sitient, d. 1, nu. 4* in festo S. Antonii Abbatis.
- cap. 26, v. 1. *Mulieris bona beatus vir, d. 15, n. 6,* in festo S. Josephi.
- cap. 27, v. 4. *Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tua. d. 5, n. 6* in festo Purificat.
- v. 12. *Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol, d. 3, n. 7* in festo S. Antonii Abbatis.
- cap. 33, v. 5. *Præcordia fatus quasi rora carni est, & quasi axis versatilis cogitatus illius, d. 16, n. 1* in festo Resurrect.
- v. 7. *Quare dies diem superat? d. 1, n. 1.* in festo Resurrectionis.
- cap. 34, v. 9. *Qui non est tentatus quid scit? d. 3.* in festo S. Antonii Abbatis per totum.
- v. 30. *Qui baptizatur à morsu, & iterum tangit eum quid profecit lavatio ejus? d. 8, n. 2.* in festo Resurrect.
- cap. 41, v. 7. *Luminare quod minuitur in consummatione. d. 7*
- v. 8. *Mensis secundum nomen eius, est crescens mirabiliter in consummatione ib*
- cap. 45, v. 1. *Dilectus Deo & hominibus, cujus memoria in benedictione est, d. 4.* in festo S. Antonii Abbatis per totum.
- v. 3. *Glorificavit illum in conspectu Regum, d. 5* in festo S. Antonii per totum.
- v. 4. *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne, d. 4, nu. 3.* in festo S. Matthiæ Apostoli.
- cap. 47, v. 2. *Cum leonibus lussit quasi cum agnis, d. 16, n. 4.* in festo Resurrect.
- Mansi Sanctuarii Tom. 1.*

- Cap. 1, v. 17. *Lavamina mundi estote, adferete malum cogitationum vestrarum, d. 2, n. 10,* in Purificat.
- Cap. 2, v. 2. *Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum ejus, d. 6, nu. 2* in festo S. Sebastiani,
- v. 8. *Et repleta est terra ejus dolus ib*
- Cap. 5, v. 14. *Dilatavit infernus animam suam & aperuit os suum absque ullo termino, d. 7, n. 3.* in festo Resurrectionis
- Cap. 6, v. 1. *Vidi Dominum sedentem super solium exelsum & elevatum, d. 10, nu. 2,* in festo Annuntiationis.
- cap. 7, v. 14. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium d. 6, n. 4.* in festo Annunt.
- Cap. 9, v. 2. *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam; habitantibus in regione umbra mortis, lux orta est eis d. 3, n. 7.* in Epiphania,
- v. 6. *Et vocabitur nomen ejus Admirabilis d. 5, n. 2.* in Epiphania.
- Cap. 11, v. 2. *Requiescat super eum Spiritus Domini: Spiritus sapientia & intellectus spiritus consilii & fortitudinis d. 5, n. 6.* in festo Purificationis,
- v. 10. *in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur, d. 6 num 6* in festo S. Sebastiani
- Verlu eodem. *Et erit sepulchrum ejus gloriosum, d. 5* in festo Resurrectionis per totum.
- Cap. 12, v. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus S. Ivaroris, d. 5, nu. 3.* in festo Circumcisionis.
- Cap. 19, v. 1. *Ecce Dominus ascendet super nubem levem d. 4, n. 1.* in festo Circumcis. d. 10 n. 5. in festo Annunt.
- Cap. 35, v. 1. *Latus tur deserta & in via: & exultabit solitudo. & florebit quasi lilium, nisc 2, num 6* in festo sancti Antonii Abbatis.
- Cap. 38, v. 5. *Audivi orationem tuam, & vidi lachrymas tuas; ecce ego adjiciam super dies tuos quindecim annos, d. 3, n. 6.* in festo Circumcisionis.
- Cap. 40, v. 12. *Mensus est pugillo aquas & caelos palmo ponderavit, appendit tribus digitis molem terra, & libravit in pondere montes, d. 9, n. 7.* in Epiphania,

Ecc

Cap.

- Cap. 45. v. 8. *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* D. 12 n. 4. in festo Annunt.
- cap. 46. v. 11. *Vocans ab oriente virum voluntatis mea* D. 11, n. 1. in festo s. Iosephi.
- cap. 49. v. 1. *Posuit os meum quasi gladium acutum, in umbra manus sua protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me,* D. 5 in festo s. Sebastiani per totum.
- v. 3. *Et dixit mihi: Seruus meus es tu, quia in te gloriabor,* ib.
- v. 5. *Formans me ex utero seruum sibi,* D. 17. n. 1 in festo Annunt.
- cap. 50. v. 4. *Mane mane erigit mihi aurem,* D. 17, n. 1. in festo Annunt.
- v. 5. *D. minus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico* ib.
- cap. 51. v. 3. *Ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus quasi hortum Domini: gaudium & laceria inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis,* D. 2, n. 6 in festo S. Antonii Abbatis
- Cap. 52. v. 6. *Sciet populus meus nomen meum in die illi,* D. 6, n. 1. in festo Circumc.
- v. 7. *Quam pulchri pedes annuntiantis & pradicantis pacem annuntiantis bonum,* ib.
- cap. 53. v. 1. *Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?* D. 10, n. 2, in festo Annunt.
- v. 4. *Linguores nostros ipse tulit,* D. 1, nu. 4. in festo Annunt
- v. 7. *Oblatus est, quia ipse voluit,* D. 1. nu. 2. in festo Circumcisionis.
- v. 8. *Propter scelus populi mei percussit eum,* D. 16. n. 2 in festo Resurrect.
- cap. 55. v. 9. *Sicut exaltantur caeli à terra. sic exaltata sunt v. a mea à viis vestris* D. 10, n. 7 in festo Annunt.
- Cap. 57. v. 20. *Impii autem quasi mare fervens, quod quiescere non potest,* D. 16 nu. 1. in festo Resurrect
- v. 21. *Non est pax impiis,* ib
- cap. 58. v. 3. *Quare jejunavimus & non aspexisti: humiliavimus animas nostras, & nescistis: ecce in die jejunii vestri inuenitur voluntas vestra.* D. 11 n. 6. in festo S. Iosephi.
- cap. 59. v. 17. *Indutus est iustitia ut lorica,* D. 4. n. 1. in festo S. Sebastiani.
- cap. 60. v. 1. *Surge illuminare Ierusalem. quia venit lumen tuum,* D. 9, nu. 2. in festo Purificationis.

- cap. 61. v. 1. *Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam, donec egredatur ut splendor iustus ejus, & Saluator ejus ut lampas accendatur* D. 5. n. 1. in festo Circumcisionis.
- v. 2. *Et vocabitur tibi nomen tuum, quod os Domini nominabit* ib.
- v. 6. *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota die & nocte non tacebunt,* D. 9 n. 3. in festo Circum.
- cap. 66. v. 2. *Ad quem respiciam nisi ad periculum, & contritum spiritu, & tremorem sermones mei?* D. 5. n. 6 in festo Purif., D. 7. n. 1 in eodem festo.

J E R E M I Æ.

- Cap. 8. v. 6. *Attendi & auscultavi: nemo est, qui poenitentiam agat super peccato suo,* D. 13 n. 1. in festo Resurrectionis.
- Cap. 17. v. 16. *Domini homini non desideravi: tu scis?* D. 1. n. 1. in festo Resurrect.
- Cap. 23. v. 24. *Caelum & terram ego impleo,* D. 6. n. 1. in festo Purif
- Cap. 31. v. 22. *Fœmina circumdabit virum,* D. 1. n. 2, in festo Circumc. D. 17. nu. 2. in festo Annunt.

T H R E N O R U M.

- Cap. 3. v. 12. *Tendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sciltam,* D. 6. in festo S. Sebastiani per totum
- v. 13. *Misit in renibus meis filias Pharetra sua,* D. 5. n. 1. in festo S. Sebastiani,
- v. 28. *Sedebit solitarius & tacebit: quia levavit se super se.* D. 2. in festo S. Antonii Abbatis per totum.

E Z E C I E L I S.

- Cap. 8. v. 16. *Dorsa habentes contra templum Domini & facias ad orientem, & adorabant ad ortum solis* D. 1. n. 3. in Epiphania
- Cap. 32. v. 7. *Solem nube tegam,* D. 11, n. 3. in festo Annuntiationis.

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

DANIELIS

- Cap. 3. v. 50. *Non tetigit eos, nec contristavit,*
D. 2. n. 5. in festo S. Sebastiani
Cap. 6. v. 20. *Daniel servus Dei viventis, Deus*
tuis cuius servus semper, D. 2. nu. 8 in festo
S. Sebastiani.

O S E E.

- Cap. 2. v. 14. *Ducam eam in solitudinem, & lo-*
quar ad cor eius D. 5. n. 11. in festo S. Fran-
ciscæ, D. 1. n. 1 in festo S. Antonii Abbatis,
Cap. 12. v. 3. *In fortitudine tua directus est cum*
Angelo D. 3. n. 8. in festo S. Franciscæ
v. 4. *Et invaluisti ibi.*
Cap. 13. v. 5. *Cognovisti in deserto in terra soli-*
tudinis, D. 1. n. 1, in festo S. Antonii Abba-
tis.
v. 14. *Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero in-*
ferne D. 16. n. 6. in festo Resurrectionis.

SOPHONIÆ.

- Cap. 2. v. 14. *Vox cantantis in fenestras, corvus*
in superluminari: quoniam attenuabo robur
ejus, D. 12. n. 2. in festo Circumcis.

MALACHIÆ.

- Cap. 2. v. 7. *Labia sacerdotis custodiant scien-*
tiam, D. 3. n. 4. in festo S. Matthiæ Aposto-
li.
Cap. 3. v. 2. *Ipse enim quasi ignis,* D. 9. in festo
Purificat. per totum.

MATTHÆI.

- Cap. 1. v. 16. *Ioseph virum Maria,* D. 7. n. 3, in
festo S. Iosephi.
v. 19. *Ioseph autem vir cum esset justus,* D. 10 n.
6 in festo S. Iosephi disc. 3. in eodem festo
per totum, disc. 2. in eodem festo per to-
tum.
v. 20. *Ioseph filii David,* D. 4. in festo S. Iosephi
per totum.

Versu eodem. *Noli timere accipere Mariam*
conjugem tuam, D. 5. in festo S. Iosephi per
totum.

v. 21. *Pariet autem filium, & vocabis nomen*
eius Iesum, disc. 6 num. 2, in festo sancti
Iosephi, disc. 7. num. in festo Circumcisio-
nis.

Cap. 2. v. 1. *Ecce Magi ab oriente venerunt*
Hierosolimam, disc. 1. in Epiphania per to-
tum.

v. 2. *Ubi est, qui natus est Rex Iudaorum,* D. 2. per
totum in Epiphania.

Versu eodem. *Vidimus stellam eius in oriente,*
D. 1. in Epiphania per totum.

Versu eodem. *Et venimus odorare eum,* D. 4. in
Epiphania per totum.

v. 3. *Turbatus est Herodes, & omnis Hieroso-*
lyma cum illo, disc. 6, in Epiphania per to-
tum.

v. 5. *At illi dixerunt in Bethlehém Iuda,* D. 7. in
Epiphania per totum.

v. 9. *Et ecce Stella quam viderant in Oriente,*
antecedebat eos, D. 8. in Epiphania per to-
tum.

v. 11. *Et procidentes adoraverunt eum,* disc. 5.
in Epiphania per totum, & disc. 9 per to-
tum

v. 12. *Et responso accepto in somno, ne redirent*
ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in
regionem suam, D. 9. n. 11. 12. 13 in Epipa-
nia,

Cap. 5. v. 20. *Nisi abundaverit iustitia vestra*
plusquam scribarum, D. 16. n. 1, in festo Re-
surrectionis.

Cap. 6. v. 24. *Nemo potest duobus Dominis ser-*
vir: aut enim unum odio habebit, & alte-
rum diliget, aut unum odio suscipiet, & al-
terum contemnet, D. 2. n. 7, in festo S. Se-
bastiani.

Cap. 7. v. 15. *Attendite à falsis Prophetis, qui*
veniunt ad vos in vestimentis ovium, in-
triussecus autem sunt lupi rapaces, D. 1. n. 4.
in festo S. Sebastiani.

Cap. 8. v. 29. *Quid nobis & tibi Iesu filii Dei?*
ve isti huc ante tempus torquere me? D. 8. n.
3, in festo Circumcisionis, D. 3. n. 5 in festo
sancti Antonii Abbatis.

Cap. 10. v. 8. *Gratis accepistis gratis date,* D. 9.
n. 4, in festo Annunt

Versu 34. *Nolite arbitrari, quia pacem vene-*
rim, mittere in terram: non veni pacem
mittere,
Ecc 2

I N D E X

- mittere sed gladium*, D 15, n. 1. in festo Resurrect.
- v. 35. *Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam, & nurum adversus socrum suum*, D. 3. nu. 2. in festo S. Sebastiani.
- v. 36 *Et inimic' hominis domestici ejus*, ib & D. 15, n. 2 in festo Resurrect
- v. 37 *Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus: qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus*, ib.
- cap. 11. v. 12. *Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud*, D. 6. n. 3 in festo Circumc.
- v. 25. *R. velasti ea parvulus*, D 3 in festo S. Matthiæ per totum.
- cap. 12 v. 40. *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; Sic erit filius hominis in corde terra tribus diebus & tribus noctibus*, D. 20. n. 4. in festo Resurrect.
- v. 50 *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, & soror, & mat. r est*, D. 11. n. 3. in festo S. Josephi.
- cap. 13. v. 17. *Multis Prophetis & justis cupierunt videre*, D. 5, n. 7. in festo S. Antonii Abbat.
- v. 55 *Nonne hic est fabri filius?* D 8, in festo S. Josephi per totum.
- cap. 14. v. 19. *Dedit discipulis paves, discipuli autem turbati*, D. 4. nu. 3; in festo S. Matthiæ Apostoli.
- cap. 16. v. 3. *Et mane dimittis, hodie tempestas; rutilat enim triste cælum*, D 4. n. 1, in festo S. Josephi.
- v. 17. *Caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus* D 4 n. 3 in Epiphania
- cap. 18. v. 1. *Quis putas, major est in regno cælorum?* D. 3, num. 4. in festo S. Matthiæ Apostoli.
- v. 9 *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te*, D. 15, n. 2 in festo Resurrect D. 11, n. 2. in eodem festo.
- v. 10. *Semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est*, disc. decimo, num. 2 in festo S. Josephi.
- cap. 19, v. 21. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia que habes, & veni, & sequere me* discursus primo in festo S. Antonii Abbatis per totum.
- v. 27. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis?* D. 5. n. 3 in Epiphania.
- cap. 20 v. 28. *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*, D. 9. n. 5. in festo S. Josephi.
- cap. 22 v. 17. *Licet epsum dare Casari, an non?* D 6, n 7. in festo S. Sebastiani.
- v. 21 *Redite, qua sunt Casari, Casari: & qua sunt Dei, Deo*, ib
- cap. 23 v. 9 *Nolite vobis Patrem vocare super terram: unus est enim Pater vester, qui in cælis est*, D. 6, n. 1. in festo S. Josephi.
- v. 11. *Qui major est vestrum, erit minister vester* D. 1. n. 8. in festo S. Matthiæ.
- cap. 25 v. 35. *Esur vi enim & dedistis mihi manducare: sit v & dedisti mihi bibere: hospes eram & colligistis me*, D. 9. nu. 4. in festo S. Josephi D. 3, n 16. in eodem festo.
- v. 36 *Nudus & cooperuistis me*, ib.
- cap. 26. v. 75. *Egressus foras stetit amare* D. 10, n. 1. in festo Resurrect.
- cap. 27. v. 37. *Imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam*, D. 7 num. 1. in festo Circumc.
- v. 40. *Si Filius Dei est*, D. 5, num. 1, in Epiphania
- v. 42. *Descendat de Cruce, & credimus ei*, Ibidem.
- cap. 28. v. 5 *Nolite timere vos; scio enim quod Jesum qui crucifixus est, quartis*, D 5, in festo Resurrect per totum.
- v. 19 *Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos*, D 3 n. 2. in festo Resurrect.

M A R C I.

- Cap. 6. v. 20. *Audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat*, D. 15, n. 2. in festo Resurrect.
- cap. 16. v. 7. *Ite, dicitis discipulis ejus & Petro, quia precedet vos in Galilaam: ibi eum videbitis sicut dixi vobis* D 12 n. 2 in festo Resurrect.
- v. 14 *Exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, qui viderunt eum resurrexisse non crederunt*, D 18. n. 1 in festo Resurrect.
- v. 15 *Euntes in mundum unversum predicare Evangelium omni creatura* D 8 n. 4 in festo Circumcisionis, D. 16 n. 4. in festo Resurrectionis.

LUCÆ.

- Cap. I. v. 6. Erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querela, d. 3. nu. 11. in festo s. Josephi.
- v. 13. *Pariet tibi filium*, d. 9. nu. 4. in festo Annuntiationis.
- v. 26. *in mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo*, d. 1. in festo Annuntiationis per totum, d. 2. in eodem festo per totum, d. 3. in eodem festo per totum, d. 4. in eodem festo per totum, d. 16. in eodem festo per totum.
- v. 28. *Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena*, d. 5. in festo Annuntiationis per totum, d. 15. n. 4. & 5. in festo Annuntiationis.
- versu eodem. *Dominus tecum*, d. 6. in festo Annuntiationis per totum.
- versu eodem. *Benedicta tu in mulieribus*, d. 7. in festo Annuntiationis per totum.
- v. 29. *Quæ cum audisset, turbata est*, d. 8. in festo Annuntiationis per totum, d. 15. in eodem festo, n. 6.
- versu eodem. *Et cogitabat, qualis esset ista salutatio*, d. 15. in festo Annuntiationis per totum.
- v. 30. *Invenisti gratiam apud Deum*, d. 9. in festo Annuntiationis per totum.
- v. 32. *Dabit illi Dominus sedem David Patris eius*, d. 15. n. 8. in festo Annuntiationis.
- v. 35. *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: idoque & quod nasceretur ex te, & vocabitur filius Dei*, d. 7. n. 1. in festo Purificationis, d. 5. num. 3. in festo Annuntiationis, d. 11. in eodem festo per totum.
- v. 38. *Dicit autem Maria: Ecce ancilla Domini*, d. 12. in festo Annuntiationis per totum.
- versu eodem. *Fiat mihi secundum verbum tuum*, d. 13. in festo Annuntiationis per totum.
- v. 78. *Per viscera misericordie Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto*, d. 4. n. 3. in festo Annuntiationis.
- cap. 2. v. 7. *Peperit filium suum primogenitum*, d. 7. n. 2. in festo Annuntiationis.
- v. 13. *Facta est cum Angelo multitudo militie celestis*, d. 15. n. 1. in festo Resurrectionis.

- v. 16. *invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem*, d. 8. n. 3. in festo s. Josephi, d. 10. in eodem festo per totum.
- v. 21. *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer*, d. 1. in festo Circumcisionis per totum.
- v. 22. *Postquam implati sunt dies purgationis Maria secundum legem Moysi, tulerunt Iesum in Ierusalem, ut sifterent eum Domino*, d. 1. in festo purificationis per totum, d. 3. in eodem festo per totum, d. 7. in eodem festo per totum.
- v. 24. *Ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini per turturum, aut duos pullos columbarum*, d. 4. in festo purificationis per totum.
- v. 25. *Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans, &c.*, d. 5. in festo purificationis per totum.
- v. 27. *Cum inducerent puerum Iesum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo*, d. 1. in festo purificationis per totum.
- v. 28. *Acceptit eum in ulnas suas*, d. 6. in festo purificationis per totum.
- v. 31. *Lumen ad revelationem gentium*, d. 10. in purificationis per totum.
- v. 31. *Erant Pater eius & mater mirantes super his, que dicebantur de illo*, d. 6. in festo s. Josephi per totum.
- v. 34. *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel*, d. 6. num. 1. in festo s. Josephi.
- versu eodem. *Et in signum, cui contradicetur*, d. 11. n. 11. in festo s. Josephi.
- v. 48. *Fili, quid fecisti nobis sic?*, d. 7. n. 6. in festo s. Josephi.
- versu eodem. *Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te*, d. 7. in festo s. Josephi per totum.
- v. 49. *Nesciebatis, quia in his, que Patris mei sunt, oportet me esse?*, d. 7. n. 2. in festo s. Josephi.
- v. 51. *Descendit cum eis, & venit in Nazareth, & erat subditus illis, ib.*
- Cap. 4. v. 10. *Angeli suis mandavit de te, ut custodiant te*, d. quarto, in festo s. Franciscæ.
- v. 34. *Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos, scio, qui sis sanctus Dei*, d. 7. n. 1. in festo Circumcisionis.

- cap. 10. v. 17. *Reversis sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes, etiam demonia subiunguntur nobis in nomine tuo.* D. 8. n. 2. in festo Circumcisionis.
- v. 18. *Videbam Sathanam sicut fulgur de caelo cadentem.* ib.
- v. 19. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes.* ib.
- v. 40. *Domine, non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, ut me adjuvet.* D. 9. n. 5. in festo s. Iosephi.
- cap. 11. v. 21. *Cum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea, quae possidet.* D. 4. n. 3. in festo s. Franciscæ.
- v. 22. *Si autem fortior eo superveniens vicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuere.* ib.
- cap. 12. v. 19. *Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce comede, bibe & epulare.* D. 11. nu. 4. in festo Circumcisionis.
- v. 20. *Hac nocte repetent à te animam tuam: & quae parasti, cuius erunt?* ib.
- v. 40. *Estote parati, quia hora non putatis filius hominis veniet.* D. 11. n. 7. in festo Circumcisionis.
- cap. 13. v. 5. *Si paenitentiam non egeritis, omnes peribitis.* D. 12. n. 1. in festo Circumcisionis.
- v. 7. *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quarens fructum in ficulnea hac, & non invenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram deoccupas?* ib.
- v. 8. *Dimitte illam & hoc anno.* ib.
- v. 9. *Si quidem fecerit fructum, sin autem in futurum succides eam.* ib.
- cap. 15. v. 8. *Accendit lucernam, evertit domum, & querit diligenter, donec inveniat eam.* D. nono, nu. 1. in festo Annuntiationis.
- cap. 7. v. 10. *Cum hac omnia feceritis, dicite, servi inutiles sumus.* D. 2. nu. 2. in festo s. Sebastiani.
- cap. 22. v. 24. *Facta est contentio inter eos.* D. 16. n. 1. in festo Resurrectionis.
- v. 25. *Reges gentium dominantur.* D. 4. n. 3. in festo s. Matthiae Apostoli.
- v. 26. *Vos non sitis: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor.* ib.
- cap. 23. v. 25. *Iesum tradidit voluntati eorum.* D. 1. n. 12. in festo s. Iosephi.
- v. 38. *Erat autem superscriptio scripta super eum.* D. sexto, nu. 3. in festo Circumcisionis.
- v. 39. *Vnus autem ex his, qui pendebant, latronibus.* ib.
- v. 43. *Hodie mecum eris in Paradiso.* ib.
- cap. 24. v. 36. *Et dicit eis: Pax vobis.* D. 14. in festo Resurrectionis per totum.

JOANNIS.

Cap. 1. v. 11. *Sui eum non receperunt.* D. 9. n. 7. in festo s. Iosephi.

v. 46. *Nunquid à Nazareth potest aliquid boni esse?* D. 15. num. 3. in festo Annuntiationis.

cap. 2. v. 19. *Solvite templum hoc, & in tribus diebus exaltabo illud.* D. 7. num. 1. in festo Resurrectionis D. 18. num. 1. in eodem festo.

v. 21. *Ille autem dicebat de templo corporis sui.* ibid.

v. 22. *Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat: & crediderunt Scriptura, & sermoni quem dixit Iesus.* D. 18. n. 1. in festo Resurrectionis.

cap. 3. v. 16. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat.* D. septimo, nu. 1. in festo Circumcisionis, D. 11. num. 1. in festo Annuntiationis, D. 14. n. 1. in eodem festo.

cap. 4. v. 32. *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* D. 16. n. 4. in festo Resurrectionis.

cap. 5. v. 14. *Ecce factus es, jam noli amplius peccare, ne deturius tibi aliquid contingat.* D. 8. num. 2. in festo Resurrectionis.

v. 28. *Qui in monumentis sunt, adjuvent vocem filii Dei.* D. 16. num. 3. in festo Resurrectionis.

cap. 6. v. 38. *Descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.* D. undecimo, num. 4. in festo s. Iosephi.

v. 44. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* D. primo, num. 4. in Epiphania. D. quarto, num. 1. in Epiphania.

cap. 8. v. 12. *Ego sum lux mundi; qui sequitur me,*

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

- me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vita.* d. 10 nu. 2. in festo Purificationis.
- v. 29. *Ego qua placita sunt ei, facio semper.* d. undecimo, n. quarto, in festo s. Josephi.
- cap. 9. v. 31. *Si quis Deicultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudis.* d. 11, n. 13, in festo s. Josephi.
- cap. 11. v. 27. *Ego credidi, quia tu es filius Dei vivi.* d. 7. num. 5. in festo sancti Josephi.
- v. 50. *Expedit ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.* d. 7. n. 1. in festo Circumcisionis
- cap. 12. v. 31. *Nunc princeps mundi huius ejcietur foras.* d. 2. nu. 11. in festo Resurrectionis. d. 4. num. 4. in festo Circumcisionis.
- v. 32. *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia iraham ad meipsum.* d. 16. num. 5. in festo Resurrectionis.
- v. 35. *Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebra comprehendant.* d. 1. nu. 5. in Epiphania.
- cap. 14. v. 6. *Ego sum via, veritas, & vita.* d. 3. n. 4. in Epiphania.
- cap. 15. v. 5. *Vine me nihil potestis facere.* d. 9. n. 3. in festo s. Josephi.
- v. 15. *Item non à cam vos servos, sed amicos, quia servus nescit, quid faciat Dominus ejus.* d. 10. n. 1. in festo s. Josephi.
- versu eodem. *Omnia quaecunque audiri à Patre meo, nota feci vobis.* d. 3. num. 1. in festo s. Matthiæ Apostoli.
- cap. 16. v. 23. *Amen, Amen dico vobis. si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* d. nono, num. primo, in festo Circumcisionis.
- cap. 17. v. 25. *Pater juste.* d. 3. n. 16. in festo s. Josephi.
- cap. 19. v. 26. *Ecce filius tuus.* d. 4. n. 4. in festo Annuntiationis.
- cap. 20. v. 6. *Vidit linteamina posita.* d. 10. in festo Resurrectionis per totum.
- v. 7. *Et suarium, quod fuerat super caput ejus.* ib.
- v. 12. *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans; dum ergo sleret, inclinavit se, & propinquavit in monumentum.* d. 9. nu. 3. in festo Resurrectionis.

- v. 19. *Cum fores essent clausa, ubierant discipuli congregati propter metum Iudaorum, venit Jesus & stetit in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis.* d. 11. in festo Resurrectionis per totum.
- v. 20. *Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.* d. 15. in festo Resurrectionis per totum.
- v. 22. *Insufflavitis in eos dicens: Accipite Spiritum sanctum.* d. 1. n. 3. in festo Resurrectionis.
- v. 23. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* ibid.

ACTORUM.

- Cap. 1. v. 3. *Per dies quadraginta apprensus est, & loquens de regno Dei.* d. 1. n. 2. in festo s. Matthiæ Apostoli.
- v. 15. *Exurgens Petrus in medio fratrum dixit.* d. 1. in festo s. Matthiæ per totum, d. 2. in eodem festo per totum.
- v. 16. *Oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus sanctus per os David.* d. 1. in festo s. Matthiæ per totum.
- v. 21. *Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intra vit & exivit inter nos Dominus Iesus.* d. secundo, in festo s. Matthiæ Apostoli per totum.
- v. 22. *Testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis.* ib. & d. 18. n. 1. in festo Resurrectionis.
- v. 23. *Statuerunt duos, Ioseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est justus, & Matthiam.* d. 4. in festo s. Matthiæ Apostoli per totum.
- v. 24. *Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nostri omnium, ostende quem elegeris ex his duobus unum.* d. 6. in festo s. Matthiæ Apostoli per totum.
- v. 25. *Accipere locum ministerii huius & Apostolatus.* ib.
- v. 26. *Et dederunt sortes eis; & cecidit fors super Matthiam.* d. 5. in festo s. Matthiæ Apostoli per totum.
- cap. 2. v. 10. *Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni iste astat coram vobis sanus.* d. 10. num. 2. in festo Circumcisionis.

INDEX

- v. 12. Non est aliud nomen sub caelo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri. D. 5. n. 3. & 7. in festo Circumcisionis. D. 7. in eodem festo n. 1.
- cap. 5. v. 29. Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. D. 6. n. 7. in festo s. Sebastiani.
- v. 41. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilii. quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. D. 9. num. 3. in festo Circumcisionis.
- cap. 6. v. 3. Considerate ergo fratres viros ex vobis boni testimonii septem. plenos Spiritu sancto & sapientia quos constituimus super hoc opus. D. 4. n. 1. in festo s. Mart. Apost.
- cap. 7. v. 2. Deus gloria apparuit Patri nostro Abraha. D. 5. n. 3. in Epiphania.
- cap. 9. v. 1. Saulus adhuc spirans minarum. & caedis in discipulos Domini. D. 14. n. 2. in festo Resurrectionis.
- v. 6. Domine, quid me vis facere? ib.
- v. 15. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus & Regibus. ib. D. 5. n. 3. in festo Circumcisionis, D. 9. num. 1. in eodem festo.
- cap. 10. v. 34. In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus. D. 6. n. 7. in festo s. Sebastiani.
- v. 35. Sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiam acceptus est illi. ib.
- v. 43. Huic omnes Propheta testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius. D. 7. n. 1. in festo Circumcisionis.
- cap. 1. v. 22. Inveni David filium Iesse, vivum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. D. 11. in festo s. Iosephi per totum.
- cap. 16. v. 18. Praecipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. D. 8. n. 5. in festo Circumcisionis.
- cap. 17. v. 32. Quidam quidem irridebant, quidam vero dixerunt: Audiemus de te hoc iterum. D. 18. n. 1. in festo Resurrectionis.
- cap. 19. v. 13. Adiuro vos per Iesum quem Paulus praedicat. D. 9. n. 2. in festo Circumcisionis.
- in festo Resurrectionis.
- v. 17. Iustus ex fide vivit. D. 3. n. 5. in festo S. Iosephi.
- cap. 2. v. 5. Circumcisio prodest, si legem observas, si autem praevicator legis sis, circumcisio tua praeputium facta est. D. 3. nu. 1. in festo Circumcisionis.
- v. 29. Circumcisio corvus in spiritu. D. 2. in festo Circumcisionis per totum.
- cap. 4. v. 25. Resurrexit propter justificationem nostram. D. 1. num. 3. in festo Resurrectionis.
- cap. 5. v. 12. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & in omnes homines mors pertransiit. D. 1. n. 7. in festo Annuntiationis.
- v. 20. Vbi abundavit delictum, superabundavit & gratia. D. 14. nu. 1. in festo Annuntiationis.
- cap. 6. v. 4. Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris: ita & nos in novitate vitae ambulemus. D. 12. in festo Resurrectionis per totum. D. 2. in eodem festo n. 2.
- v. 5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius simul & resurrectionis erimus. D. 9. in festo Resurrectionis per totum.
- v. 6. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est. D. 10. n. 1. in festo Resurrectionis.
- v. 9. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur. D. 8. in festo Resurrectionis per totum. D. 3. n. 1. in eodem festo.
- v. 11. Ita & vos estimare vos mortuos quidem esse peccato, non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. D. 1. n. 2. in festo Resurrectionis.
- cap. v. 8. 35. Quis nos separabit à charitate Christi? D. 5. num. 10. in festo Purificationis.
- cap. 9. v. 16. Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. D. 1. n. 4. in Epiphania.
- cap. 11. v. 25. Ne sitis vobis ipsis sapientes. D. 3. 4. in festo S. Matthiae Apostoli.
- cap. 12. v. 1. Exhibi ut corpus suum hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium suum. disc. 1. nu. 8. in festo s. Franciscæ.

AD ROMANOS.

- Cap. I. v. 7. Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo. D. 14. n. 1.

I. AD CORINTHIOS.

- Cap. I. v. 28. *Infirma mundi elegit Deus.* D. 3. n. 4. in festo S. Matthiæ Apostoli.
- cap. 2. v. 8. *Si cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* D. I. n. 7. in festo Circumcisionis.
- cap. 3. v. 18. *S: quis videtur inter vos sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens.* D. 3. nu. 4. in festo s. Matthiæ Apostoli.
- cap. 6. v. 15. *Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi.* D. 7. n. 3. in festo Resurrectionis.
- v. 19. *An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti?* D. 9. n. 2. in festo Purificationis. D. 5. n. 8. in eodem festo.
- v. 20. *Portate Deum in corpore vestro.* D. 5. n. 8. in festo purificat.
- cap. 7. v. 19. *Circumcisio nihil est, & praputium nihil est: sed observatio mandatorum Dei.* D. 3. n. 1. in festo Circumcisionis.
- v. 29. *Qui habent uxores tanquam non habentes sint.* D. 3. num. 17. in festo s. Franciscæ.
- v. 34. *Et mulier innupta & virgo cogitat, qua Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu.* D. 2. in festo s. Franciscæ per torum.
- cap. II. v. 29. *Qui enim manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit.* D. 13. n. 1. in festo Resurrectionis.
- v. 30. *Ited inter vos multi infirmi, & dormiunt multi.* ib.
- cap. 12. v. 3. *Nemo potest dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.* D. 5. n. 3. in festo Circumcisionis. D. 9. in eodem festo per torum.
- v. 28. *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundùm Prophetas tertio Doctores, deinde virtutes.* D. 5. n. 2. in festo s. Matthiæ Apostoli.
- cap. 13. v. 5. *Non querit qua sua sunt.* D. 5. nu. 7. in festo purificationis.
- cap. 15. v. 14. *S: Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est ergo fides nostra.* D. 18. in festo Resurrectionis per torum.
- v. 20. *Christus resurrexit à mortuis primitiâ dormientium.* D. 7. in festo Resurrectionis per torum.

Mansi Sanctuarii Tom. I.

- v. 22. *Sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes vivificabuntur.* D. I. n. 4. in festo Annuntiationis.
- v. 31. *Quotidiè morior.* D. II. n. 5. in festo Circumcisionis.
- v. 51. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* D. 19. n. 4. in festo Resurrectionis.
- v. 56. *Stimulus mortis peccatum est.* D. 8. n. 2. in festo Resurrectionis. D. II. num. 5. in festo Circumcisionis.
- v. 58. *Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles abundantes in opere Domini.* D. 13. n. 1. in festo Resurrectionis.

II. AD CORINTHIOS.

- Cap. 2. v. 15. *Christi bonus odor sumus.* D. 10. n. 1. in Epiphania.
- cap. 3. v. 6. *Idoneos nos fecit ministros novi testamenti.* D. 6. n. 1. in festo s. Matthiæ Apostoli.
- cap. 8. 9. *Propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* D. 4. n. 3. in Epiphania. D. 10. nu. 1. in Epiphania.
- cap. 10. v. 18. *Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* D. tertio, num. 2. in festo s. Matthiæ Apostoli.

III. AD GALATAS.

- Cap. 4. v. 4. *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.* D. 14. num. 1. in festo Annuntiationis.
- v. 5. *Quoniam esset filii Dei, misit Deus spiritum filii sui in corda vestra clamantem: Abba Pater.* D. II. n. 1. in festo Annuntiationis.
- cap. 5. v. 3. *Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est univèrsæ legis faciendæ.* D. 3. n. 1. in festo Circumcisionis.
- v. 17. *Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem; hæc enim sibi invicem adversantur.* D. 15. n. 1. in festo Resurrectionis.
- v. 23. *Fructus autem Spiritus est, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides.* D. 2. n. 5. in festo s. Franciscæ.

F f f

INDEX

v. 24. *Modestia, continentia, castitas. ib.*
 cap. 6. v. 10. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* d. 12, nu. 1, in festo Circumcisionis.

AD EPHESIOS,

Cap. 3. v. 15. *Ex quo omnis paternitas in caelis, & in terra nominatur.* d. 6, n. 1, in festo s. Josephi. d. 7 nu. 2, in festo Anpuntiacionis.
 v. 20. *Ei autem qui potens est, omnia facere superabundanter quam petimus.* d. 6, n. 3, in festo purificationis.
 cap. 5. v. 2. *Dilexit nos, & credidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis.* d. 3, nu. 1, in festo purificationis.
 v. 3. *Fornicatio & omni immunditia, nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos.* d. 2, n. 3, in festo s. Franciscæ.
 v. 4. *Aut turpitud. ib.*
 v. 8. *Eratis tenebrs, nunc autem lux in Domino.* d. 17. n. 1, in festo Resurrectionis.
 cap. 6. v. 14. *Induti loriceam iustitie.* d. 14, in festo s. Sebastiani per totum.
 v. 16. *Sumentes scutum fider. ib.*
 v. 17. *Et galeam salutis, & gladium spiritus ibid.*

AD PHILIPPENSES,

Cap. 2. v. 9. *Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen.* d. 5, in festo Circumcisionis per totum.
 v. 10. *Vt in nomine iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. ibidem.*
 v. 11. *Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus iesus Christus, in quo est gloria Dei Patris.* d. 7, num. 1, in festo Circumcisionis.
 cap. 3. v. 14. *Ad superna vocationis braviunt.* d. decimoquarto, num. 1, in festo Resurrectionis.
 v. 20. *Nostra conversatio in caelis est.* d. 4, n. 8, in festo s. Franciscæ.
 cap. 4. v. 7. *Pax De, qua exuperat omnem sensum, & inspat corda nostra.* d. 1, num. 1, in festo Resurrectionis.

v. 22. *Salutant vos omnes Sancti, maxime autem qui de domo Caesaris sunt.* d. 6, nu. 2, in festo s. Sebastiani.

AD COLOSSENSES,

cap. 2. v. 11. *Circumcisi estis circumcisione non manufacta in expolatione corporis carnis, sed in Circumcisione Christi.* d. 2, num. 1, in festo Circumcisionis.
 v. 15. *Expolians principatus & potestates traxit confidenter palam, triumphans illos in semetipso.* d. 16, nu. 6, in festo Resurrectionis.
 cap. 3. v. 1. *Si consurrexistis cum Christo, qui sursum sunt, quarite.* d. 1, n. 2, in festo Resurrectionis, d. 12, n. 1, in eodem festo.
 v. 2. *Non qua super terram. ib.*
 v. 17. *Omne quodcunque factis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri iesu Christi facite.* d. 9, nu. 4, in festo Circumcisionis.

AD THESSALONICENSES,

Cap. 4. v. 3. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra.* d. 1, n. 10, in festo s. Josephi.
 cap. 5. v. 3. *Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus.* d. 12, n. 3, in festo Circumcisionis
 v. 8. *Galeam spem salutis.* d. 4 n. 3, in festo s. Sebastiani.

I. AD TIMOTHEUM.

Cap. 1. v. 15. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere.* d. 7, nu. 1, in festo Circumcisionis.
 v. 17. *Regi saeculorum immortalis, inuisibili, soli Deo honor & gloria.* d. 2, n. 1, in Epiphania.
 cap. 5. v. 3. *Viduas honora, quæ verè viduæ sunt.* d. 2, n. 7, in festo s. Franciscæ
 v. 23. *Modico vino utere propter stomachum.* d. 3, n. 10, in festo s. Franciscæ.

II, AD

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ.

II. AD TIMOTHEUM.

- Cap. 2. v. 5 Non coronabitur, nisi qui legitime
cervaverit, d. 12. n. 1 in festo Circumcis.
v. 19. Discedat ab iniquitate omnium, qui nominat
nomen Domini, d. 9 n. 1. in eodem festo.

AD HEBRÆOS.

- Cap. I. v. 14. In ministerium missi propter eos,
qui hereditatem capiunt salutis, d. 3. n. 2. in
festo Annunt.
cap. 4. v. 12. Vi visus est sermo Dei & efficax, &
periculis rarior omni gladio ancipiti, & pertinens
usque ad divisionem anime & spiritus,
d. 3. n. 2. in festo S. Sebastiani.
cap. 9 v. 2. Sine sanguinis effusione non fit re-
missio, d. 7. n. 1 in festo Circumcisionis.
cap. 10. v. 5 ingrediens mundum, d. 11. n. 7. in
festo S. Josephi.
v. 7. Dixit ecce venio, ut faciam Deus volun-
tatem tuam ibi
cap. 11 v. 6. Sine fide impossibile est placere Deo,
d. 9 n. 3. in festo Purificat.
v. 24. Fide Moyses grande factus, negavit se esse
filium filia Pharaonis, d. 4 n. 12. in festo s.
Antonii Abbatis. d. 2. n. 3 in festo S. Sebast.
v. 25. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam
temporalis peccati habere iucunditatem, ibi.
v. 26. Maiores divitias asserens thesauro Æ-
gyptiorum, improprium Christi, ibi.
v. 33. Per fidem vicerunt regna, d. 5 n. 3 in Epi-
phania.
cap. 12 v. 2. Proposito sibi gaudio sustinuit cru-
cem, d. 8. n. 2. in festo S. Josephi, d. 17. n. 1,
in festo Annunt.

JACOBI.

- Cap. 2. v. 10. Quicumque totam legem servave-
rit, offendat autem in uno, factus est omnium
reus, d. 9, n. 6 in festo Resurrectionis.
v. 18. Ostendam tibi ex operibus fidem meam, d.
9. n. 4. in festo Purificationis
cap. 3. v. 2. Si quis in verba non offendit, hic per-
fectus est, d. 16. n. 10. in festo Annunt. d. 2. n.
9 in festo S. Josephi.
cap. 4. v. 1. Unde bella & lites in vobis? nonne ex
concupiscentiis vestris? d. 14 n. 2. in festo Re-
surrect.
v. 7. Resistite diabolo, & fugiet à vobis, d. 3. n. 7.
in festo S. Antonii Abbatis.

- v. 8. Appropinquate Deo, & appropinquabit
vobis, d. 9, n. 8 in festo S. Josephi.
v. 14. Quæ est vita vestra? vapor ad modicum
parens, d. 11. n. 5. in festo Circumcisionis.

I P E T R I.

- Cap. I. v. 3. Secundum misericordiam suam ma-
gnam regeneravit nos in spem vivam, per
resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, d. 7.
n. 3. in festo Resurrectionis,
v. 12. in quem desiderant Angeli prospicere, d. 1.
n. 3. in festo S. Josephi.
cap. 2. v. 15. Sic est voluntas Dei, ut beneficien-
tes obmutescere faciatis, imprudentiam ho-
minum ignorantiam, d. 11. n. 11 in festo s. Jo-
sephi.
v. 18. Servi subditi estote in omni timore Domi-
ni, non tantum bonis & modestis, sed etiam
discolis, d. 2 n. 8. in festo S. Sebastiani.
v. 24. Peccata nostra pertulit ipse in corpore suo
super lignum, ut peccatis mortui iustitie vi-
vamus, d. 7. n. 1. in festo Circumcis. d. 1. n. 4.
in festo Annunt. d. 17. n. 2. in eodem festo.
cap. 4. v. 16. Si autem ut Christianus non eru-
bescat, glorificet autem Deum in isto nomine,
d. 2. n. 3. in festo S. Sebastiani.
v. 19. Qui patiuntur secundum voluntatem
Dei: fidei creatori commendent animas suas,
d. 11. n. 14. in festo S. Josephi.

II. P E T R I.

- Cap. I v. 10. Satagite ut per bona opera certam
vestram vocationem & electionem faciatis,
d. 6. n. 2. in festo s. Matthiæ Apost.

I. JOANNIS APOSTOLI.

- Cap. 2. v. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis no-
stris, d. 1, n. 6. in festo S. Josephi.
Cap. 3. v. 14. Qui non diligit, manet in morte,
d. 3 n. 2. in festo Circumcis.
Cap. 5. v. 9. Si testimonium hominum accipi-
mus, testimonium Dei majus est, d. 6 nu. 2 in
festo S. Matthiæ Apost.

APOCALYPSIS.

- Cap. I. v. 4. Pax ab eo, qui est, & qui erat, qui
venturus est, & à septē Spiritibus, qui in cōspō-
sū throni ejus sunt, d. 5. n. 2 in fest. s. Sebast.

INDEX LOCORUM S, SCRIPTURÆ

- v. 5. *Vi lavaret nos à peccatis nostris in sanguine suo* d. 7. n. 1 in festo Circumc.
- v. 16. *De ore ejus gladius utraque parte acutus exibat*, d. 3. n. 2 in festo S. Sebast.
- cap. 2 v. 17. *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum. & in calculo nomen novum*, d. 6 n. 3. in festo Circumcisionis.
- cap. 3. v. 11. *Tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam* d. 1 n. 5 in festo S. Matthiae Apostoli.
- cap. 4. v. 10. *Procidabant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant v. ventem in sacula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum dicentes*, d. 9. n. 6. in Epiphania
- v. 11. *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem*, ib. & d. 9 n. 5, in festo S. Josephi.
- cap. 5. v. 5. *Ecce vic it Leo de tribu Iuda* d. 16, in festo Resurrect. per totum,
- cap. 12. v. 12. *Descendit ad nos Diabolus habens iram magnam: sciens, quod modicum tempus habet* d. 10. n. 2. in festo Purificat.
- cap. 13. v. 8. *Qui occisus ab origine mundi* d. 8. n. 1. in festo 'utific.
- cap. 14. v. 1. *Nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis* d. 2. n. 3. in festo S. Sebastiani.
- v. 4. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur agnum quocumque ierit*, d. 4. n. 2. in festo S. Sebastiani d. 4. n. 1 in festo Annunt.
- cap. 17. v. 3. *Abstuli me in desertum*, d. 2. n. 1: in festo S. Antonii Abbatis.
- cap. 20. v. 6. *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem*, disc. 17 in festo Resurrectionis per totum.
- cap. 22. v. 11. *Qui sanctus est, sanctificetur adhuc*. d. 2. n. 8 in festo Purificat.

FINIS TOMI PRIMI.



